
HARVARDIANÆ ACADEMIÆ SIGILLUM
VE RI TAS
1838.
FROM THE
DONATION FUND
OF
MDCCCXLII.
Rec^d Oct. 12
1847.

C. CORNELII TACITI
DIALOGUS
DE
ORATORIBUS.

TEXTUM RECOGNOVIT ET SELECTA VARIETATE LECTIONUM ANNOTATIONIBUSQUE INSTRUXIT

PHIL. CAR. HESS,
PHILOSOPHIAE DOCTOR, GYMNASII HELMSTADIENSIS PROFESSOR ET DIRECTOR.

LIPSIAE
APUD C. E. KOLLMANN.

MDCCCXLI.

VIRO

EXCELLENTISSIMO, ILLUSTRISSIMO,
ERUDITISSIMO,

FRIDERICO SCHULZ,

SERENISSIMO DUCI BRUNSVICENSIUM A CONSILIIS INTIMIS, SENATUS SACRI, QUI WOLFENBUTTELAE EST, PRAESIDI, ORDINIS HENRICI LEONIS EQUITI MAGNA CRUCE ORNATO, RELL.

VIRO QUUM DE UNIVERSA DUCATUS BRUNSVICENSIS ADMINISTRATIONE TUM DE INSTITUTIONE PUBLICA MELIUS ORDINATA MERITISSIMO

HANC DIALOGI EDITIONEM SUMMAE VENERATIONIS TESTIFICANDAE CAUSA

D. D. D.

EDITOR.

Praefatio.

Quum operam meam in Taciti Germania illustranda nuper positam VV. DD., quorum intelligenti iudicio iure multum tribui potest, non improbatam esse cognossem, in lectitando eximio illo scriptore summo studio versatus subinde consilium cepi *Dialogum de Oratoribus* *) recognitum meisque curis explanatum foras emittendi. Ad hanc editionem me incitabat primum ipsa libelli prae-

*) Hanc inscriptionem probatam editoribus recentioribus, ut Broter. Bekker. Dronk. Osann. all. offerunt Codd. Farn. Vaticc. 1518. 1862. 4498.; *Dialogus de oratoribus et poetis* Cod. Ottob.; *Dialogus de oratoribus claris* Cod. Paris. Ed. Spir.; *De oratoribus suis et antiquis comparatis* Cod. Vind.; *P. C. Tac. Ro. Eq. Dial., an sui seculi oratores antiquioribus et quare concedant* Edd. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen.; *Fabii Quinctiliani, ut videtur, dialogus an sui saeculi oratores antiquis et quare concedant, Corn. Tacito vulgo* (Ed. Lips. Antverp. 1574. *falso*) *inscriptus* Edd. Lips. Pichen. Grut. Bernegg. Ryck. Bip.; *De Oratoribus sive de caussis corruptae eloquentiae dialogus, qui ab aliis Corn. Tacito, a quibusdam M. Fabio Quintiliano tribuitur* Edd. I. F. et Iac. Gronovv. all.; *Dialogus de Oratoribus sive de caussis corruptae eloquentiae vulgo Tacito inscriptus* Edd. Schulz. Ern. Oberl. et Rup. (omiss. vv. *vulg. Tac. inscr.* O. et R.); at hic in Prolegg. p. LXII. *Dial. de arte oratoria.*

stantia*), de qua licet iniquius iudicarint Ernestius, Wolfius (Misc. p. 158. Praef. Cic. or. Marcell. p. XXI.), Klossmannus, Gutmannus aliique, nunc tamen non amplius ab hominibus litterarum Latinarum studiosissimis aut Tacito eum vindicantibus aut abiudicantibus dubitari solet; deinde conditio textus, qui post tot virorum doctissimorum curas in eo emendando collocatas nondum fundamento satis firmo subnititur; tum quod libellus accuratiore et pleniore interpretatione adhuc indigere videbatur; denique quod de eius scriptore, inscriptione, personis, tempore quo habitus et quo conscriptus aut num potius fictus sit, de libelli artificio et argumento, de lacunis et genere dicendi iam inde a Rhenani temporibus gravissimae controversiae

*) Cf. Eichstad. Spec. VI. Quaestt. philoll. p. 5. »Quod nuper consilium cepi interpretandi in scholis praeclarum illum Dialogum, qui de Oratoribus fere inscriptus, Taciti operibus annectitur, eius consilii triplex fuit caussa et ratio; prima, quod hoc duce Dialogo nobilissimam quamdam historiae litterariae partem tractari, et qui status litterarum Romanarum fuerit sub primis Caesaribus, quas virtutes, quae vitia saeculum illud cum nostro communia habuerit, utiliter explicari posse intelligebam; altera, quod hoc in libro, multis adhuc difficultatibus laborante crebriusque vexato ab interpretibus quam illustrato, egregiam inesse videbam recte interpretandi sobrieque crisim exercendi disciplinam; tertia, quod idem aptissimus mihi videbatur ad latinitatem subtilius pernoscendam, si modo animum et aures ad discrimina notanda adverteremus, quae inter veteres et recentes, uti tunc vocabantur, hoc est inter antiquum dictionis genus, quale fuit Ciceronis aetate, et novum, inde a Tiberii aevo ortum, intercedunt.«

motae sunt, ad quas diiudicandas aliquid pro virili parte conferre operae pretium esse putabam. Nam ab initio mihi propositum fuerat, quoniam auctoritas Cod. Farnesiani a nemine adhuc (ut apparet e discrepantia lectionum a Lipsio, Niebuhrio, Schluttigio et Schrautio inde enotatarum) ea qua par erat diligentia collati non tanta esse potest, ut ei soli recensio textus superstruatur, omnium Codd. aut nondum aut non satis accurate perlustratorum collationes ad novam eamque certis criticis subsidiis adornatam textus recensionem condendam adhibere. Sed quum postea spes, in quam iam ingressus eram, varietatem lectionum ex omnibus Codd. Italicis, qui Romae et Neapoli asservantur, exscriptam nanciscendi ad irritum cecidisset, et quum praeterea aliae rationes me ab ampliore editione iam nunc evulganda avocassent, quid consilio mutato in hac spectaverim lectoribus breviter explicare placet.

Primum textum ad fidem optimorum Codd. ac praecipue Farnesiani sive Neapolitani, quem editores post Bekkerum maxime secuti sunt, recognovi sed ita, ut ab eo discederem, si aut alii Codd. meliores lectiones offerrent, aut in locis corruptis, quibus e Codd. nulla adhiberi posset medela, VV.DD. emendationes nihil dubitationis habentes vel suspiciones probabiles in textum admitterem:

quin etiam paucis locis meas coniecturas recipere non dubitavi. Neque tamen omnem lectt. varr. farraginem, ut in Ed. Walth. Ecksteinius, congessi, quarum magnam partem admodum futilium Codd. Par. et Vind. exhibent, sed potiores selegi, quae ad textum constituendum plus minusve valere videbantur, neque omnes coniecturas VV. DD., quibus Dialogus tot difficultatibus ob multas corruptelas et lacunas laborans potius vexatus et obscuratus quam emendatus et illustratus est.

Alterum idque praecipuum in hac editione adornanda mihi propositum fuit, ut eam uberioribus commentariis, quos adhuc desiderari nuper Boetticherus V. Cl. in Praef. Edit. suae professus erat, instruerem, quibus non solum verba, h. e. dicendi genus Tacitinum, quale in significationibus et in structuris cernitur, maxime ex ipso scriptore, tum ex potioribus argenteae aetatis scriptoribus, ut e Quintiliano, utroque Plinio, Suetonio et Seneca, diligentius illustraretur, itemque sententiae nexusque locorum difficiliorum melius explicarentur, sed etiam res ipsae, quae ad historiam litterarum, praecipue eloquentiae, ad antiquitates et rhetoricam pertinerent, in clariore luce ponerentur. Cui consilio ut quam optime satisfacerem, non tantum praestantissimas Edd. scriptorum Latinorum, sed

imprimis omnium operum Taciti et singulares Dialogi, commentationes aliosque libros, unde aliquid lucis peti posset, pervolutavi in usumque meum converti. Si nihilo minus lectores unum alterumve librum, quem ad Dialogum rectius interpretandum adhibere deberem, a me non consultum animadverterint, ne huius rei culpam negligentiae meae, sed magnae potius librorum inopiae tribuant; qua in hac urbe, clarissima quondam litterarum sede, me nunc affici in studiisque meis admodum retardari aegerrime fero. Neque tamen curam diligentiamque in Dialogum recognoscendum et explanandum frustra insumpsisse mihi videbor, si modo iudices intelligentes atque aequi hoc statuerint, me non solum usui hominum doctiorum, quibus Tacitus in deliciis sit, sed etiam iuventutis litterarum antiquarum studiosae prospexisse, quae tendens ad altiora subtilitate commentariorum a lectione egregii libelli non deterreatur, cui si ab illa praemissa fuerit lectio Ciceronis Bruti, Oratoris et librorum de Oratore, historiam eloquentiae Romanae libera re publica florentissimae et sub Caesaribus demum in deterius lapsae ab eius primordiis usque ad interitum contextam ante oculos habebit.

Restat iam, ut adiiciam Prolegomena, quibus continentur: A) plenior et accuratior notitia Codicum, quibus diligentissime col-

latis demum decerni poterit, quot eorum familiae sint statuendae et quibus Codd. maxima auctoritas in textu constituendo sit tribuenda; B) notitia Editionum Taciti et Commentationum ad Dialogum spectantium, quas aut maximam partem ipse possideo, aut aliorum auctoritate fretus in usum meum adhibui; C) descriptio collocutorum Dialogi; D) designatio temporis, quo sit Dialogus habitus, scriptus et editus; E) eius summarium.

Scripsi Helmstadii exeunte mense Decembri a. MDCCCXL.

Hess.

Prolegomena.

A. Notitia Codicum Dialogi.

Codices Dialogi asservantur duo (I et II.) Neapoli, sex (III—VIII.) Romae, unus (IX.) Parisiis unusque (X.) Vindobonae, quorum hanc brevem notitiam proponam.

I. *Codex Farnesianus* CXXI. (Bibl. Reg. IV. c. 21.) descriptus a Cataldo Iannellio in Catalogo Bibl. Latin. veteris et classicae manuscriptae, quae in Regio Museo Neapolitano Borbonico adservatur, edito Neapoli 1827. XII. 302. pp. 4. pag. 89.; quam descriptionem transscriptam leges in Tom. IV. Ed. Walth. praef. p. IX sq. et Rup. Vol. I. p. C sq., unde haec excerpsi: »Codex membranaceus in folio membrana quidem pulchra, sed in superiore margine materia quadam oleosa maculata, ora paginarum latissima instructus et accurata literarum forma descriptus saec. XV.

1) C. Cornelii Taciti Annalium libri ab XI. ad XVI. Historiarum vero a libro I. ad V. Titulus in Codice: *C. Cornelii Taciti Romanas historias scribentis, ex his, qui reperiuntur, Liber primus incipit. Lege foeliciter.* Similis ceteris libris praefixus est titulus, ita ut numerentur ordine libri XI.: quasi hoc ipso librorum ordine auctor opus suum disposuisset, quod omnino falsum.

2) Dialogus de causis corruptae eloquentiae. Titulus: *C. Cornelii Taciti Dialogus de Oratoribus foeliciter incipit.*

3) *C. Cornelii Taciti de origine et situ Germaniae.* Sic in Codice.*)

4) Suetonii Tranquilli de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus. In Codice sub unico titulo et capite:

C. Suetonii Tranquilli de Grammaticis et Rhetoribus incipit.«

Lectiones *Dialogi* ex hoc Cod. a Fulvio Ursino secum communicato primus ad textum multis locis emendandum et supplendum adhibuit Lipsius in Ed. Antverp. 1574., sed pro more illius aetatis non omnes varias lectiones, verum eas tantum enotavit, quibus certa emendatio aut offerri aut confirmari ei videbatur, quo factum est, ut multae bonae aut veritati proximae lectiones ab eo sint omissae. Sed huius Ed. primae commentarium in editionibus posterioribus adeo circumcidit, ut auctoritates Cod. Farn. in plerisque locis praetermitteret. Nuper admodum Niebuhrius eiusdem Codicis accuratam collationem a se factam I. Bekkero obtulit, qua ille in sua Ed. usus est. Forte accidit, ut paullo post C. G. Schluttigius Saxo eundem Codicem Neapoli versaret, cuius collationem amico intercedente impetratam Doederleinius ad Waltherum transmisit, post cuius mortem F. A. Eckstein. V. Cl. var. lectt. huius Codicis, quem a loco, ubi servatur, Neapolitanum vocavit, in Tom. IV. editionis Waltherianae attulit. Quae collatio quum a Niebuhriana multis locis discrepet, viri docti dubitare coeperunt, num Niebuhrius et Schluttigius eundem Codicem excusserint, quod negavit Petersen. in Zimmerm. Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1834. Nr. 100.; Dronkius ib. 1835. Nr. 67. Codicem Far-

*) Mirum sane est eundem Cod., quatenus *Dialogum* contineat, in optimis, at quatenus *Germaniam*, in deterioribus esse habendum vdi Gerlach. Ed. German. Fasc. I. p. XI.

nesianum et Neapolitanum eundem esse negavit. Quin A. Wittichius in Seebod. etc. Archiv. V. 2. p 277. Cod. Farn., quem Niebuhrius in Cod. Neap. sibi reperisse visus sit, deperditum esse satis confidenter scripsit. Postremo Ioh. Schrautius ex eodem Codice variantes lectiones a Petersen, Spec. II. Annotatt. in Tac. p. 21 sq. propositas exscripsit, qui cum Niebuhrio et Schluttigio multis locis dissentit; cui tamen Codd. legendorum non valde perito haud magnam fidem esse habendam mihi per litteras significavit Dresselius. Etiamsi hae discrepantiae Rittero videantur et leves et tales, quales fere reperiantur, si plures eundem codicem excutientes id negotium non summa cum religione peragant, tamen mirum debet videri, quod collationes a quattuor viris, a Lipsio, Niebuhrio, Schluttigio et Schrautio factae adeo inter se differunt, ut nulla pro satis certo fundamento textus possit adhiberi. Equidem in hac tanta dissensione Ritteri exemplum secutus lectiones unius Codicis Farnesiani, quem non distinxi a Neapolitano, ut Waltherus, Bachius et Eichstadius, attuli, quae ubi inter se variarunt, cuiusque eorum, qui contulerunt, auctoritate discrepantiam denotavi.

II. *Codex Neapolitanus* CCCCXXXIII saec. XV., qui in eodem Museo Regio Borbonico asservatus descriptus est a Iannellio l. l. p. 284., sed iudicio Schluttigii (vd. Eckstein. praef. Ed. Walth. T. IV. p. X.) tam exigui pretii ob recentem aetatem, ut eius conferendi molestiam prorsus supervacaneam esse censuerit.

Codicum, qui Romae nunc asservantur, quattuor Vaticanos 1518. 1862. 2964. 4498. contulerat Broterius, ex quibus fortasse non satis diligenter inspectis selectam tantum varietatem lectionum ab eo fuisse exscriptam valde dolendum est. Ut ipse accuratiorem omnium Codd. Vaticanorum notitiam mihi pararem, Dresselium, Phil. Dr., qui studiorum causa iam aliquot annos Romae versatus est, litteris adii, quibus ille de Codd. a Broterio iam collatis et de duobus nondum inspectis hu-

manissime rescripsit simulque delectum varr. lectt. e Codd. cum Ed. Tauchnitz. comparatis apposuit.

III. *Codex Vaticanus* 1518. in form. 4. magn. membranaceus saec. XIV. exeunte scriptus, nitidus et emendatus. *C. Cornelii Taciti Dialogus de oratoribus. C. Cornelii Taciti de origine et situ Germanorum libellus.* Dial. cp. 5. desunt verba *ut in his cognitionibus — apud eos* sine ullo lacunae signo. Cap. 6. *corā.* Cap. 11. *cū quidem ī nerone improbā.* Cap. 15. *sacerdos iste enitet.* Cap. 19. *īperitissimarum.* Cap. 26. *plus vis.* Cap. 27. *a p̄rma.* Cap. 28. *acciam.* Cap. 29. *lascivię et bibacitati.* Cap. 35. lacuna inter *est* et *rem.*

IV. *Codex Vaticanus* 1862. in fol. chartaceus (sic Gerlach. quoque, non membranaceus, ut praeeunte Broterio scripsit Rupert.) exeunte saec. XV. exaratus. *C. Cornelii Taciti de origine et situ Germanorum. C. Cornelii Taciti Dialogus de Oratoribus.* Cap. 5. *ut in his cognitionibus excusent.* Cap. 6. *corā.* Cap. 11. *cu qde in Neronā improbā.* Cap. 15. *enitet.*

V. *Codex Vaticanus* 2964. chartaceus saec. XV. exaratus. *Corn. Tacitus de origine et situ Germanorum.* Inest *pars Dialogi* inde a verbis cp. 26. *Ego autem exspectabam.*

VI. *Codex Vaticanus* 4498. in forma 4. magn. membranaceus saec. XIV. exeunte scriptus, nitidissimus et valde emendatus, qui igitur non amplius in angulo latet aut evanuit, ut praeeunte Dronk. in praef. Ed. Agricol. p. VII. scripserunt Walch. praef. Agric. p. V., Beckerus praef. Ed. Agric. p. XI., Rupert. Ed. Tac. Vol. I. p. CVII. et Ritter. Ed. Tac. Vol. II. p. VII., et quem nuper Massmannus contulit referente Gerlach. in Ed. German. praef. p. XI. *C. Corn. Taciti libellus de vita et moribus Iulii Agricolae. C. Corn. Taciti Dia-*

logus de Oratoribus. C. Corn. Tacitus de origine et situ Germanorum. Dial. cp. 5. *ut in iis cogitationibus excusent.* Cap. 6. *corā.* Cap. 11. *cū quidem in Nerone improbā.* Cap. 15. *enitet.*

VII. *Codex Vatic. Ottobonianus* 1455. in forma 4. magn. chartaceus saec. XV. exaratus, emendatissimus. De Codd. bibliothecae Ottobonianae cf. Blum. Bibl. librorum mss. ital. p. 129 sq. Praeter *Aemilium Probum de vita excellentium imperatorum* et *Suetonium de illustribus Grammaticis et claris Rhetoribus* inest *Cornelii Taciti Dialogus de oratoribus et poetis.* Cap. 5. *ut in his cognitionibus excusent.* Cap. 6 *coram.* Cap. 11. *cum quidem in Nerone improbā.* Cap. 15. *enitet.* Cap. 19. *imperitissimarum.* Cap. 26. *plus vis.* Cap. 27. *a prima.* Cap. 28. *acciam.* Cap. 29. *lascivie et bibacitati.* Quum hic Codex, ut mihi scripsit C. F. Rothius V. Cl., praefectus Bibl. Basileensis, qui propediem novam Corn. Nepotis (vel potius Aemil. Probi) editionem foras dabit, in libro Aem. Probi satis bonas lectiones offerat, inde probabili ratione coniicere licet, eum quoque in Dialogi Codd. melioribus esse numerandum.

VIII. *Codex Urbinas* 1194. (e Bibl. Urbin.) in form. 8. membranaceus saec. XV. exeunte scriptus, nitidus et elegans, sed mutilus. Dial. cp. 5. *ut in his cognitionibus excusent.* Cap. 6. omissa sunt verba *surgendi — dicentium gaudia.* Cap. 11. *cum quidem in Nerone improbam.* Cap. 15. *enitet.* Cap. 19. *imperitissimarum.* Cap. 26. *plus vis.* Codex desinit in verbis cp. 27. *sed causas.* Num praeter Dialogum alia scripta Tac. in eo insint mihi non scripsit Dresselius.

IX. *Codex Parisinus* 7773. in Bibl. Regia membranaceus in form. 12. saec. XV. exeunte potius quam ineunte in Italia exaratus nitidissima scriptura, cuius notitiam et collationem divulgavit A. E. Eggerus Parisiensis in Zimmerm. Zeitschr. f.

Alterthumsw. 1836. Nr. 43 et 44. Est hic Codex a Pithoeo tantum a. 1580. inspectus ad eandem familiam referendus, ad quam Codex ille deperditus, ex quo Ed. Spir. expressa est. *C. Cornelii Taciti. equitis. Ro. Dialogus de oratoribus claris incip.*

X. *Codex Vindobonensis* sive *Sambuci* in Bibl. Caesarea (Cod. Histor. Prof. Lat. olim 97., nunc 49.) descriptus a Wissowa Spec. III. Lectt. Tacitt. Ratibor. 1832. 4. p. 5. add. meam Comment. III. in Tac. Germ. praef. Est is saec. XV. membranaceus in fol. nitidissime scriptus, sed pariter ac Parisiensis in deterioribus habendus, qui cum Ed. Spir. ita conspirat, ut ex eodem Cod., unde haec editio, originem traxisse videatur. Collationem Dialogi accuratissimam acceptam refero H. Schubarto, Ph. Dr. et Bibl. Cassellanae Secretario. Insunt: *Annalium* libri XI—XVI. *Historiarum* libri usque ad verba *navium magnitudine potiorem* in med. cap. XXIII. lib. V. *Germania. Dialogus*, cui a sec. man. pallido atramento praescriptum est: *De Orator. suis* [num *sui saeculi?*] *et antiquis comparatis.* Additum a tert. manu: *Quinctil.*

Si ex horum Codd. partim diligenter collatornm, partim tantum inspectorum notitia iam de eorum familiis suspicari licet, duae mihi constituendae videntur: altera Codd. meliorum, ad quam sunt referendae Cod. Farn. CXXI. et Codd. Vaticc., altera Codd. deteriorum, ad quam pertinent Codd. Neapol. CCCCXXXIII., Paris. et Vindob. Nam licet Gerlach. in Ed. suae German. praef. p. XII. statuat, nulli Codd. Vaticc. 1518. 1862. 4498 et 2964., quatenus Germaniam exhibeant, magnam fidem esse tribuendam, tamen hoc mihi indubitatum videtur, eos in praestantioribus, fortasse non deterioribus Farnesiano Dialogi Codd. ad textum constituendum et emendandum adhibendis iure poni posse, post quorum accuratam collationem Farnesiano forsitan non amplius primus locus assignetur.

B. Notitia Editionum Taciti et Commentationum ad Dialogum spectantium.

Cf. Walth. T. I. p. XXIII. et Rupert. Vol. I. p. CX. sq.

Editiones omnium Operum.

I. Editio *Spirensis* princeps curata a Vendelino de Spira Venet. 1470. fol.

II. *Francisci Puteolani*. Mediol. circ. a. 1475. fol. repet. Venet. 1497.

III. Ed. Put. repet. ab *Ioanne Rivio*. Venet. 1512. fol.

IV. *Philippi Beroaldi* Rom. 1515. fol.

V. Ed. Beroald. repetita ab *Andrea Alciato* Mediol. 1517. 4.

VI. *Basileensis prima* curata a Beato Rhenano ap. Froben. 1519. fol. est repetitio Ed. Alciati, sed diversa a Beroald., quam praeeunte Ernest. cum Walth. Alciat. appellavi; Rup. Basil. 1.

VII. *Beati Rhenani* Basil. 1533. fol. repet. 1544.; ap. Rup. Basil. 2 et 3.

VIII. *Aldina* Venet. 1534. 8. repet. Ed. Rhen.

IX. *I. Lipsii* Antverp. 1574. 8. saepissime repetita; ego usus sum Ed. 1668. fol.

X. *Curtii Pichenae* Francof. 1607. 4. repet. Genev. 1609. 8.

XI. *Iani Gruteri* Francof. 1607. 8.

XII. *Matthiae Berneggeri* Argentor. 1638. 8. repet. 1664. 8.

XIII. *I. Fr. Gronovii* Amstel. 1672. 2 voll. 8., repetit. ib. 1685.

XIV. *Theodori Ryckii* Lugd. Bat. 1685. 2 voll. 12.

XV. *Christiani Hauffii* Lips. 1714. 2 voll. 8.

XVI. *Iacobi Gronovii* Traiect. 1721. 2 voll. 4.

XVII. *Io. Aug. Ernestii* Lips. 1752. 2 voll. 8. Ed. II. ib. 1772.

XVIII. *Gabrielis Broterii* Paris. 1771. 4 voll. 4. repet. ib. 1776. 7 voll. 8.

XIX. *Bipontina* curata ab G. Ch. Crollio 1779—80. 4. voll. 8., auctior et emendatior repetita a F. Ch. Extero 1792.

XX. *Ier. Iac. Oberlini* Lips. 1801. 2 voll. 8.

XXI. *I. Car. Weikerti* Lips. 1813—16. 3 voll. 8.

XXII. *G. H. Luenemanni* Hannover. 1825. 2 voll. 8.

XXIII. *Imm. Bekkeri* Lips. 1831. 2 voll. 8.

XXIV. *G. H. Waltheri* Hal. Sax. 1831—33. 4 tom. 8., cuius tom. IV. prodiit cura F. A. Ecksteinii.

XXV. *G. Al. Rupertii* Hannov. 1831—39. 4 voll. 8.,

XXVI. *Nicol. Bachii* Lips. 1834—1835. 2 voll. 8.

XXVII. *Francisci Ritteri* Bonn. 1834—36. 2 voll. 8.

XXVIII. *Guil. Boettícheri* Lexicon Taciteum sive de stilo C. Cornelii Taciti, praemissis de Taciti vita, scriptis ac scribendi genere Prolegomenis. Berol. 1830. 8.

Editiones Dialogi.

I. *Petr. Pithoei* Lutet. 1580. 8. repetit. Heidelberg. 1594. et Genev. 1604.

II. M. Fabii Quintiliani dialogus de causis corruptae eloquentiae recognitus emendatus et illustratus a *C. A. Heumann.* Goetting. 1719. 8.

III. Dialogus de Oratoribus s. de caussis corruptae eloquentiae vulgo Tacito inscriptus. Denuo recensuit etc. *I. H. A. Schulze.* Lips. 1788. 8.

IV. Editiones *Godofredi Seebodei* Gotting. 1813. 8. Hannov. 1815. 8.

V. *Ernesti Dronkii* Confluent. 1828. 8.

VI. *Friderici Osanni* Giss. 1829. 8.

VII. *I. Casp. Orellii* Turic. 1830. 8.

VIII *Guilielmi Boetticheri* Berol. 1832. 12.

IX. *Francisci Ritteri* Bonn. 1836. 8.

Interpretationes vernaculae.

I. Von den Ursachen des Verfalles der römischen Beredsamkeit. Ein Gespräch, aus dem Lateinischen übersetzt und mit kritischen und historischen Anmerkungen und Erläuterungen begleitet von *I. Heinrich Nast.* Halle 1787. 8.

II. Tacitus Gespräch über *die Redner*, übersetzt und mit einem vollständigen Realcommentar versehen *v. I. G. Ad. Hübsch.* Nürnb. 1837. 8.

Commentationes ad Dialogum pertinentes.

I. *Cr. Sm. Schurzfleisch.* Animadvv. in Tac. dialog. de causis corruptae eloquentiae in H. L. Schurzfleisch. Actt. litt. Viteberg. 1714. 8. p. 126—192.

II. *Th. Wopkens.* Observv. in auctorem dial. de Oratoribus in Observv. miscell. in auctor. veteres ac recentiores (cur. P. Burmann. et I. P. d'Orvill.) T. VII. P. 3. p. 380 sq.

III. *I. Abr. Schuetzii* de oratoris instrumento philosophico ad Cap. XXXI. dialogi de corrupta eloquentia Diss. I. et II. Viteberg. 1768—69. 4.

IV. *L. G. Cromei* de legendo dialogo de oratoribus s. de causis corruptae eloquentiae qui Tacito vulgo inscribitur s. incerti auctoris Commentatt. I et II. Lunaeb. 1790. 4. repetit. in Magazin für öffentliche Schulen. Bremen 1790—91. I, 1. p. 35 sq. II, 1. p. 159 sq.

V. *I. F. Drueckii* Prolus in locos aliquot ex Taciti Agricola et Dialog. de Orator. Stuttg. 1799. repet. in Eiusd. klein. Schrift., herausg. v. C. P. Conz. Tübing. 1811. 8. Vol. II. p. 1—31.

VI. *F. A. Wolfii* Animadvv. in Dial. de Oratoribus in Eiusd. verm. Schrift. u. Aufsätz. Halle 1802. 8. p. 158 sq. et in C. D. Beck. Commentar. societ. philol. Lips. Vol. I. P. 1. p. 76 sq.

VII. *Gerh. Weferi* Diss. de auctoribus quibus dialogus de causis corruptae eloquentiae adscribitur Sect. I. Helmstad. 1805. 4.

VIII. *A. G. Langei* Commentatio: Dialogus de Oratoribus Tacito vindicatus in Act. Seminar. reg. et societ. philol. Lips. ed. a C. D. Beck. T. I. p. 22 sq. repetit. in Dronk. Ed. Dial. p. XVI sq. et in Lang. verm. Schr. u. Red. herausg. von Iacob p. 1 sq.

IX. *Th. Tyrwhitti* Nott. brev. ad Dial. e margin. ed. Lips. 1627. ad oram Broter. transscriptas evulgavit Th. Kidd. in praef. opuscc. D. Ruhnken. Lond. 1807. p. LXIX sq. repetit. in Seebod. Archiv etc. 1824. p. 796 sq.

X. *F. G. Klossmanni* Prolegomena in Dialogum de Oratoribus. Vratislav. 1819. 4. auctiora et emendatiora ib. 1833. 4.

XI. *A. Goeringii* de dialogi de Oratoribus qui vulgo C. C. Tacito inscribitur praestantia P. I. Lubec. 1829. 4.

XII. *H. Gutmanni* Diss. qua Tacitum dialogi de Oratoribus scriptorem non esse demonstratur in Ed. Orell. Dial. p. 101 sq., cuius argument. repetit. in Gutm. interpret. vernac. Dialog. prooem. p. 145 sq.

XIII. *Fr. Hessei* Dissert. de C. Caecilio Plinio Minore Dialogi de Oratoribus auctore in Fortsetz. d. Neuen Iahrbuchs des Paedagog. zu Lieben Frauen in Magdeburg. VI. 1831. 8. Idem (nuper Magdeburgi mortuus) commentationes criticas de Dialogo de Oratoribus 1832. conscriptas precibus meis obsecutus ad me transmiserat, quibus hic illic usus sum.

XIV. *Th. Frid. Strodtbeckii* Diss. qua ostenditur Materninae personae in dialogo de oratoribus obviae vultus ironicus. Heilbronn. 1831. 4.

XV. *Guil. Boetticheri* Comment. de vita, scriptis ac stilo Cornelii Taciti, adiecta emendatione recen-

sionis Bekkerianae perpetua, scholarum maxime in usum. Berol. 1834. 8.

XVI. *Fr. Aug. Eckst einii* Prolegomena in Taciti, qui vulgo fertur, Dialogum de Oratoribus. Hal. Sax. 1835. 4.*)

XVII. *P. Petersenii* Annott. in Corn. Tacit. Spec. II. cum appendicula de codice Neapolitano, quo Dialogus de Oratoribus continetur. Confluent. 1835. 4.

XVIII. *Ed. Bonnelli* de mutata sub primis Caesaribus eloquentiae Romanae condicione, imprimis de Rhetorum scholis, Commentatio historica. Berol. 1836. 4.

XIX. *Aug. Wittich* über den Verfasser des Dialogus de Oratoribus in Seebod. etc. Archiv. f. Philol. u. Paedag. V. 2. 1839. p. 259 sq., qui C. Plinio Caecilio Secundo eum adiudicat.

XX. *H. C. A. Eichstadii* Quaest. philoll. Spec. VI. De Dialogo qui inscribitur de Oratoribus. Ienae 1839. 4.**)

---

*) Pag. 84. »Iam finem faciamus quaestionibus hisce et sic statuamus, et antiquitus tradita testimonia ipsiusque Plinii auctoritatem gravissimam Tacito vindicasse dialogum, cui et per aetatis rationem et reliquas caussas recte conveniat, sed summam superesse difficultatem in dicendi genere a Taciti usu plane abhorrente positam, quare totam rem, dum meliora proferantur, in medio relinquendam esse censuimus.«

**) Pag. 17. »His ita expositis, quid tandem relinquitur, quod de Dialogo probabiliter dicatur? Tria sunt, nisi fallor. I. Dignissimus est Dialogus illo Romanarum litterarum aevo, quod argenteum solet appellari: vixit scriptor aequalis Tacito et Plinio, sermonesque, anno a principatu Vespasiani sexto, qui annus est aerae Christianae septuagesimus quintus, habitos et ab ipso admodum iuvene auditos Domitiani tempore litteris mandavit. Utrum eodem tempore, scriptoribus sane periculoso, an sub Nervae demum et Traiani tempore in lucem prodierint, dubitari potest. II. Bene versatus fuit in legendis Ciceronis, Quintiliani, Taciti et Plinii iunioris scriptis; multae fuit homo lectionis atque eruditionis; etiam acumine valuit et iudicii elegantia. Non pauca, quae ad compositionem et

XXI. *A. Westermann.* Geschichte der römischen Beredsamkeit §. 74. breviter de scriptore, argumento et controversiis ad Dialogum pertinentibus disputat.

C. De collocutoribus Dialogi.

Cf. Schulz. Prolegg. p. XXXVI—XLII. repetit. in Ed. Dronk. p. XXIV sq. Rupert. Vol. I. p. LXXVII sq. Eckstein. Prolegg. p. 5 sq.

I. *Curiatius Maternus.* De eius vita, ingenio et scriptis non aliunde quicquam constat quam ex hoc Dialogo; qui num Gallus fuerit, quod praeeuntibus Eckstein. ad Dial. 7. (qui tamen Prolegg. p. 6. dubitat) et Rup. Vol. I. p. LXXVII. scripsi, incertum est; quum potius ex Hispania oriundus videatur, si modo ad eum referri possunt verba Martial. X, 37, 14—17. *Iuris et aequarum cultor sanctissime legum, Veridico Latium qui regis ore forum, Municipi, Materne, tuo veterique sodali Callaicum mandas ecquid ad Oceanum?* Postquam is, qui in Dialogo pariter ac Messalla

artem dialogi pertinent, et quae de eloquentia in universum disseruit, a Cicerone sumpsit: eiusdem ornatum affectavit atque copiam dicendi, sed ita, ut non raro in vitium tautologiae laberetur et abundanter magis quam copiose et ornate scriberet: in universo scribendi genere Quintilianum, in delectu et usu singulorum verborum saepenumero Tacitum sequutus, sed neque illius vim et nervos in disputando et concludendo, neque huius in dicendo σεμνὸν assequutus est: ceterum tota dictio convenit illi, quam diximus, aetati, quo fit ut multae loquutiones etiam Plinianis simillimae sint. III. Quisnam vero ex illa aetate conscripserit Dialogum, vix poterit ad liquidum perduci. De Quintiliano ne qua in posterum suspicio renascatur, cavit subtilitas Spaldingii: Tacitus numquam videtur scriptionem totamque disputandi rationem pro sua agniturus fuisse: Plinio iuniori qui libellum tribuunt, perpauca protulerunt nec satis idonea sententiae suae argumenta. Ceteri coniectores, Itali quidem et Galli, quid somniarint, satius est silentio praetermittere.«

primas sustinet partes, in forensibus causis agendis diu et feliciter sudavit magnam auctoritatem consecutus atque aeribus et imaginibus ornatus, (Dial. 11.), quod natus erat ad eloquentiam virilem et oratoriam, postea omissis orationum et causarum studiis totam vitam pangendis carminibus insumere decrevit. Ex oratore poeta factus ingenio vivido et antiquae Romanorum virtutis ac libertatis amantissimo (Eckstein. Prolegg. p. 6. Stoicus fuisse videtur) ad quattuor tragoedias scribendas se contulit maiorem ratus in iis inesse materiem potentissimos civitatis vexandi quam in causis privatis et centumviralibus, quarum argumenta vel ex Romana historia erant deprompta, sicut in Catone Uticensi et Domitio Nerone, vel e Graecorum fabulis, ut in Thyeste et Medea, de quibus vd. annott. ad Dial. 13. Quum autem Catone, quem acerrimum libertatis rei publicae vindicem et infestissimum impotentis dominationis adversarium descripsit, principum animos mutato imperii statu sub Caesaribus assuetos offendisset, ut malignorum rumores de eo per urbem dispergerentur, rogatus a Iulio Secundo, ut sublatis, quae pravae interpretationi materiem dedissent, Catonem retractatam emitteret sibique ab odio et invidia potentiorum caveret, indignatus constanter respondit (cp. 3.) se quidem tragoediam emendatis iis, quae poeta ipso indigna videri possent, editurum sed ita, ut qui priori eius recitationi interfuissent, statim eam vel emendatam offensis tamen non mutatis agnituri essent. Sed huius pertinaciae nimiaeque libertatis in tragoediis depromptae capite poenas dedit sub Domitiano a. 94 p. Ch. referente Dion. Cass. LXVII, 12. *Μάτερνον δὲ σοφιστὴν, ὅτι κατὰ τυράννων εἶπέ τι ἀσκῶν, ἀπέκτεινε.* Ad eius supplicium spectare videntur verba cp. 13. *statuarque tumulo non maestus et atrox* (ubi vd. annott.), quippe cuius morte Tacitus, ut primas ei in hoc Dialogo assignaret, excitatus videa-

tur. Materni oratio omni poetico ornatu instructa est, quum strenuum poesis defensorem contra eloquentiam se praebeat et laudatorem studiosum vitae tranquillae et quietae a negotiis, h. e. a sollicitudinibus et curis oratorum alienae, quae e poesis studio enascatur (cp. 11 — 13.). Ex hoc quieti status amore ortum esse eius laudes civitatis, quae unius dominationi pareat, et iudicium de eloquentia, mala arte malisque moribus nata [cf. Quint. II, 16. patronum eloquentiae contra eius obtrectatores: *Quare etiamsi in utramque partem valent arma facundiae, non tamen est aequum id haberi malum, quo bene uti licet*], quod ab ironia longissime abesse Wittich. l. l. contra Strodtbeckium contendit, cui astipulantur Eckseinius, Klossmannus Prolegg. p. 29 sq., Westermann. G. d. r. B. §. 74. et Bachius vd. annot. ad cp. 35., adversatur Bonnell. quoque de mutata eloquentiae Romanae sub prim. Caesar. condicione p. 29. »At vero quanticunque faciebant Romani dicendi artem, tamen non deerant modesti et pacis amantes cives, qui eandem alumnam licentiae, comitem seditionum, effrenati populi incitamentum esse, quae in bene constitutis civitatibus non oriretur, censerent. Talem enim, sive is Iulius Secundus sive Maternus fuit, nec turpem adulatorem aut fictum et assimulatum irrisorem, ut nonnulli opinati sunt, auctor dialogi de oratoribus haec facit dicentem cp. 41. *Quomodo — periclitantibus.*«

II. *Marcus Aper.* Quum huius apud nullum alium scriptorem nisi apud Tacitum in Dialogo mentio fiat, difficile est de eius patria, vita et ingenio certius quicquam proponere. Eckstein. Prolegg. p. 10 sq. suspicatur eum fuisse Gallum, quod quum e cpp. 7 et 10. concludi possit, tum quod Galliae eloquentiae studio admodum deditae fuerint coll. Suet. Calig. 20. Rupert. ad Iuven. I, 44. Spalding. ad Quint. Vol. IV, p. 147. add. Westerm. G. d. r. B. §. 78. 87., et quidem Aeduum, quo-

niam ei homini novo latus clavus oblatus et honores quaesturam, tribunatum et quaesturam consecutus sit, coll. Tac. Ann. XI, 25. *primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt; datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.* Westerm. G. d. r. B. §. 84. 35. et Wittich. l. l. p. 259. Gallum fuisse concedunt. Sed vehementer errant, qui e Britanna originem eius repetunt, ut Schulzeus, Cromeus et Rauchensteinius, quum eum ibi sub Suetonio Paullino Gallo aliquamdiu militasse (vd. Walch. ad Tac. Agric. p. 144.) posteaque Romam venisse verisimillimum sit. Clarissimus fuit orator sub Vespasiano (cp. 2.), qui ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris eloquentiae famam consecutus et omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat tanquam maiorem industriae gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis niti videretur. Sed is mirum quantum scholasticis controversiis oblectatus otium suum maluit novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere, quos acerrime insectatus tam contempsit quam nimium laudavit sui saeculi disertos. Nam quum eloquentiam prae poetica contra Maternum, quem a poesi ad eloquentiam forensem revocare studebat, summis laudibus extolleret, non intellexit perfectam illam, quam veteres oratores, ut Cicero, nobis repraesentant, sed rettulit eam tantum ad forum et ad causarum tractationem, quippe quo studio nihil sit ad utilitatem fructuosius, ad voluptatem iucundius et ad famam illustrius vd. cp. 5 — 10. et 15 — 23. Habendus est in numero rhetorum, quibus eloquentia ex sordidis artificiis (vd. cp. 32) esset et qui Gabinianum (cp. 26.) praeferrent Ciceroni. Dictio eius refert scholae artificia, ex eiusque laudibus eloquentiae prae poesi et quidem oratorum saeculi sui intelligitur iam tum artem dicendi in deterius

Alterthumsw. 1836. Nr. 43 et 44. Est hic Codex a Pithoeo tantum a. 1580. inspectus ad eandem familiam referendus, ad quam Codex ille deperditus, ex quo Ed. Spir. expressa est. *C. Cornelii Taciti. equitis. Ro. Dialogus de oratoribus claris incip.*

X. *Codex Vindobonensis* sive *Sambuci* in Bibl. Caesarea (Cod. Histor. Prof. Lat. olim 97., nunc 49.) descriptus a Wissowa Spec. III. Lectt. Tacitt. Ratibor. 1832. 4. p. 5. add. meam Comment. III. in Tac. Germ. praef. Est is saec. XV. membranaceus in fol. nitidissime scriptus, sed pariter ac Parisiensis in deterioribus habendus, qui cum Ed. Spir. ita conspirat, ut ex eodem Cod., unde haec editio, originem traxisse videatur. Collationem Dialogi accuratissimam acceptam refero H. Schubarto, Ph. Dr. et Bibl. Cassellanae Secretario. Insunt: *Annalium* libri XI—XVI. *Historiarum* libri usque ad verba *navium magnitudine potiorem* in med. cap. XXIII. lib. V. *Germania. Dialogus,* cui a sec. man. pallido atramento praescriptum est: *De Orator. suis* [num *sui saeculi?*] *et antiquis comparatis.* Additum a tert. manu: *Quinctil.*

Si ex horum Codd. partim diligenter collatornm, partim tantum inspectorum notitia iam de eorum familiis suspicari licet, duae mihi constituendae videntur: altera Codd. meliorum, ad quam sunt referendae Cod. Farn. CXXI. et Codd. Vaticc., altera Codd. deteriorum, ad quam pertinent Codd. Neapol. CCCCXXXIII., Paris. et Vindob. Nam licet Gerlach. in Ed. suae German. praef. p. XII. statuat, nulli Codd. Vaticc. 1518. 1862. 4498 et 2964., quatenus Germaniam exhibeant, magnam fidem esse tribuendam, tamen hoc mihi indubitatum videtur, eos in praestantioribus, fortasse non deterioribus Farnesiano Dialogi Codd. ad textum constituendum et emendandum adhibendis iure poni posse, post quorum accuratam collationem Farnesiano forsitan non amplius primus locus assignetur.

B. Notitia Editionum Taciti et Commentationum ad Dialogum spectantium.

Cf. Walth. T. I. p. XXIII. et Rupert. Vol. I. p. CX. sq.

Editiones omnium Operum.

I. Editio *Spirensis* princeps curata a Vendelino de Spira Venet. 1470. fol.

II. *Francisci Puteolani*, Mediol. circ. a. 1475. fol. repet. Venet. 1497.

III. Ed. Put. repet. ab *Ioanne Rivio*. Venet. 1512. fol.

IV. *Philippi Beroaldi* Rom. 1515. fol.

V. Ed. Beroald. repetita ab *Andrea Alciato* Mediol. 1517. 4.

VI. *Basileensis prima* curata a Beato Rhenano ap. Froben. 1519. fol. est repetitio Ed. Alciati, sed diversa a Beroald., quam praeeunte Ernest. cum Walth. Alciat. appellavi; Rup. Basil. 1.

VII. *Beati Rhenani* Basil. 1533. fol. repet. 1544.; ap. Rup. Basil. 2 et 3.

VIII. *Aldina* Venet. 1534. 8. repet. Ed. Rhen.

IX. *I. Lipsii* Antverp. 1574. 8. saepissime repetita; ego usus sum Ed. 1668. fol.

X. *Curtii Pichenae* Francof. 1607. 4. repet. Genev. 1609. 8.

XI. *Iani Gruteri* Francof. 1607. 8.

XII. *Matthiae Berneggeri* Argentor. 1638. 8. repet. 1664. 8.

XIII. *I. Fr. Gronovii* Amstel. 1672. 2 voll. 8., repetit. ib. 1685.

XIV. *Theodori Ryckii* Lugd. Bat. 1685. 2 voll. 12.

XV. *Christiani Hauffii* Lips. 1714. 2 voll. 8.

XVI. *Iacobi Gronovii* Traiect. 1721. 2 voll. 4.

XVII. *Io. Aug. Ernestii* Lips. 1752. 2 voll. 8. Ed. II. ib. 1772.

XVIII. *Gabrielis Broterii* Paris. 1771. 4 voll. 4. repet. ib. 1776. 7 voll. 8.

XIX. *Bipontina* curata ab G. Ch. Crollio 1779—80. 4. voll. 8., auctior et emendatior repetita a F. Ch. Extero 1792.

XX. *Ier. Iac. Oberlini* Lips. 1801. 2 voll. 8.

XXI. *I. Car. Weikerti* Lips. 1813—16. 3 voll. 8.

XXII. *G. H. Luenemanni* Hannover. 1825. 2 voll. 8.

XXIII. *Im. Bekkeri* Lips. 1831. 2 voll. 8.

XXIV. *G. H. Waltheri* Hal. Sax. 1831—33. 4 tom. 8., cuius tom. IV. prodiit cura F. A. Ecksteinii.

XXV. *G. Al. Ruperti* Hannov. 1831—39. 4 voll. 8.,

XXVI. *Nicol. Bachii* Lips. 1834—1835. 2 voll. 8.

XXVII. *Francisci Ritteri* Bonn. 1834—36. 2 voll. 8.

XXVIII. *Guil. Boetticheri* Lexicon Taciteum sive de stilo C. Cornelii Taciti, praemissis de Taciti vita, scriptis ac scribendi genere Prolegomenis. Berol. 1830. 8.

Editiones Dialogi.

I. *Petr. Pithoei* Lutet. 1580. 8. repetit. Heidelberg. 1594. et Genev. 1604.

II. M. Fabii Quintiliani dialogus de causis corruptae eloquentiae recognitus emendatus et illustratus a *C. A. Heumann.* Goetting. 1719. 8.

III. Dialogus de Oratoribus s. de caussis corruptae eloquentiae vulgo Tacito inscriptus. Denuo recensuit etc. *I. H. A. Schulze.* Lips. 1788. 8.

IV. Editiones *Godofredi Seebodei* Gotting. 1813. 8. Hannov. 1815. 8.

V. *Ernesti Dronkii* Confluent. 1828. 8.

VI. *Friderici Osanni* Giss. 1829. 8.

VII. *I. Casp. Orellii* Turic. 1830. 8.

VIII. *Guilielmi Boetticheri* Berol. 1832. 12.

IX. *Francisci Ritteri* Bonn. 1836. 8.

Interpretationes vernaculae.

I. Von den Ursachen des Verfalles der römischen Beredsamkeit. Ein Gespräch, aus dem Lateinischen übersetzt und mit kritischen und historischen Anmerkungen und Erläuterungen begleitet von *I. Heinrich Nast.* Halle 1787. 8.

II. Tacitus Gespräch über *die Redner*, übersetzt und mit einem vollständigen Realcommentar versehen *v. I. G. Ad. Hübsch.* Nürnb. 1837. 8.

Commentationes ad Dialogum pertinentes.

I. *Cr. Sm. Schurzfleisch.* Animadvv. in Tac. dialog. de causis corruptae eloquentiae in H. L. Schurzfleisch. Actt. litt. Viteberg. 1714. 8. p. 126—192.

II. *Th. Wopkens.* Observv. in auctorem dial. de Oratoribus in Observv. miscell. in auctor. veteres ac recentiores (cur. P. Burmann. et I. P. d'Orvill.) T. VII. P. 3. p. 380 sq.

III. *I. Abr. Schuetzii* de oratoris instrumento philosophico ad Cap. XXXI. dialogi de corrupta eloquentia Diss. I. et II. Viteberg. 1768—69. 4.

IV. *L. G. Cromei* de legendo dialogo de oratoribus s. de causis corruptae eloquentiae qui Tacito vulgo inscribitur s. incerti auctoris Commentatt. I et II. Lunaeb. 1790. 4. repetit. in Magazin für öffentliche Schulen. Bremen 1790—91. I, 1. p. 35 sq. II, 1. p. 159 sq.

V. *I. F. Drueckii* Prolus. in locos aliquot ex Taciti Agricola et Dialog. de Orator. Stuttg. 1799. repet. in Eiusd. klein. Schrift., herausg. v. C. P. Conz. Tübing. 1811. 8. Vol. II. p. 1—31.

VI. *F. A. Wolfii* Animadvv. in Dial. de Oratoribus in Eiusd. verm. Schrift. u. Aufsätz. Halle 1802. 8. p. 158 sq. et in C. D. Beck. Commentar. societ. philol. Lips. Vol. I. P. 1. p. 76 sq.

VII. *Gerh. Weferi* Diss. de auctoribus quibus dialogus de causis corruptae eloquentiae adscribitur Sect. I. Helmstad. 1805. 4.

VIII. *A. G. Langei* Commentatio: Dialogus de Oratoribus Tacito vindicatus in Act. Seminar. reg. et societ. philol. Lips. ed. a C. D. Beck. T. I. p. 22 sq. repetit. in Dronk. Ed. Dial. p. XVI sq. et in Lang. verm. Schr. u. Red. herausg. von Iacob p. 1 sq.

IX. *Th. Tyrwhitti* Nott. brev. ad Dial. e margin. ed. Lips. 1627. ad oram Broter. transscriptas evulgavit Th. Kidd. in praef. opuscc. D. Ruhnken. Lond. 1807. p. LXIX sq. repetit. in Seebod. Archiv etc. 1824. p. 796 sq.

X. *F. G. Klossmanni* Prolegomena in Dialogum de Oratoribus. Vratislav. 1819. 4. auctiora et emendatiora ib. 1833. 4.

XI. *A. Goeringii* de dialogi de Oratoribus qui vulgo C. C. Tacito inscribitur praestantia P. I. Lubec. 1829. 4.

XII. *H. Gutmanni* Diss. qua Tacitum dialogi de Oratoribus scriptorem non esse demonstratur in Ed. Orell. Dial. p. 101 sq., cuius argument. repetit. in Gutm. interpret. vernac. Dialog. prooem. p. 145 sq.

XIII. *Fr. Hessei* Dissert. de C. Caecilio Plinio Minore Dialogi de Oratoribus auctore in Fortsetz. d. Neuen Iahrbuchs des Paedagog. zu Lieben Frauen in Magdeburg. VI. 1831. 8. Idem (nuper Magdeburgi mortuus) commentationes criticas de Dialogo de Oratoribus 1832. conscriptas precibus meis obsecutus ad me transmiserat, quibus hic illic usus sum.

XIV. *Th. Frid. Strodtbeckii* Diss. qua ostenditur Materninae personae in dialogo de oratoribus obviae vultus ironicus. Heilbronn. 1831. 4.

XV. *Guil. Boetticheri* Comment. de vita, scriptis ac stilo Cornelii Taciti, adiecta emendatione recen-

sionis Bekkerianae perpetua, scholarum maxime in usum. Berol. 1834. 8.

XVI. *Fr. Aug. Eckstenii* Prolegomena in Taciti, qui vulgo fertur, Dialogum de Oratoribus. Hal. Sax. 1835. 4.*)

XVII. *P. Petersenii* Annott. in Corn. Tacit. Spec. II. cum appendicula de codice Neappolitano, quo Dialogus de Oratoribus continetur. Confluent. 1835. 4.

XVIII. *Ed. Bonnelli* de mutata sub primis Caesaribus eloquentiae Romanae condicione, imprimis de Rhetorum scholis, Commentatio historica. Berol. 1836. 4.

XIX. *Aug. Wittich* über den Verfasser des Dialogus de Oratoribus in Seebod. etc. Archiv. f. Philol. u. Paedag. V. 2. 1839. p. 259 sq., qui C. Plinio Caecilio Secundo eum adiudicat.

XX. *H. C. A. Eichstadii* Quaest. philoll. Spec. VI. De Dialogo qui inscribitur de Oratoribus. Ienae 1839. 4.**)

---

*) Pag. 84. »Iam finem faciamus quaestionibus hisce et sic statuamus, et antiquitus tradita testimonia ipsiusque Plinii auctoritatem gravissimam Tacito vindicasse dialogum, cui et per aetatis rationem et reliquas caussas recte conveniat, sed summam superesse difficultatem in dicendi genere a Taciti usu plane abhorrente positam, quare totam rem, dum meliora proferantur, in medio relinquendam esse censuimus.«

**) Pag. 17. »His ita expositis, quid tandem relinquitur, quod de Dialogo probabiliter dicatur? Tria sunt, nisi fallor. I. Dignissimus est Dialogus illo Romanarum litterarum aevo, quod argenteum solet appellari: vixit scriptor aequalis Tacito et Plinio, sermonesque, anno a principatu Vespasiani sexto, qui annus est aerae Christianae septuagesimus quintus, habitos et ab ipso admodum iuvene auditos Domitiani tempore litteris mandavit. Utrum eodem tempore, scriptoribus sane periculoso, an sub Nervae demum et Traiani tempore in lucem prodierint, dubitari potest. II. Bene versatus fuit in legendis Ciceronis, Quintiliani, Taciti et Plinii iunioris scriptis; multae fuit homo lectionis atque eruditionis; etiam acumine valuit et iudicii elegantia. Non pauca, quae ad compositionem et

XXI. *A. Westermann.* Geschichte der römischen Beredsamkeit §. 74. breviter de scriptore, argumento et controversiis ad Dialogum pertinentibus disputat.

C. De collocutoribus Dialogi.

Cf. Schulz. Prolegg. p. XXXVI—XLII. repetit. in Ed. Dronk. p. XXIV sq. Rupert. Vol. I. p. LXXVII sq. Eckstein. Prolegg. p. 5 sq.

I. *Curiatius Maternus.* De eius vita, ingenio et scriptis non aliunde quicquam constat quam ex hoc Dialogo; qui num Gallus fuerit, quod praeeuntibus Eckstein. ad Dial. 7. (qui tamen Prolegg. p. 6. dubitat) et Rup. Vol. I. p. LXXVII. scripsi, incertum est; quum potius ex Hispania oriundus videatur, si modo ad eum referri possunt verba Martial. X, 37, 14—17. *Iuris et aequarum cultor sanctissime legum, Veridico Latium qui regis ore forum, Municipi, Materne, tuo veterique sodali Callaicum mandas ecquid ad Oceanum?* Postquam is, qui in Dialogo pariter ac Messalla

---

artem dialogi pertinent, et quae de eloquentia in universum disseruit, a Cicerone sumpsit: eiusdem ornatum affectavit atque copiam dicendi, sed ita, ut non raro in vitium tautologiae laberetur et abundanter magis quam copiose et ornate scriberet: in universo scribendi genere Quintilianum, in delectu et usu singulorum verborum saepenumero Tacitum sequutus, sed neque illius vim et nervos in disputando et concludendo, neque huius in dicendo σεμνὸν assequutus est: ceterum tota dictio convenit illi, quam diximus, aetati, quo fit ut multae loquutiones etiam Plinianis simillimae sint. III. Quisnam vero ex illa aetate conscripserit Dialogum, vix poterit ad liquidum perduci. De Quintiliano ne qua in posterum suspicio renascatur, cavit subtilitas Spaldingii: Tacitus numquam videtur scriptionem totamque disputandi rationem pro sua agniturus fuisse: Plinio iuniori qui libellum tribuunt, perpauca protulerunt nec satis idonea sententiae suae argumenta. Ceteri coniectores, Itali quidem et Galli, quid somniarint, satius est silentio praetermittere.«

primas sustinet partes, in forensibus causis agendis diu et feliciter sudavit magnam auctoritatem consecutus atque aeribus et imaginibus ornatus, (Dial. 11.), quod natus erat ad eloquentiam virilem et oratoriam, postea omissis orationum et causarum studiis totam vitam pangendis carminibus insumere decrevit. Ex oratore poeta factus ingenio vivido et antiquae Romanorum virtutis ac libertatis amantissimo (Eckstein. Prolegg. p. 6. Stoicus fuisse videtur) ad quattuor tragoedias scribendas se contulit maiorem ratus in iis inesse materiem potentissimos civitatis vexandi quam in causis privatis et centumviralibus, quarum argumenta vel ex Romana historia erant deprompta, sicut in Catone Uticensi et Domitio Nerone, vel e Graecorum fabulis, ut in Thyeste et Medea, de quibus vd. annott. ad Dial. 13. Quum autem Catone, quem acerrimum libertatis rei publicae vindicem et infestissimum impotentis dominationis adversarium descripsit, principum animos mutato imperii statu sub Caesaribus assuetos offendisset, ut malignorum rumores de eo per urbem dispergerentur, rogatus a Iulio Secundo, ut sublatis, quae pravae interpretationi materiem dedissent, Catonem retractatam emitteret sibique ab odio et invidia potentiorum caveret, indignatus constanter respondit (cp. 3.) se quidem tragoediam emendatis iis, quae poeta ipso indigna videri possent, editurum sed ita, ut qui priori eius recitationi interfuissent, statim eam vel emendatam offensis tamen non mutatis agnituri essent. Sed huius pertinaciae nimiaeque libertatis in tragoediis depromptae capite poenas dedit sub Domitiano a. 94 p. Ch. referente Dion. Cass. LXVII, 12. *Μάτερνον δὲ σοφιστὴν, ὅτι κατὰ τυράννων εἶπέ τι ἀσκῶν, ἀπέκτεινε.* Ad eius supplicium spectare videntur verba cp. 13. *statuarque tumulo non maestus et atrox* (ubi vd. annott.), quippe cuius morte Tacitus, ut primas ei in hoc Dialogo assignaret, excitatus videa-

tur. Materni oratio omni poetico ornatu instructa est, quum strenuum poesis defensorem contra eloquentiam se praebeat et laudatorem studiosum vitae tranquillae et quietae a negotiis, h. e. a sollicitudinibus et curis oratorum alienae, quae e poesis studio enascatur (cp. 11 — 13.). Ex hoc quieti status amore ortum esse eius laudes civitatis, quae unius dominationi pareat, et iudicium de eloquentia, mala arte malisque moribus nata [cf. Quint. II, 16. patronum eloquentiae contra eius obtrectatores: *Quare etiamsi in utramque partem valent arma facundiae, non tamen est aequum id haberi malum, quo bene uti licet*], quod ab ironia longissime abesse Wittich. l. l. contra Strodtbeckium contendit, cui astipulantur Eckseinius, Klossmannus Prolegg. p. 29 sq., Westermann. G. d. r. B. §. 74. et Bachius vd. annot. ad cp. 35., adversatur Bonnell. quoque de mutata eloquentiae Romanae sub prim. Caesar. condicione p. 29. »At vero quanticunque faciebant Romani dicendi artem, tamen non deerant modesti et pacis amantes cives, qui eandem alumnam licentiae, comitem seditionum, effrenati populi incitamentum esse, quae in bene constitutis civitatibus non oriretur, censerent. Talem enim, sive is Iulius Secundus sive Maternus fuit, nec turpem adulatorem aut fictum et assimulatum irrisorem, ut nonnulli opinati sunt, auctor dialogi de oratoribus haec facit dicentem cp. 41. *Quomodo — periclitantibus.*«

II. *Marcus Aper.* Quum huius apud nullum alium scriptorem nisi apud Tacitum in Dialogo mentio fiat, difficile est de eius patria, vita et ingenio certius quicquam proponere. Eckstein. Prolegg. p. 10 sq. suspicatur eum fuisse Gallum, quod quum e cpp. 7 et 10. concludi possit, tum quod Galliae eloquentiae studio admodum deditae fuerint coll. Suet. Calig. 20. Rupert. ad Iuven. I, 44. Spalding. ad Quint. Vol. IV, p. 147. add. Westerm. G. d. r. B. §. 78. 87., et quidem Aeduum, quo-

niam ei homini novo latus clavus oblatus et honores quaesturam, tribunatum et quaesturam consecutus sit, coll. Tac. Ann. XI, 25. *primi Aedui senatorum in urbe ius adepti sunt; datum id foederi antiquo et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurpant.* Westerm. G. d. r. B. §. 84. 35. et Wittich. l. l. p. 259. Gallum fuisse concedunt. Sed vehementer errant, qui e Britanna originem eius repetunt, ut Schulzeus, Cromeus et Rauchensteinius, quum eum ibi sub Suetonio Paullino Gallo aliquamdiu militasse (vd. Walch. ad Tac. Agric. p. 144.) posteaque Romam venisse verisimillimum sit. Clarissimus fuit orator sub Vespasiano (cp. 2.), qui ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris eloquentiae famam consecutus et omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat tanquam maiorem industriae gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis niti videretur. Sed is mirum quantum scholasticis controversiis oblectatus otium suum maluit novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere, quos acerrime insectatus tam contempsit quam nimium laudavit sui saeculi disertos. Nam quum eloquentiam prae poetica contra Maternum, quem a poesi ad eloquentiam forensem revocare studebat, summis laudibus extolleret, non intellexit perfectam illam, quam veteres oratores, ut Cicero, nobis repraesentant, sed rettulit eam tantum ad forum et ad causarum tractationem, quippe quo studio nihil sit ad utilitatem fructuosius, ad voluptatem iucundius et ad famam illustrius vd. cp. 5—10. et 15—23. Habendus est in numero rhetorum, quibus eloquentia ex sordidis artificiis (vd. cp. 32) esset et qui Gabinianum (cp. 26.) praeferrent Ciceroni. Dictio eius refert scholae artificia, ex eiusque laudibus eloquentiae prae poesi et quidem oratorum saeculi sui intelligitur iam tum artem dicendi in deterius

lapsam esse coll. Strodtbeck. p. 7. Ceterum Aper Academicus fuit homo in disputando contentiosus et vehemens, qui aliud in pectore clausum haberet, aliud ore proferret sola pugnandi libidine nimioque praesentis status studio abreptus vd. cpp. 3. 15. 16 et 24.: »*Quae quum Aper dixisset* etc.«

III. *Iulius Secundus.* Exiguae fere vel potius nullae eius partes in his sermonibus fuerunt cpp. 1. 3. 5. 14. 16., nisi forte eum quoque a cp. 36—40., ubi causae externae eloquentiae corruptae explicantur, cum Beckero, Wittich. all. locutum esse affirmare vis. Certiora de eius vita, ingenio et scriptis e Tacito et e Quintiliano componere licet. Patruum habuit Iulium Florum, disertissimum oratorum Galliae, disciplina usum M. Porcii Latronis Hispani, clarissimi sub Augusto rhetoris vd. Senec. Controvv. L. IV, 25. p. 283. Bip. Westerm. G. d. r. B. §. 86. 2—8., ad quem virum ob ingenii doctrinaeque praestantiam plurimi a se aestimatum Horatius scripsit Epp. I, 3 et II, 2. vd. Weichert. poet. Latt. reliq. p. 365 sq., qui exstimulator acerrimus rebellionis inter Treveros a. 774. U. C. sub Tiberio (cf. Tac. Ann. III, 40.) in Gallias, seu eloquentiae, quae ibi viguit, aliarumque artium studio excitatus, seu Tiberii consuetudinem vitaturus, Roma secessit. Ab hoc magistro et auctore Secundus ad eloquentiam impulsus videtur, in qua tantum profecit tantamque sibi laudem paravit, ut cum Apro inter celeberrima tum fori Romani ingenia referretur, quamvis plerique maligne opinarentur non promptum ei esse sermonem (cp. 2.). Quibus tamen contradicens Tacitus ibidem affirmat: *Nam et Secundo purus et pressus et in quantum satis erat profluens sermo non defuit.* Huc accedit Apri honorificentissimum iudicium de Materni et Secundi eloquentia cp. 23. *et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis, ea electio inventionis, is ordo re-*

rum, ea, quotiens causa poscit, ubertas, ea, quotiens permittitur, brevitas, is compositionis decor, ea sententiarum planitas est, sic expri-mitis affectus, sic libertatem temperatis, ut, etiamsi nostra iudicia malignitas et invidia tar-daverit, verum de vobis dicturi sint posteri. A quo iudicio quodammodo discrepat Quintilianus, eius aequalis et amicus, X, 1, 120 sq. *Iulio Se-cundo si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiiciebat ceteris virtuti-bus suis, quod desiderari potest. Id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius ad cu-ram rerum ab elocutione respiceret. Ceterum interceptus quoque magnum sibi vindicat locum: ea est facundia, tanta in explicando, quod vel-let, gratia, tam candidum et lene et speciosum dicendi genus, tanta verborum, etiam quae as-sumpta sunt, proprietas, tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia.* Ib. 3, 12 sq. *Nec promptum est dicere, utros peccare validius putem, quibus omnia sua placent, an quibus nihil. Accidit enim etiam ingeniosis adolescen-tibus frequenter, ut labore consumantur et in si-lentium usque descendant nimia bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narrasse mihi Iulium Secundum illum, aequalem meum atque a me, ut notum est, familiariter amatum, mi-rae facundiae virum, infinitae tamen curae, quid a patruo sibi esset dictum. Is fuit Iulius Flo-rus, in eloquentia Galliarum, quoniam ibi de-mum exercuit eam, princeps, alioqui inter pau-cos disertus et dignus illa propinquitate. Is quum Secundum scholae adhuc operatum tristem forte vidisset, interrogavit, quae causa frontis tam adductae? Nec dissimulavit adolescens ter-tium iam diem esse, quod omni labore materiae ad scribendum destinatae non inveniret exor-dium: quo sibi non praesens tantum dolor, sed*

etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, Numquid tu, inquit, melius dicere vis quam potes? XII, 10, 11. *elegantiam* Secundi laudat. De familiaritate, quae ei intercessit cum Saleio Basso poeta cf. Dial. 5. Praeter eloquentiae studium operam quoque dedit historiis conscribendis, quod intelligitur ex vita Iulii Asiatici ab eo sic composita, ut spem hominibus plurium eiusmodi librorum faceret cp. 14. In Dialogo se praebet hominem cautum et anxium, qui Maternum admonebat, ut Catone retractata sibi caveret ab offensis potentium et a rumusculis malignorum (cp. 3.), et in disceptatione controversiae inter Maternum atque Aprum, utrum poetica an eloquentia potior sit, iudicem modestum et probum neutri patri faventem.

IV. *L. Vipstanus Messalla.* Claris maioribus ortus et egregius ipse non minus excellebat laude bellica quam ingenio doctrinaque, ut principem inter oratores suae aetatis locum obtineret. Nam quum in bello inter Vitellium et Vespasianum gesto tribunus praeesset legioni septimae Claudianae, quam Aponius Saturninus legatus e Moesia in Italiam ad Flavianas partes adiuvandas adduxerat, tam strenuum et honestum se praestitit, ut Tacitus eum solum bonas artes ad id bellum attulisse praedicet Histor. III, 9. 11. 18. Quam praeclarus orator iam adolescens fuerit, apparet quum e verbis Dial. 15. *Nam hunc tuum sermonem — denegares* et 16. *Magnam — accessit,* tum ex iis, quae narrat Tac. Hist. IV, 42. *Magnam eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est nondum senatoria aetate* [quae fuit a. 25. annot. Lips. ad Ann. XII, 23. Exc. ad III, 29.] *ausus pro fratre Aquillio Regulo deprecari* (823. U. C.), de qua defensione cf. annot. ad Dial. 15. et Eckstein. Prolegg. p. 15 sq. Rupertius suspicatur eum fuisse filium C. Vipstani cos. a. 812. U. C. Ipse con-

sul fuit sub Traiano cum M. Pedone Vergiliano a. 868. U. C. 115 p. Ch., septuagenario maior, quum iam a. 824. U. C. 70 p. Ch. tribunus fuisset. Bis in enarranda historia eius auctoritatem interposuit Tac. Hist. III, 25. (*rem nominaque auctore Vipstano Messalla tradam*) et 28. (*ut Messalla tradit*), ex quorum locorum recta interpretatione diiudicandum est, utrum Messalla historiam temporum suorum scripserit, an has narrationes Tacitus ex eius ore exceperit. Schulz. p. XXXX. propensior est in priorem explicationem, quae recte probatur Rupert. Vol. I. p. XXXVI.; Wittich. quoque, nimirum commentarios de bello inter Vitellium et Vespasianum gesto ab eo conscriptos statuenti, et Bachio ad Hist. III, 25.; posteriori astipulatur Eckstein. Proleg. p. 17., qui Messallam e numero historicorum Latinorum eximendum censet. In Dialogo Messalla optime in Ciceronis scriptis oratoriis versatus, cuius libros de Oratore potissimum ante oculos habuit, laudator et defensor antiquorum temporum eloquentiae exstitit, quam eminentiorem et perfectiorem fuisse oratione copiosa explanavit, in qua tamen multa reprehendenda videntur Klossmann. Prolegg. p. 3 sq., disputatori subtili quidem, sed in multis nimium arguto. Rogatus enim ab amicis ut exponeret causas, cur recentiores tantum ab eloquentia veterum recessissent (cp. 24.), et eloquentiam et ceteras artes ab illa vetere gloria descivisse ait (cp. 28.) non inopia hominum, sed desidia iuventutis et negligentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui. Affert igitur intestinas causas corruptae eloquentiae cp. 24—35., quae sunt: 1) depravata puerorum educatio; 2) mutata exercitationum genera. Maternus deinde cp. 36—41. 3) externam causam explicat positam in conversa imperii et iudiciorum ratione.

D. Designatio temporis, quo Dialogus habitus, scriptus et editus sit.

Cf. Eckstein. Prolegg. p. 35—39.

De tempore, quo sit habitus Dialogus, ex eo ipso argumenta satis firma peti possunt. Legimus enim cp. 16. *ac mihi versantur ante oculos Ulixes et Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen, ut utrique superstites essent. Ex quo apparet non multo plures quam quadringentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem.* Cap. 17. *Nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, septimo Idus Decembris occisus est, quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Quintum Pedium consules suffecit. Statue sex et quinquaginta annos, quibus mox Divus Augustus rem publicam rexit* [43. a. Ch. — 14 p. Ch.]; *adiice Tiberii tres et viginti* [14—37.] *et prope quadriennium Gai* [37—41.] *ac bis quaternos denos Claudii* [41—54.] *et Neronis annos* [54—68.] *atque ipsum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum* [68.] *ac sextam iam felicis huius principatus stationem, qua Vespasianus rem publicam fovet, centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur.* Cap. 24. *quum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit;* ad quos tres locos cf. annott. nostr. Unde manifestum est sexto imperii Vespasiani anno Flavio Vespasiano Augusto VI. Tito Vespasiano Caesare IV. coss., h. e. a. 75 p. Ch. 828 U. C., hos sermones in cubiculo Materni Romae esse habitos.

At difficilior est quaestio de tempore, quo sit Dialogus scriptus et editus; quod posteriore demum factum esse ex ipso libello satis dilucide intelligitur,

nisi quis forte opinione temere conceptae a Rupertio Vol. I. p. LXII. propositae assentitur illud colloquium non vere factum sed potius ad vere facti similitudinem effictum et compositum, ut similia a Platone, Cicerone et aliis; nec facile quenquam tot sermones ab ipso admodum iuvene auditos paulo post aetate constanti sola memoria ac recordatione usum iisdem numeris iisdemque rationibus litteris mandare potuisse; eandemque ob causam nomina moresque Apri et Secundi, quorum certe alibi non mentio fiat, pro fictis esse habendos. Nam quum cp. 1.*) Tacitus dicat se *iuvenem admodum* illorum sermoni interfuisse, non dubitari potest, quin aliquantum temporis, non pauci anni inter Dialogum habitum et editum intercesserint; neque Fabius Iustus Domitiano superstes saepe iuvenem, sed potius aetate provectiorem ad illorum virorum disputationes litteris mandandas impulisset, quum tota Dialogi confectio ab homine iam maturioris iudicii profecta videatur.

Alia ratio, cur Dialogus aliquanto post scriptus sit, inde petenda, quod Aper et Secundus, qui *celeberrima tum ingenia fori* cp. 2. appellantur, iam mortui erant, et Secundum quidem praematura morte ante Domitiani imperium interceptum fuisse colligitur e Quint. X, 1, 120 sq. vd. supr. p. XXVII. Huc accedit quod verba cp. 13. *nec incertus futuri — roget* de Materni supplicio sunt intelligenda, unde Wittich. quoque colligit Dialogum ante a. 94. componi non potuisse. Sed quum editio libelli, in quo spirat non minus antiquae liber-

*) Vd. annot. nostr. ad h. l. Eckstein. Prolegg. p. 37. allatis exemplis, quibus add. Cic. Brut. 88, 301. de Hortensio *admodum adolescente* h. e. 19. annorum, docet iuvenes intra septimum decimum et vicesimum quartum vel quintum annum intelligendos esse. Quis igitur credat Wittich. II. p. 285., a quo quidem *iuvenis admodum* refertur ad aetatem a 14 — 19 ann., Plinium, si modo iure scriptor libelli esset habendus eique dialogo puer 14 annorum interfuisset, recte se ipsum vocare potuisse *iuvenem admodum*?

tatis amissae amor et memoria quam odium acerrimum in tyrannos, sub Domitiano imperatore suspiciosissimo atque crudelissimo res fuisset periculi plena*), videtur is quidem extremis eius annis scriptus, sed sub Nerva demum aut Traiano foras emissus. vd. Eichstad. supr. p. XXI. laud. Klossmann. Prolegg. p. 35.

E. Summarium Dialogi transscriptum e Prolegg. Eckstein. p. 20—25.

Ad Curiatium Maternum postridie eum diem, quo Catonem fabulam recens scriptam recitaverat et sententiarum libertate potentiorum animos offenderat, salutatum conveniunt Marcus Aper et Iulius Secundus, eius familiarissimi; qui cum illum Catonem suam manibus tenentem et repetentem legendo deprehendunt, tum Secundus, cubiculum dum intrat, eo id consilio fieri suspicatur, ut sublatis istis offensionibus non solum correctior et emendatior, sed securior etiam illa tragoedia in vulgus edatur. Maternus contra, tales offensas se nihili facere acriter contendens, immo, ait, maturare huius fabulae editionem paro, ut, perseverans in talibus argumentis eligendis et malevolorum interpretationes malignas nihil curans, ad novam tragoediam componendam me convertere possim. Deinde Aper,

---

*) Strodtbeck. comment. de Matern. pers. vult. iron. p. 11, »verisimillimum est, Tacitum eumque Domitiani extremo tempore conscripsisse dialogum, et hoc ipso libello seriem scriptorum inchoasse. Hoc igitur imperatore, libertate videlicet in exilium acta, ademtoque per inquisitores loquendi etiam audiendique commercio, nec potuisse quemquam sine praesentissimo supplicii periculo de isto quidem genere quaestionum simpliciter ad veritatem loqui, et cum universi seculi faciem tum saevi maxime tyranni personam ultro etiam invitasse et provocasse scribentis animum ad immiscenda adumbrationi suae ironica lineamenta, neminem non intellecturum puto. Sane tum temporis aut tacendum fuit de dominatione et eloquentiae inde profecta labe, aut ironia utendum.«

poetica Materni studia indignatus, malle se dicit, illum in forensi eloquentia permanere quam fabulis ad ineptorum Graecorum exemplaria conscribendis subire vitae periculum (c. 2. 3.). Nec aspernatur Maternus sui suorumque defensionem, et propter perpetuas cum Apro controversias disputatione tota tamquam litis actione instituenda, iudicem utriusque artis et poeticae et oratoriae peritissimum adesse. Secundum significat, cuius ad sententiam sua se studia directurum esse promittit (c. 4.). Secundus in cognitione urbane se excusat, cum et propter summi poetae Saleii Bassi familiaritatem et propter Materni in poetica arte praestantiam huius apud se gratia sit maior (c. 5.). Ita Aper, provocatus quasi in certamen orationem suam (c. 5 — 10.) callide ab ipso Materno orditur, quem, cum ab ipsa natura praeclara ad eloquentiam indole instructus sit, ad leviora se convertisse carminum studia maxime dolendum esse dicit, praesertim cum in civitate Romana et utilitate et voluptate et gloria nihil magnificentius sit quam oratoria et forensis eloquentia. Inde enim oriri adversus omnia pericula praesidium firmissimum, expeditam securitatem; inde omnium hominum, potentissimorum etiam, qui oratoris auxilium implorent, summam observantiam; inde, quae hisce externis longe sint ampliora praemia, animi laetitiam, quae ex felici orationis successu unicuique detur (c. 6.); accedere praeterea famam gloriamque ad extremas usque orbis terrarum partes propagatam nominisque splendorem, qui vel ignobilitate generis non obscuretur, cum principum favore ac gratia (c. 7 et 8.). Quid contra in poetica arte emolumenti? carmina enim neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliare, neque utilitates alere, voluptatem autem brevem, laudem in molestissimis recitationibus acceptam inanem, volucrem, infructuosam consequi; secedendum esse praeterea ex urbis iucunditate, relinquendam amicorum consuetudinem, fugiendum ad vitae rusticae solitudinem, si dignum aliquod et perfectum velint conficere (c. 9.). Idque etiamsi iis contigerit, famam tamen eorum multo angustioribus finibus

contineri quam oratorum. Quare is poeticam artem, non quidem a se contemptui habitam, iis relinquendam esse censet, quibus natura ad maiora pervenire denegaverit, et exhortatur Maternum, ut levioribus istis omissis ad eloquentiae gravitatem redeat, unde non solum honorem maiorem, sed securitatem etiam, quae periclitetur in tragoediis, sibi comparet (c. 10.). Excipit eum Maternus, non sine levi irrisione exordiens orationem tam laetam, ita luminibus distinctam et variatam, ut summum poetae ardorem in re sua tutanda facile agnoscas (c. 11—13.). Eloquentiae voluptates is pro nihilo ducit, utilitatem eius in morum innocentia negat, et famam etiam maiorem parari carminibus affirmat, quia non ad aequales solum pertineant, sed ad omnem posteritatem duratura tradantur (c. 11.). Solitudinem autem adeo esse augustam, ut prae ea forensis strepitus sordeat et vilescat; quid quod aurea iam aetate deorum conventibus interesse poetis licuerit, et recentiore quoque tempore summis viris et principibus grati sint atque accepti, omnique praeterea cura ac sollicitudine liberi (c. 12 et 13.).

Ita res, quae in exordio disceptatur et quae in comparatione, utra ars praestantior sit, oratoria an poetica, continetur, ad finem perducta est; quem disputationis decursum auctor eo mirifice adiuvit, quod priore illa re breviter exposita sermoni intervenientem finxit Vipstanum Messallam, interlocutorem quartum. Qui cum adventum suum, importunum fortasse et molestum, excusasset et a Secundo de praegressae orationis argumento paucis certior factus esset, vehementer se delectari profitetur, quod et Secundus ultra in litteris processerit et Aper, scholasticis controversiis nondum relictis, otium suum novorum rhetorum more quam antiquorum oratorum malit consumere (c. 14.). Quibus dictis incensus Aper suspicatur Messallam novam eloquentiae formam parvi aestimare, nimium tribuentem antiquorum praestantiae, quamvis et ipse et frater eloquentiae laude maxime floreant; contra Messalla non sine arte et comitate Aprum vel ipsum ea in re a se

et reliquis non dissentire innuens omnium animos ad magnam inter antiquos et novos oratores diversitatem advertit eiusque caussas indagandas proponit (c. 15.); qua re disputationem ad rem in praefatione commemoratam duci videmus.

Cuius argumenti gravitatem cum concessisset Secundus simulque ad eam disputationem suscipiendam Messalla neminem aptiorem esse significavisset, is se ad id faciendum paratum profitetur, eique in partibus, quas omiserit, persequendis se non defuturos esse propensi Maternus et Secundus promittunt (c. 16.).

Sequitur iam Apri, qui, reliquis de antiquorum oratorum praestantia consentientibus, solus sui temporis defensionem suscipit, pro recentioribus acrior et vehementior oratio (c. 16—23.), non omni tamen comitate et urbanitate carens. Ante omnia putat, quibus illud antiquorum nomen tribui debeat, quaerendum esse, sibi enim vel Ulixem eiusque aequales ita nominari consentaneum videri, adversarios vero id ad Demosthenem reliquosque eiusdem aetatis oratores referre, qui non plus quadringentis annis absint, et, si quis ad mathematicorum in magno anno definiendo subtilitates confugiat, ad eundem atque ipsi mensem pertineant (c. 17.). In Latinis non Menenium Agrippam dici antiquum, sed Ciceronem quique una floruerint cum eo, quamvis illius ab morte tantum centum et viginti anni praeterierint; ex qua temporis brevitate consequi, illorum laudem huic aetati rectius concedi, quam antecedentibus temporibus, quorum oratores rudes sint et impoliti. Neque vero accommodata est antiquorum eloquentia hisce temporibus, quia formae ac genera dicendi mutantur, neque aliam ob caussam recentiorum eloquentia videtur deterior, quam quod humana malignitas nova plerumque fastidire, antiqua extollere soleat. Inde etiam factum erat, ut ne Ciceroni quidem obtrectatores deessent (c. 18.). Cassius Severus, quem ad eloquentiam immutandam principem exstitisse ferunt, consulto descivit ab antiquis, quia cum temporum condicione orationis quoque formam mutandam esse perspexerat. Olim im-

tumensae orationes populo, utpote imperito, placebant, omniaque, quae ex rhetorum et philosophorum praeceptis ad exornandam orationem adhibebantur, in laude erant et honore. Nunc, ubi auditorum corona delicatiores aures habet, ubi iudiciorum ratio ad brevitatem cogit, ubi iuvenes litterarum studiosi laetissima quaeque expetunt, magis poetica oratio requiritur. Quo ornatu si quis eloquentiae vim debilitari existimat, vehementer erraverit (c. 19 et 20.). Et celebratissimi illi antiqui oratores quot vitiis depravati sunt! Calvi pleraque lenta sunt et fastidiosa, Coeliana antiquarium produnt, Caesar propter aliorum negotiorum magnitudinem ad eloquentiae fastigium pervenire non potuit, Brutus magis philosophus est quam orator, Asinius Pollio vetustissimorum asperitatem et siccitatem imitatus est (c. 21.), et Cicero, qui primus meliorem eloquentiam non sine aequalium controversia instituit, in prioribus praecipue orationibus antiquitatis vitiis non caret (c. 22.). Iniqui igitur iudices sunt, qui illos solos imitandos proponunt; omnes et vos imprimis, quibuscum litigandum est, in nostro saeculo illustrando omnem curam cogitationemque ponere debetis (c. 23.).

Materno interpellante, Aprum ob contradicendi cupiditatem has sibi partes sumpsisse neque ex animi sui sententia ea pronuntiasse, in quibus consentiat cum ceteris, et provocante Messallam ad caussas, cur in tantum recentiores ab eloquentia antiquorum recesserint, explicandas (c. 24.); Messalla nominis controversia omissa, diversa dicendi genera et esse et fuisse concedit quidem, antiquorum tamen virtutem multo maiorem esse monet, cum in recentioribus levitas, mollities, histrionalis fere cultus appareat. Sed in comparatione accuratius instituenda singulos iam oratores singulis opponere opus erit, neque universi cum universis conferendi sunt (c. 25 et 26.). Et exemplorum enumerationem intercipit Maternus, iterum, ut ad caussas illius diversitatis exponendas accedat, monendo. Quo impulsus transgreditur Messalla, antiqua usurus libertate, ad orationem suam de imminutae eloquentiae caussis (c. 27.).

Quarum primam in desidia iuventutis et negligentia parentum, et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui positam esse ostendit (c. 28—32.), quo loco, cum is in privatae, ac domesticae apud Romanos educationis ratione versetur, antiquae disciplinae severitati (c. 28.) recentiorum ea in re negligentiam et socordiam opponit. Teneros enim pueros servorum eorumque vilissimorum curae mandari, adolescentes rhetoribus tradi (c. 29.). Quanta antiquorum cura fuerit ac sedulitas in studiis litterarum, locupletissimum testem Ciceronem extitisse eumque secutos aequales, qui cum omnium artium et disciplinarum cognitionem utilem et necessariam putaverint (c. 30.), tum in iure civili et philosophia maxime elaboraverint (c. 31.). Unde quae utilitates oriantur, apud Graecos Demosthenis, apud Romanos Ciceronis exemplum docuisse (c. 32.). Ibi cum Messalla perorasse videretur, denuo excitat eum Maternus, ut in cursu inchoato pergat eumque ad finem perducat (c. 33.); quo ad alteram caussam transitus fit, quam in mutatis exercitationum generibus sitam esse Messalla contendit (c. 33—35.). Apud antiquos iuvenis, honestatis praeceptis imbutus, ad excellentem aliquem oratorem deducebatur, cuius ad exemplum se conformaret, cuius et consuetudine et usu forensi artes oratori necessarias disceret et ad eloquentiam veram perveniret (c. 34.). Nunc rhetorum scholae frequentantur, in quibus si mores corrumpuntur et in eloquentia nihil proficitur, caussae et in sociis, quibuscum litteris student, et in materiis, quae tractantur, fictis quaerendae sunt. — Sermonis filum posteaquam lacuna interruptum est, tertia caussa profertur, conversam et reipublicae et iudiciorum formam usum et laudem eloquentiae imminuisse (inde a c. 36.). Omne enim auctoritatis et in senatu et apud populum fundamentum in eloquentia positum erat, cuius auxilio et ad honores viam sibi munirent et gloriam compararent, cum praesertim tum non de levibus caussis, sed de gravissimis et universae civitatis salutem spectantibus dicendum haberent (c. 36.). In iudiciis autem neque temporis brevitate neque iudi-

tum severitate neque externi apparatus et ornatus tenuitate adstricti erant, sed auditorum frequentia circumdati horum plausu magis etiam accendebantur, in potentissimorum imprimis accusationibus (c. 37—39.). Altera hic sequitur lacuna, post quam Maternus suam persequitur disputationem (c. 40—42.), in qua non sine irrisione recentium temporum condicio, quippe quae istis turbis ac seditionibus careat, felix praedicatur, et eloquentia fracta non inter detrimenta, sed propter multam civitatis securitatem, legum custodiam, imperium uni delatum inter maxima commoda numeratur (c. 40. 41.). Tum dialogus concluditur, laeti discedunt familiares (c. 42.).

Atque hoc quidem est argumentum huius dialogi, gravissimum certe et quod in disceptationem vocetur dignissimum. Versatur igitur in antiquorum et recentiorum oratorum diversitate exponenda et in caussis eius conquirendis. Quam disputationem, ut rite et ordine procederet, scriptor in tres partes divisit, quarum in prima (c. 5—13.) de eloquentiae et poesis dignitate quaeritur, in altera (c. 16—24.) de discrimine illo, quod inter antiquos et recentiores intercedere in oculos incidat, disputatur, tertia denique caussas affert, cur eloquentia fracta et imminuta sit; harum primam in depravata liberorum educatione positam esse docetur (c. 28—33.), alteram in mutatis exercitationum generibus (c. 33—35.), tertiam vero in libertate amissa et reipublicae forma conversa (c. 36—41.).

CORNELII TACITI
Dialogus de Oratoribus.

Cap. I.

Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, quum priora saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint, nostra potissimum aetas deserta et laude elo-

Cap. I. *Iuste Fabi*] Intelligendus est *Fabius Iustus*, Taciti et Plinii Sec. amicus, qui duas ad eum scripsit epistolas I, 11. et VII, 2. cuiusque mentionem facit I, 5, 8. Sub Traiano in locum Vettii Rustici Bolani consul suffectus est. Nomina gentilicia cognominibus non solum a Tacito aliisque scriptoribus argenteae aetatis, omissis tamen praenominibus (vd. Perizon. Animadv. hist. p. 133.), postponuntur, sed etiam a Cicerone, Livio, Caesare al. Cf. Dial. 13. *Secundus Pomponius* et *Afer Domitius*, 20. *Turpio Ambivius*. Boettich. Lex. Tac. p. 117. Bach. Prolegg. ad Tac. Vol. II. p. LVI. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. LXXIX. Ruhnk. Schol. ad Sueton. Tib. 1. Drakenb. ad Liv. III, 1. Herzog. ad Caes. B. C. II, 33.

cur, quum] *quum* omis. Cod. Farn. Bach., qui, ne quem asyndeton in antithesi offendat, laudat exempla ab ipso allata ad Ann. XI, 5. quae ratio explicandi mihi durior videtur.

priora saecula] *Saeculum* h. l. non est spatium centum annorum, sed aetas — tempus, qua significatione a scriptoribus argenteae aetatis frequentatur, vd. Tac. Agric. 3. ibiq. Walch. Forcell. Lex. s. v.

tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque floruerint] *floruerint* Codd. Farn. Paris. *effloruerint* Cod. Vind. Edd. ante Bekk. *Ingeniis gloriaque* pertinet ad id genus figurae ἓν διὰ δυοῖν, ubi alterum substantivum pro genitivo positum est: Tac. Hist. III, 19. *clementiam et gloriam.* Agric. 16. *ira et victoria.* Germ. 28. *similitudine et inertia Gallorum.* Vd. Walch. ad Agric. p. 431. Roth. de Synon. etc. p. 28. Eckstein. Prolegg. in Tac. Dialog. p. 82. Rigler. annott. ad Agric. p. 1 sq.

deserta et laude eloquentiae orbata] *eloquentiae* addunt Codd. Farn. Vaticc. receptum a Broter. Ern. Schulz. Dronk.

quentiae orbata vix nomen ipsum oratoris retineat. Neque enim ita appellamus nisi antiquos: horum autem temporum diserti causidici et advocati et patroni et

Bekk. al., omiss. in Codd. Par. Vind. vett. Edd. Orell. Rup. »*Deserta aetas*, ut locus a paucis cultus, comparatis multorum olim oratorum ingeniis. Honore artis amisso, ait, cessere etiam, qui artem tractarent, ita ut nunc ne artificis quidem nomen relictum sit.« F. A. Wolf. Miscell. p. 159. *Desertus* de agris incultis dici docet Doederlein. Lat. Syn. Vol. IV. p. 292. Eckstein. Prolegg. p. 80. h. l. ad id genus synonymorum refert, quae ad unam eandemque notionem exprimendam coacervantur, ut infra *memoria et recordatio*, cp. 2. *ingenio et vi naturae potius quam institutione et litteris.*

appellamus] *appellemus* Codd. Farn. Vaticc. Par. Vind. Edd. Spir. Dronk. Bach. *appellamus* ex emend. Puteol. reliq. Edd. Bachius ad Codd. lect. tuendam haec annotavit: »Sensus est hicce: *neque enim quemquam ita appellemus nisi antiquos, etiamsi hodie exstiterit quis illo nomine dignus.* Scriptor enim dubitat, an sua aetate quis soleat appellari orator, non definite negat quemquam ita appellari; modestius igitur loquitur, ut paulo ante: *vix nomen ipsum oratoris retineat*, quod multo fortius ita expresseris: *ne nomen quidem oratoris retineat.*« Bene Eckst. in Ed. Walther. defendit *appellamus: »recte quaeris*, cur aetas nostra vix *nomen ipsum oratoris* retineat, nam oratores appellari non solent nisi antiqui.«

antiquos] Qui sint *antiqui* vd. cp. 19.

diserti] De usu adiectivorum pro substantivis positorum vd. Zumpt. Gr. §. 363. not. Ramshorn. Gr. §. 152, 3., qui apud scriptores argenteae aetatis latius patebat: Dialog. cp. 6. *dicentes — imperiti*, cp. 7. *negotiosi et rebus intenti*, cp. 19. *antiqui*; Quintil. VI, 2, 3. *diserti*, I, 6, 45. *imperiti* vd. Bonnell. Lex. Quint. s. hh. vv. De differentia adiectivv. *disertus, facundus, eloquens* vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 14 sq., a quo citantur Cic. Orat. 5, 18. de Orator. I, 21, 94. *Eum statuebam d i s e r t u m, qui posset satis acute atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam opinione dicere: e l o q u e n t e m vero, qui mirabilius et magnificentius augere posset atque ornare quae vellet, omnesque omnium rerum, quae ad dicendum pertinerent, fontes animo ac memoria contineret.* Quintil. Prooem. VIII. Hoc tamen discrimen inter adi. *disertus* et *eloquens* non semper observatur, sed promiscue usurpantur vd. Cic. de Orat. I, 9, 36. Quint. XII, 1, 33. Forcell. Lex. s. v. *disertus.*

causidici] Causidicus is est, qui causam forensem agit vd. Cic. Orat. 9, 30. *Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum*

quidvis potius quam oratores vocantur. Cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis pondus excipere, ut aut de ingeniis nostris male existi-

quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen et qui in forensibus causis possit praeclare consistere. Sed iam aetate Ciceronis magisque postea contemptim dicebatur is, qui non patroni, nedum honorificentissimo oratoris nomine dignus esset, rabula aut clamator. A Cicerone et Quintiliano causidico perfectus orator opponitur. Cic. de Orator. I, 46, 202. *Non enim causidicum nescio quem neque proclamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum virum, qui primum sit eius artis antisies* etc. Quintil. XII, 1, 25. ibiq. Spald. *Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem, nec, ut asperioribus verbis parcamus, non inutilem sane litium advocatum, quem denique causidicum vulgo vocant* etc. — *Causidicus* et *praeco* componuntur a Petron. Sat. 46, 7. Iuven. VI, 39.

advocati et patroni] »Advocati Terentii et Ciceronis tempore dicebantur amici, quos, qui iudicio periclitarentur, ad se vocabant, ut se consilio, gratia, supplicando aut alia quavis opera iuvarent et praesentiam suam commodarent. Qui autem causas orabant, patroni causarum vocabantur. Ascon. Pedian. in Cic. Divin. in Caec. cp. 4. Ern. Clav. Cic. s. v. Postea vero ii quoque, qui causas agebant, advocati dicti sunt. Gronov. Lectt. Plautin. p. 152.« Ruhnk. ad Ter. Eun. II, 3, 48. Manut. ad Cic. Epp. ad Fam. VII, 10. Bonnell. Lex. Quintil. s. v. — *Patronus,* cuius munus et nomen honestissimum, est orator aut actor causarum, qui reum in iudicio defendit. Ascon. Ped. in Cic. Divin. l. l. *Qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico, aut procurator, si negotium suscipit.*

oratores] De vi ac dignitate oratoris vd. Cic. de Orator. I, 6, 20. *Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus* etc. I, 15, 64. *Quamobrem si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult, is orator erit mea sententia hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecunque res inciderit, quae sit dictione explicanda, prudenter et composite et ornate et memoriter dicat cum quadam etiam actionis dignitate.* Add. I, 49, 213. Cic. Orator. Quintil. Prooem. libr. I. XII, 1, 1. Ernest. Lex. technol. Lat. rhet. s. vv. *eloquentia* et *orator.* Cf. ad h. l. Westerm. Gesch. d. röm. Beredtsamkeit §. 75.

et tam magnae quaestionis pondus excipere] Cic. Orat. 1,

mandum, si idem assequi non possumus, aut de iudiciis, si nolumus, vix Hercule auderem, si mihi mea sententia proferenda ac non disertissimorum, ut nostris temporibus, hominum sermo repetendus esset, quos ean-

10. *ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit.*

de ingeniis nostris] Boettich. Lex. Tac. p. 270 sq. copiose exponit de hoc voc. Tacito usitatissimo, et p. 10. de eiusdem more substant. abstracta pro concretis ponendi (sic extrem. hoc cap. *vetustas*), cui add. Pabst. Eclog. Tacit. p. 304. *Ingenia* sunt homines ingenio praediti — insignes, h. l. oratores.

existimandum, si] Lips. e coniectura probata. editoribus posterioribus praeter Bach. et Ritt. *sit* interposuit, pro quo Osann. et Boettich. *habeam* ex Ed. Róm. (non Cod. Rom. vd. Orell. praefat. p. XXVIII.), de qua formula loquendi cf. nos ad cp. 31. Bachio et Rittero haec ellipsis non dura nec a Tacitino genere scribendi abhorrere videtur, quum aliis locis *essent* omiserit velut Ann. I, 7. 65. VI, 35. XVI, 26. Hist. I, 85. Boett. Lex. Tac. Prolegg. p. LXXXIV. de ellips. verb. *esse*.

Hercule] Hand. Tursell. Vol. III. p. 55 — 61. de hac iurandi formula Latinis frequentissima doctissime exposuit, unde haec tantum transscribere placuit. »Dixerunt vero Latini *hercule, hercle, hercules, mehercle, mehercules*.« — »*Hercle* et a Ciceronis inde tempore *mehercule* cuicumque orationi aut praefigitur aut inseritur, quae cum maiore asseveratione et cum veritatis affirmatione, vel cum obtestatione effertur: quae tam varii sunt generis, ut singula non possint omnia exemplis declarari.« — »In prosaicis libris difficilius semper erit affirmare, utrum *hercle*, an *hercule* ab auctore profectum sit: nam variant plerumque codices.« Sic in Dialogo quoque, ubi decies legitur: cpp. 5. 8. 14. 19. 21. 26 (bis). 30. 34. 39. Kritz. ad Sall. Iug. 110. *hercle* formam a comicis usurpatam dicit.

ac non] I. e. ac non potius Hand. Turs. Vol. I, ubi h. l. citavit.

ut nostris temporibus, hominum] *ut* omiss. in Codd. Par. Vind. vett. Edd. Dronk. Osann. e Cod. Farn. recepit Lips., quem recenti. sunt secuti. Recte Kuehner. ad Cic. Tusc. I, 8, 15. statuit: »In eiusmodi enunciatis ellipticis particula *ut* (ὡς) duplicem vim habet, aut *exaequandi* aut *restringendi*. Cardo rei vertitur in praedicato rerum comparatarum. Etenim eius rei quacum altera comparatur praedicatum cogitatione ponitur, et, quatenus id aut affirmative aut negative ponitur, *ut* aut exaequandi aut restringendi vi instruitur, et aut per nostrum *als* aut per praepositionem *für* explicandum est.« Sic h. l. vim habet restringendi; nam cogitatione ponitur, nostrorum temporum homi-

dem hanc quaestionem pertractantes iuvenis admodum audivi. Ita non ingenio, sed memoria ac recordatione opus est, ut, quae a praestantissimis viris et excogitata subtiliter et dicta graviter accepi, quum singuli diversas vel easdem sed probabiles causas afferrent, dum for-

nes disertissimi, ubi eloquentia corrupta est, cum antiquis oratoribus comparari nequeunt. Vd. Hess. ad Tacit. Germ. cp. 2, Pabst. Ecl. Tacit. p. 337. Bach. ad Ann. I, 65.

pertractantes] *Pertractare* i. q. diligenter tractare vd. Hess. ad Tac. Germ. cp. 11. Quintil. XII, 2, 11.

iuvenis admodum] Hand. Tursell. Vol. I. p. 169. »*Admodum* adiicitur adiectivis et adverbiis, quorum significationem repleta notione determinat adeoque quodammodo auget, et eamdem vim addit, quam *per* praebet in compositione verborum *pergratum*, *peradolescens*. Nos dicimus *gar* et *ziemlich*. Ubi substantiva hoc modo ponuntur, ea pro adiectivis habentur, aut ex adiectivis facta sunt velut *iuvenis*, *puer*, *adolescens*. Ceterum parum refert, utrum particula post suum vocabulum obtineat locum, an ante.« P. 171. »*Admodum adolescens* proprie is dicitur, in quo multa adhuc est adolescentia, vel satis adolescentiae, quique ab adolescendi fine longe abest. Is etiam *adolescentulus* appellatur et *peradolescens*.« — A Tacito hoc adverbium frequentatur ad aetatem definiendam: Ann. I, 3. *admodum adolescens*. Hist. II, 78. IV, 5. Agric. 7. *iuvenis admodum*. Ceterum si statuimus, Tacitum 805 aut 807. U. C. natum esse vd. Walch. ad Agric. p. 129., quo anno (828 U. C.) hic dialogus habitus est, egit annum 21 aut 23. Bach. in Allg. Schulztg. 1832. II. Abtheil. p. 837.

memoria ac recordatione] *Recordatio et memoria* Cic. Lael. 27, 103. de Orat. 53, 228. *memoriae recordatio* de Orat. I, 2, 4. Discrimen hh. vv. Doederlein. Lat. Syn. Vol. I. p. 166. sic definivit, ut memoria sit *Gedächtniss* und *Andenken* (μνήμη), recordatio *Wiedererinnerung* (ἀνάμνησις).

quum singuli diversas vel easdem sed probabiles causas afferrent] *quom* e Cod. Farn. eandem scripturam exhibente cp. 5. *quom optimum*, cp. 10. *quom tibi*, cp. 19. *quom vix*, cp. 35. *quom pueri*, recepit Bach., cuius vd. Prolegg. Vol. II. p. VIII. Reisig. Vorl. §. 169. Mureto et Lipsio verba *vel easdem* superesse suspicantibus assentitur Ritterus, uncis ea includens: »Tacitus enim in iustissimam reprehensionem incurreret, si personas suas easdem causas afferentes induxisset, eandemque rem bis vel ter exposuisset. Nihil tale legimus in sermonibus qui supersunt, nec Taciti ars admittit, ut in deperdita operis parte easdem corruptae eloquentiae causas expositas esse credamus, cum praesertim una tantummodo lacuna (non loquor de hiatu paucu-

mam sui quisque et animi et ingenii redderet, iisdem nunc numeris iisdemque rationibus persequar servato

lorum vocabulorum) eaque non permagna in hunc dialogum invaserit. Conf. nota ad cp. 35 et 36. Praeterea si tolerantur verba vel *easdem*, mire succedunt *sed probabiles:* nam easdem alicuius rei causas esse probabiles, id tam probabile est, ut particula *sed* magnopere offendat. Adscripsit *vel easdem* qui in hoc opere easdem causas a personis allatas invenisse se putaret ideoque scriptorem corrigendum susciperet.« Bachius intellexit causas modo diversas, modo easdem (modo sibi repugnantes, modo consentientes), sed nunquam improbabiles (i. e. nunquam leves sive spernendas), quae fuit singulorum sentiendi cogitandique ratio. Ecksteinius et Bachius probant sententiam Doederlein. Rhein. Mus. Vol. III. P. I. p. 16—19., reiecta tamen transpositione *quum singuli diversas sed probabiles causas afferrent vel easdem*, locum sic interpretantis, ut *diversas causas* referat ad Messallam causas corruptae eloquentiae ex depravatis moribus et ad Maternum ex quietis temporibus trahentem, *easdem* vero causas ad Secundi sermonem deperditum. De sententia cf. Plin. Epp. I, 20, 12.

dum formam sui quisque et animi et ingenii redderet] *Dum* exprimit conditionem concedendae rei restringentem, *wenn nur, nur dass* cf. Hand. Turs. Vol. II. p. 324. De *forma an. et ing.* cf. Tac. Agric. 46. *forma mentis; forma ingenii* Cic. Brut. 85, 294. 95, 327.; Tusc. I, 16, 37. (animorum) *formam aliquam figuramque quaerebant.* Quint. XII, 10, 10. *In oratione vero si species intueri velis, totidem paene reperias ingeniorum quot corporum formas:* ib. 20. *ingeniorum plurimae formae.*

iisdem nunc numeris iisdemque rationibus persequar] *orationibus* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *rationibus* e Cod. Farn. Lips. in Edd. poster. Edd. recentt. praeter Osann. Orell., recte; nam *iisdem numeris* referas ad *dicta graviter*, *iisdemque rationibus* ad *excogitata subtiliter. Numeri* sunt accipiendi de compositione verborum ac de tota orationis conformatione. Quint. IX, 4, 45. *Omnis structura ac dimensio et copulatio vocum constat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτροις, id est dimensione quadam.* Adde Ernest. Lex. technol. Lat. s. v. — Cod. Farn. *prosequar* de qua confus. vd. annot. ad cp. 35. Ritter. *isdem* ubique apud Tac. cf. eius annot. ad Ann. I, 17. et mea ad Dial. cp. 12.

servato ordine disputationis] Non explicandum cum Schulzio de servata forma dialogica, sed de ordine vel serie, qua disputantes invicem se exceperant (die Reihenfolge der sich Unterredenden).

ordine disputationis. Neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet ac multum vexata et irrisa vetustate nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret.

Cap. II.

Nam postero die quam Curiatius Maternus Cato-

Neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet] *Diversus* aetate argentea de adversariis, hostibus omnibusque rebus ad partes discordantes pertinentibus dicitur vd. annot. ad cp. 34. *Diversa pars* frequentatur a Quintil. IV, 1, 54. IV, 2, 6. 102. Ceterum in formula *partem sustinere* aliisque a re scenica desumptis pluralis *partes*, ut *p. agere*, *sustinere*, *dare* etc., usitatior est. *Diversam partem* suscepit Aper capp. 15—23., pro quo cp. 24. *sumpsit sibi contradicendi partes*, cp. 16. *manifestus est iamdudum in contrarium accingi.*

ac multum vexata et irrisa vetustate] *Vexare* i. q. vehementer carpere — reprehendere — notare vd. Cic. Tusc. V, 9, 24. Epist. ad Q. Fr. II, 1. Fr. Gronov. Observv. p. 351. Platner. Infra cp. 24. *vexare — incessere — insectari* de Apro antiquos carpente: cp. 40. *vexare potentissimum quemque.* — *Vetustas* pro vetustis ut Ann. XV, 13. *antiquitas* pro antiquis.

Cap. II. *postero die quam*] Fluxerunt ex imitatione Cic. de Orator. II, 3, 12. *Postero igitur die, quam illa erant acta* etc. Nam Tacitum in Dialogo Ciceronis libr. de Oratore, Oratorem et Brutum potissimum ante oculos habuisse collatis utriusque scriptoris locis bene docuit Klossmann. Prolegg. ad Dialog. p. 4. Vratislav. 1833. 4. *Postero die quam* i. q. postridie quam vd. Ramsh. Gr. §. 148. N. 1. b. 185. II.; *quam* i. q. postquam vd. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. cp. 35. p. 57. nec sic explicandum cum V. D. in Allg. Lit.-Ztg. 1829. Ergzgbl. p. 963., ut verbis insit vis comparativi, *einen Tag später als.*

Curiatius Maternus Catonem recitaverat] *accuratius* Codd. Par. Vind. vett. Edd. ante Lips., qui *Curiatius* confirmatum quoque Codd. Vaticc. primus e Cod. Farn. recepit. De Curiatio Materno cf. Prolegg., de recitationibus annot. ad cp. 9. Scripsit quattuor fabulas *Catonem* et *Domitium*, *Medeam* et *Thyestem*, quarum duae priores *togatae praetextatae* fuerunt, quae argumenta ex historia Romana petita tractabant, ut Cn. Naevii *Romulus* vd. Neukirch. de fabul. togat. Rom. p. 71., M. Pacuvii *Paullus* ibid. p. 73., L. Attii *Brutus* et *Aeneadae sive Decius* ibid. p. 76., et Senecae quae fertur *Octavia* p. 29.

nem recitaverat, quum offendisse potentium animos diceretur, tanquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum Marcus Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri, quos ego in iudiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico assectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuve-

65. Lang. Vind. trag. Rom. p. 14. De Catone Uticensi, cuius mors a Romanis valde celebrata Maternum ad hanc tragoediam scribendam impulit cf. Beier. ad Cic. de Offic. I, 31. p. 239 sq.

offendisse potentium animos] Cap. 10. pro *Catone offendes*; ib. *potentiorum aures offendere*; cp. 6. *potentes*; cp. 8. *potentissimi civitatis*; *potentes* Ann. I. 2, 75. *cum periculosa potentium offensa* Quint. II, 20, 8.

tanquam — sui oblitus tantum Catonem cogitasset] I. e. tanquam odii et periculi, quod ex hoc argumento sibi nasceretur, parum memor, solum Catonem in mente habuisset, cuius acerrimum libertatis studium, quum ad unum omnia delata essent, potentibus civitatis invisum erat. *Cogitare* aliquem Agric. cp. 32. Plin. Epp. VI, 31, 13. Flor. II, 8, 2. — Pro *haberetur* Cod. Farn. *habetur*.

celeberrima tum ingenia fori] De signif. adiectiv. *celeber* cf. Stuerenburg. ad Cic. pr. Arch. cp. 3. p. 40. Ed. 1832. nec h. l. immemor. *Ingenium fori* pro oratore vituperavit Eckstein. Prolegg. p. 74., ut cp. 3. *intra manus*, *apprehendere*, *maturare festino*; cp. 4. *in consuetudinem vertit*; cp. 5. *substantia facultatum*; cp. 11. *eloquentia sanguinans*; cp. 17. *sextam huius principatus stationem*; cp. 20. *impexa antiquitas*; cp. 22. *olentia*; cp. 31. *dicendi genus collectum*

utrosque] Pluralem pro singulari, quum de duobus sermo sit, ab optimis scriptoribus usurpari, etiam a Cicerone quamvis contradicente Zumpt. Gr. §. 141. N. 2., bene docuit Kritz ad Sallust. Catil. cp. 30., afferens exempla e Tacit. Ann. XV, 55. XVI, 7. 11. 21., et Ramsh. Gr. §. 157. Not. 7. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwissensch. §. 193. et Haas. annot. 337.

assectabar] »*Assectari* fere dicuntur inferiores, qui potentiores in comitia, curiam, forum domumque deducunt, omni officiorum genere colunt.« Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. cp. 19. p. 34. add. Roeder. ad Horat. Sat. I, 9, 6. Dialog. cp. 9. *deducit — salutat — prosequitur* (quibus verbis respondent *salutator — deductor — assectator* Q. Cic. de petit. cons. cp. 9.)

nili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem, quamvis maligne plerique opinarentur nec Secundo promptum esse

et cp. 34. *sectari* — *prosequi.* H. l. *assectari* i. q. assiduum esse cum aliquo, ut *assectator* de assiduo comite, discipulo.

fabulas] *Fabula* (λόγος) i. q. confabulatio, sermo, qui fit privatim inter aliquos de rebus vitae communis, ut Dialog. cp. 29. Ann. VI, 5.; qua significatione a scriptoribus potissimum argenteae aetatis usurpatum videtur: vd. Boettich. Lex. Tac. s. v. Schaefer. ad Plin. Epp. I, 13, 2. *Sermones* a *disputatione* distinguntur Cic. de Orat. III, 55, 211.

disputationes] *Disputatio*, quae ratione et via fit, proprie est philosophorum in contrarias partes disserentium, deinde eorum, qui accurate et rationibus conquisitis de rebus ad litteras artesque spectantibus sermones habent — wissenschaftliche Unterredungen. Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 19.

arcana semotae dictionis] Genus dicendi Tacito quidem usitatissimum, pro substantivis adiectiva neutro singular. aut plural. cum genitivo substantivorum coniungendi: *obscurum noctis* Hist. II, 14.; *angusta et lubrica viarum* Hist. III, 82.; *occulta saltuum* Ann. I, 61. vd. Boett. Lex. Tac. p. 34 sq. Sed h. l. *arcanum* est substantivum, qua notione non solum apud Tacitum, sed etiam apud poetas, apud Livium, Plinium, Curtium reperitur vd. Boettich. Lex. Tac. s. v. — *Semotus* i. q. secretus a vulgo et privatim domi habitus vd. Forcell. s. v. — *Dictio* i. q. sermo, ut cp. 34. *Arcana semotae dictionis* interpretor sermones familiares et domesticos, remotos a notitia vulgi, qui ab amicis de rebus gravissimis apertius et audacius proferuntur, de quibus sub Imperatoribus palam dicere non licebat.

penitus exciperem] *Excipere sermonem* cp. 15. *sermones* cp. 29. *Excipere* verba — sententias alicuius significat attente et cum studio audire —, auribus percipere vd. Cic. de Orat. II, 35, 148., *animis attentis exc.* Orator. 58, 197., *avidissimis auribus* Plin. Epp. IV, 19. 3. Brem. ad Suet. Tiber. 21.

quamvis maligne plerique opinarentur] De signif. v. *maligne* cf. infr. ad cp. 15. *Plerique* i. q. multi, saepe apud Tacit. vd. Walch. ad Agric. cp. 2. p. 108. cp. 16. 43. Dialog. cp. 17. Boettich. Lex. Tac. s. v. Paldam. ad Suet. Caes. cp. 52. Quint. X, 1, 26. Frotsch. Liv. XXI, 1, 1. ibiq. Fabr. De discrimine inter vv. *plerique* et *plurimi* vd. Daehn. ad Corn. Nep. praef. — *Opinari* i. q. loqui, qua signif. a Suetonio id frequentari docet Ruhnk. Schol. ad Caesar. 66.

nec Secundo promptum esse sermonem et Aprum] De for-

sermonem, et Aprum ingenio potius et vi naturae quam institutione et litteris famam eloquentiae consecutum. Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis

mula *neque — nec et* (οὔτε — μήτε τε) cf. German. 2. ibiq. Passov. et Hess. Boettich. Lex. s. v. *nec*, Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 156. Ed. III. Herzog. ad Caes. B. G. IV, 29. B. C. III, 60. qui comparat cum nostr. form. *eben so wenig — als ausserdem, als überhaupt.* — *Augusto prompta ac profluens quae deceret principem eloquentia fuit* Ann. XIII, 3. *promptum os* Quint. XI, 3, 52. *prompta et parata in agendo et respondendo celeritas* Cic. Brut. 42, 154., a quo de oratione et eloquentia *expeditus* usurpatur: ib. 61, 220. *Orator autem vivis eius aequalibus proximus optimis numerabatur propter verborum bonitatem, ut ante dixi, et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem.* Ib. 63, 227. *Expedita autem erat et perfacile currens oratio.*

Nam et Secundo purus et pressus et in quantum satis erat, profluens sermo non defuit] *Nam* signif. intensiva, ut Graecorum γάρ accipi vult Bach. laudans Tac. Ann. II, 63. *nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus Romanam amicitiam praetulisse.* Agric. 46. *nam multos veterum velut inglorios et ignobiles oblivio obruet:* vd. Boettich. Lex. Tac. s. *nam.* — *Purus sermo* est sic Latinus, ut nihil peregrini vel barbari admixtum habeat. Cic. de Orat. III, 8, 29. *Quid iucundius auribus nostris unquam accidit huius oratione Catuli? quae est pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur.* Brut. 78, 274. Vd. Ernesti Lex. tech. Lat. rhet. s. vv. *Latinitas* et *purus.* — Sic Graecis καθαρῶς γράφειν et ἑλληνίζειν — ἑλληνισμός synonyma sunt: vd. Ern. Lex. techn. Gr. rhet. s. v. καθαρός. Synonyma sunt *purus, latinus, emendatus, castus, candidus, liquidus.* vd. Ern. ll. ll. — *Pressus sermo* (*contractio orationis* Cic. Partit. or. 6. *gedrängte Kürze*) est brevis, densus, in quo omnia tam apta sunt, ut nihil redundet. Synonyma sunt *pressus, densus, brevis, astrictus:* quibus contraria *abundans, redundans, fusus, effluens, immodicus, luxurians, luxuriosus, solutus.* Apud Graecos λέξις πεπυκνωμένη — συνεστραμμένη — συστροφὴ τῆς λέξεως opponitur περιβεβλημένη — λελυμένη λέξει vd. Ern. Lex. techn. Lat. p. 301. Graec. p. 335. Herzog. Uebers. v. Quint. L. X. p. 131. Cic. de Orat. II, 23, 96. *Quod si hic noster Sulpicius faceret, multo eius oratio esset pressior, in qua nunc interdum, ut in verbis rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est.* Quint. X, 1, 76. *Quorum longe princeps Demosthenes ac paene lex orandi fuit: tanta vis in eo, tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam*

erat, profluens sermo non defuit, et Aper omni eruditione imbutus contemnebat potius litteras quam nesciebat tanquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.

nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet, invenias. At Plin. Epp. VII, 9. — *et pressus sermo purusque ex epistolis petitur* — *pressus* i. q. tenuis, *purus* i. q. liber a poeticis ornamentis ubi vd. Gierig. — *Profluens sermo* i. q. prompta — expedita facundia, non anxie et sollicite verba quaerens vd. Ern. Lex. techn. Lat. Schuetz. Lex. Cic. s. v. supr. Tac. Ann. XIII, 3. Cic. Brut. 61.

in quantum satis erat] Dialog. 21. 41. *in tantum* 24. Cf. de formul. *in tantum* — *quantum* (εἰς — ἐπὶ — κατὰ τόσον — ὅσον) Dronk. Eckst. et Bach. ad h. l. Hess. et Rup. ad Germ. 45. Roth. ad Agric. p. 222 sq. exponens de usu praeposit. *in* in formulis *in tantum*, *contrarium*, *publicum* etc. adverbialiter accipiendis.

omni eruditione imbutus] *omni* Codd. Farn. Vatic. 4498. Dronk. Orell. Bekk. al. *cum* reliq. Codd. Vaticc. Paris. Vind. vett. Edd. *communi* ex emend. Rhen. mult. Edd. recc. Lectio *omni* confirmatur vv. *si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.* Tacito obversatus videtur Cic. de Orat. II, 1, 1. *M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse.* — *Imbutus*, quod ad institutionem et doctrinam refertur, de iis, qui leviter eruditi sunt, dicitur: Dialog. cp. 19. *quin elementis studiorum, etsi non instructus, at certe imbutus sit;* add. cpp. 29. 31. 34. vd. Boettich. Lex. Tac. s. v. Quint. I, 2, 16. *litteris saltem leviter imbutus.* Horat. Epp. II, 2, 7. *Litterulis Graecis imbutus* ibiq. Schmid. Synonyma sunt *imbutus*, *institutus*, *instructus*, *infectus* (vd. Boett. Lex. Tac. s. v.), *tinctus.*

contemnebat potius litteras quam nesciebat] Vd. similem locum Cic. de Orat. II, 1, 4. de Crasso et Antonio. *Sed fuit hoc in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse quam illa despicere, et nostrorum hominum in omni genere prudentiam Graecis anteferre: Antonius autem probabiliorem hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino didicisse nunquam putaretur: atque ita se uterque graviorem fore, si alter contemnere, alter ne nosse quidem Graecos videretur.*

alienarum artium] Sc. ab arte dicendi. Quaenam hae artes alienae sint exponit Messalla infr. cp. 30 — 32. Cic. de Orat. I, 14. 15.

Cap. III.

Igitur ut intravimus cubiculum Materni, sedentem ipsum, quem pridie recitaverat librum intra manus

Cap. III. *Igitur*]. Refer ad init. cp. 2. »Interrupta oratione scriptores per hanc particulam redeunt in viam, unde digressi sunt.« Hand. Turs. Vol. III. p. 192. Ramshorn. Gr. §. 192. 3. Haec particula a Tacito semper initio periodi ponitur praeter Ann. I, 47. Hist. IV, 15. Germ. 45. Dialog. 8. 10. 20.; persaepe quoque a Sallustio, Varrone, Livio, Curtio, Plinio aliis, rarius a Cicerone (vd. Kuehner. ad Tuscul. I, 6, 11.) et Quintiliano (Herbst. ad X, 1, 4.). Vd. Hand. l. l. p. 197. Boettich. Lex. Tac. s. v. *igitur*.

sedentem ipsum, quem pridie recitaverat librum intra manus habentem deprehendimus.] Lips. ex Edit. Rom. *et* ante *quem* interposuit, quem Edd. deinceps sunt secuti praeter Osann. et Bach., quia usus linguae Latinae et concinnitas orationis requirant copulam. Censor Edit. Walther. in Diar. lit. Lips. 1833. Oct. nr. 238. *ipsumque quem* coniecit. Equidem *et* reieci, asyndeton statuens participiorum praesentis, cuius exempla comparato usu Graecorum attulit Wopkens. Lectt. Tull. p. 138. ed. Hand. Cic. Tusc. Disp. II, 7, 19. *Itaque exclamat auxilium petens, mori cupiens.* Divin. II, 41, 87. *Is est hodie locus saeptus religiose propter Iovis pueri, qui lactens cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam appetens, castissime colitur a matribus.* Exempla asyndeti substantivorum, adiectivorum et verborum Tacito valde usitati vd. Boettich. Lex. Tac. p. LXXXIX. Rupert. III. Ind. Ed. Tac. Vol. IV. p. 807. De asyndet. participiorum apud Demosth. de Coron. §. 87. vd. Dissen. p. 249., apud Homer. Naegelsbach. Anmerk. z. Homer. Il. I et II. Excurs. XV. — *Liber* h. l. dicitur de tragoedia Materni; de comoedia Quintil. I, 7. 22. 10, 18. (ubi *loco* pr. *libro* e coniectura Gesner. perperam recepit Gernh.); de oratione litteris consignata et in lucem edita Dial. cp. 21. 38. Plin. Epp. III, 13, 1. V, 20, 2. Vd. Weichert. poetar. Latin. reliqq. p. 112. Eckstein. in Ed. Walth. ad h. l.

intra manus habentem] Sic exhibent Codd. et Edd. praeter Seebod. Ed. I., sed propter insolentiam et frequentem confusionem vv. *inter* et *intra* (Hand. l. l. p. 411.) improbata est multis haec formula *intra manus habere*, ut Dronk. Orell. Eckstein. Herbst. ad Quint. X, 3, 38. et Hand. ad Turs. Vol. III. p. 388., qui form. *inter manus habere* exempla attulit: Tac. Ann. III, 16. *audire me memini ex senioribus visum saepius inter manus Pisonis libellum.* Plin. Epp. II, 5, 2. *Nihil enim adhuc inter manus habui, cui maiorem sollicitudinem praestare*

habentem deprehendimus. Tum Secundus, Nihilne te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent, quominus offensas Catonis tui ames? an ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares, et sublatis, si qua pravae interpretationi materiam dederunt, emitteres Ca-

deberem. De Graecc. form. διὰ χειρὸς — χειρῶν ἔχειν vd. Sinten. ad Plutarch. Pericl. cp. 34.; ἐν χερσὶν — μετὰ χεῖρας ἔχειν Hess. ad Gaz. interpr. Graec. Cic. Cat. M. cp. 11, 38. De form. *in manibus habere* vd. Schuetz. Lex. Cic. s. *manus.*

deprehendimus] *Deprehendere* i. q. incautum vel necopinantem aliquem opprimere et corripere: vd. Agric. 7. (ibiq. Rup.) 15. 34. Quint. XII, 9, 20. — *nunquam oppressum se ac deprehensum credet orator, cui disciplina et studium et exercitatio dederit vires etiam facilitatis.*

fabulae malignorum terrent] *Fabulae* i. q. rumores, rumusculi, sermunculi. Plin. Epp. V, 8, 4. *Sunt enim homines natura curiosi et quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam fabellisque ducantur* ibiq. Herbst. in Delect. Epp. Plin. p. 82. V, 6, 6. *audias veteres fabulas sermonesque maiorum.* Cic. pr. Deiotar. cp. 12. *urbani malevolorum sermunculi.*

quominus offensas Catonis tui ames] *aures* Cod. Vind. vett. Edd. usque ad Lips. qui e Farn. correxit *ames*, suffragante Cod. Paris., recept. ab omnibus Edd. recc. Maternus recitatione tragoediae suae Catonis potentium animos offenderat. Vd. cp. 2 et 10. Bene explicuit lect. *ames* Ecksteinius: »Nec quicquam aptius excogitari potest, siquidem hac voce amor designatur, quo scriptores ingenii sui monumenta amplectuntur. Sic apud Ovid. Trist. IV, 1, 29. *Sed nunc quid faciam? vis me tenet ipsa sororum: Et carmen demens carmine laesus amo.*« Adde Aristot. Ethic. ad Nicom. IV, 3, 20. καὶ πάντες ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ αὑτῶν ἔργα ὥσπερ οἱ ποιηταί. Ibid. IX, 7, 6. ὑπεραγαπῶσι γὰρ οὗτοι (οἱ ποιηταὶ) τὰ οἰκεῖα ποιήματα στέργοντες ὥσπερ τέκνα. Muret. ad Catull. p. 751 sq. Vol. II. ed. Ruhnk. De *offensa* vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 140.

si qua pravae interpretationi materiam dederunt] *si qua pravae* e Cod. Farnes. Bekker. Boettich. Walth. Bach. Ritt. *si quae pravam interpretandi materiam* Codd. Paris. Vind. Edd. usque ad Bekker. Lect. *si qua* confirmatur permultis locis Taciti: Dialog. 3. 36. 42. Ann. I, 32. 35. II, 50. vd. Bach. ad Histor. I, 37. De discrim. inter *si qui* et *si quis* apud Ciceronem copiose disputat Stuerenb. ad Or. pr. Arch. cp. 5. p. 105. Edit. German. 1839. Reisig. Vorles. §. 202. Haas. annot. 356.

tonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem? Tum ille, Leges, quid Maternus sibi debuerit, et agnosces quae audisti. Quodsi qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet. Hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipse formavi. Atque ideo matu-

securiorem] I. e. argumentum minus periculosum, offensis potentium et pravae interpretationi minus obiectum.

Leges, quid Maternus sibi debuerit, et agnosces quae audisti] Locus sic interpretandus est: Maternus indignatus, quod amici a se postulassent, ut multa in tragoedia Catone aut deleret aut mutaret, quibus principis et potentium animos offendisset, Secundo dicit, se quidem tragoediam emendatis iis, quae poeta ipso indigna videri possent, editurum, sed ita, ut, qui priori eius recitationi interfuerit, statim eam vel emendatam offensis tamen non mutatis agniturus sit. Forcell. s. *agnosco* verba *et* — *audisti* explicat: in sensum eorum penetrabis, quae audisti.

sequenti recitatione Thyestes dicet] Pro *recitatione*, quod est in Codd. Farnes. Vaticc. et quod e Lips. coniectura Edd. recentt. receperunt, *tractatione* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Pithoe. Gronov. Bernegg. sqq. — Pro *Thyestes* Peerlkamp. Bibl. crit. nov. Vol. V. P. I. p. 116 sq. (cui astipulatur Eckstein. in Edit. Walth. et in Prolegg. p. 9., ubi utramque fabulam de aliorum tragoediis, quas fere semper manibus versaret, accipiens ad Ovidii Medeam et Varii Thyestem refert) scribi vult *Domitius*, quod Maternus nec Thyèstem tyrannum, qui, non contentus parte imperii sui, partem quoque Atrei fratris corripere studuerit, ea dicentem facere potuerit, quae Cato, acerrimus libertatis defensor, omisisset, nec choro hae partes assignatae nec Thyesti sermo tributus fuerit, tyrannidem exsecranti, quum in eius ore tales laudes libertatis evilescerent ac sorderent. Addit praeterea, oculos librarii a Domitio facile ad Thyestem aberrare potuisse, qui infra hoc cap. memoretur, optime autem copulari Catonem et Domitium, Caesaris inimicos. Contra haec acutius quam verius disputata afferimus Weich. de Luc. Vario et Cass. Parm. p. 81., *Thyestem* apud Graecos scriptam esse (vd. Aristot. Poetic. cp. 13.) a Sophocle, Agathone, Chaeremone, Carcino (Aristot. Poetic. cp. 16.), Apollodoro Tarsensi, Cleophonte et Oenomao Atheniensibus; apud Romanos (vd. Horat. Ep. ad Pis. v. 91.) ab Ennio, Pacuvio, Sext. Sempr. Graccho, Vario, Curiatio Materno et Seneca.

intra me ipse formavi] »*Intra se*, quum de animo quasi interno et de pectore dicatur, eandem significationem habet atque *in se* de cogitatione et meditatione, de iis, quae in cor-

rare libri huius editionem festino, ut dimissa priore cura novae cogitationi toto pectore incumbam. Adeo te tragoediae istae non satiant, inquit Aper, quominus omissis orationum et causarum studiis omne tem-

pore sunt' vel aguntur.« Hand. Tursell. Vol. III. p. 436. Tacit. Ann. XIV, 53. *adeo ut plerumque intra me ipse volvam.* Plin. H. N. IX, 51, 75. *picae meditantes intra semet.* Quintil. XI, 3, 2. *neque tam refert, qualia sint, quae intra nosmet ipsos composuimus, quam quomodo afferantur.* Vd. Bonnell. Lex. Quint. s. v.

maturare libri huius editionem festino] I. e. ad maturitatem perducere, mature perficere. De structur. vv. *festinare, maturare* etc. vd. Cort. ad Sallust. Iug. 79. *maturavere iter pergere.* Plin. Epp. X, 1. 1. *Dii immortales festinaverunt virtutes tuas ad gubernacula rei publicae, quam susceperas, admovere.* Quint. VI. Prooem. 10. *occidere festinatam maturitatem.* De discr. vv. *festinare, properare* et *maturare* cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 131 sq.

ut dimissa priore cura novae cogitationi toto pectore incumbam] *Cura* est opus, quod cum cura fit, liber, oratio, poema, *Arbeit, Ausarbeitung:* vd. Dialog. cp. 6. Ann. III, 24. IV, 2. 11. Boettich. Lex. Tac. s. v. Roth. ad Tacit. Agric. p. 126., ubi alia exempla metonymiae apud Tacit. collegit. Cic. Disp. Tusc. V, 24, 69. Kuehn. *curae* sunt litterarum artiumque studia. — *Incumbere* c. dativ. usitatum est (vd. Quint. IX, 3, 1.) scriptoribus argenteae aetatis praeter Quintilianum (II, 8, 13. VII, 2, 33.). Plin. Epp. VII, 22, 9. — *rursusque ceris et stilo incumbit.* Cum h. l. conferendae sunt formulae dicendi apud Cic. Epp. ad Fam. X, 10, 6. *incumbere toto pectore ad laudem*, ib. X, 1, 4. *in rem publicam omni cogitatione curaque*, Epp. ad Attic. XVI, 10, 2. *tota mente in curam.*

omissis orationum et causarum studiis] Cod. Farn. e coniectura Lips. Pich. Gronov. Ern. Schulz. Bekk. al. *curarum* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Dronk. Osann. Orell. Rup. Hand. Turs. Vol. II. p. 67. *Curas* accipiunt Bip. de curis patroni causarum, quae mox dicantur *advocationes;* Dronk. de rebus, in quibus solliciti esse debeamus et quae nostram curam exagitent; Osann. et Boett. in Lex. Tacit. s. v. de clientelis et omnis generis muneribus vel laboribus aliorum commodo suscipiendis; Orell. de scriptionibus severioribus, oppositis nugis poeticis. Sola probanda est lect. *causarum*, cui patrocinantur ea, quae cap. 10. Aper profert, ut Maternum omisso studio poesis ab auditoriis et theatris in forum et ad causas et ad vera proelia vocet.

pus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem

circa Medeam — consumas] »Octavo urbis saeculo desiderabatur aliquod vocabulum, quod ad respectum alicuius rei denotandum graeco κατά responderet. Huic notioni aptum videbatur voc. *circa*, quod quum regionem vicinam et res se attingentes significaret, etiam de animi cogitatione ad aliquam rem relata et de actione ac negotio, in quo quis versatur, usurpari poterat. Conf. II, 6. p. 62. [*versari — occupatum esse circa rem*]. Ita factum est, ut una haec praepositio loquutiones eas comprehenderet, in quibus antiquiores scriptores *in*, *de*, *ad*, *erga* ponebant: quae omnia communem admittunt notionem appropinquationis. De qua re dixerunt Duker. ad Flor. I, 10, 5. Schwarz. ad Plin. Paneg. 95, 1. Burmann. ad Quintil. Declam. I, 17. p. 637.« Hand. Turs. Vol. II. p. 66. Frequens est hic usus apud Tacitum: Hist. I, 13. *hi discordes et rebus minoribus sibi quisque tendentes circa consilium eligendi successoris in duas partes scindebantur.* Dialog. cp. 22. *otiosus circa excessus;* apud Quint. X, 1, 52. *tamen utiles circa praecepta sententiae* ibiq. Herbst. Bonnell. Lex. Quint. s. v.

ecce nunc] Particula *ecce* mediae orationi interposita attentionem excitat et in rem considerandam dirigit, cuius usus exempla collegit Hand. Turs. Vol. II. p. 344 sq. Cic. Orat. 16, 53. *Elaborant alii in lenitate et aequabilitate et puro et quasi quodam candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis et orationis quasi moestitiam sequuntur.* De Orat. II, 22, 93. *Consecuti sunt hos Critias, Theramenes, Lysias. Multa Lysiae scripta sunt; nonnulla Critiae; de Theramene audivimus. — Ecce tibi exortus est Isocrates* etc.

Thyestem] Codd. Par. Vind. vett. Edd. [nisi quod *Thiestem*] Dronk. Osann. Orell. Rup. Walth. *Thyesten* Bip. Schulz. Bekker. (num e Cod. Farn.?) Boettich. Ritt. Bach. Ob magnam Codd. discrepantiam difficile est in singulis locis veram scripturam reponere. Zumpt. §. 71. docet accusat. in *en* obtinuisse in nomm. Graec. *Achillen*, *Aeschinen* etc., sed praecipue in nomm. barbaris *Mithridaten*, *Euphraten* etc.; Ramshorn. §. 29. B. Not. 2. accus. in *en* aetate aurea infrequentem fuisse. Nomm. Graec. accus. in *em* ap. Tacit. frequentior: *Ulixem* Germ. 3. *Simonidem — Palamedem* Ann. XI, 14.; at nomm. barbarorum in *en*: *Erinden — Sinden — Gotarzen — Meherdaten* Ann. XI, 10. *Ariobarzanen* II, 4. Vd. Bach. Prolegg. ad Tacit. Vol. II. p. XVI. Apud Quintil. contra exstat *Ulixen* I, 4, 16. (add. Dederich. not. crit. ad Dict. Cret. VI, 6.) *Palameden* III, 1, 10. cf. Bonnell. Prolegg. ad Lex.

consumas, quum te tot amicorum causae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum vocent, quibus vix suffeceris, etiamsi non novum tibi ipse negotium importasses, Domitium et Catonem, id est nostras quo-

Quint. p. XXII. apud Iustin. II, 10. *Artaphernem — Xerxem* ibiq. Beneck.

quum te — tot coloniarum et municipiorum clientelae] E Cod. Farn. *te* interposuerunt Bekk. Boett. Walth. Ritt. Bach. — De clientela vd. cp. 7. 36. 41. Necessitudo inter patronos et clientes, i. e. patricios et plebeios, primis rei publicae temporibus ad cives tantum pertinebat. Ex quo autem patriciorum et plebis iura sunt aequata, non tam utrumque ordinem quam omnino homines humiliores et tenuiores cum potentioribus et ditioribus coniunxit: neque inter cives stetit, sed ad exteros quoque translata est, ut non solum singuli homines, sed universae etiam civitates, provinciae, coloniae et regna in clientela viri alicuius clarissimi, praecipue imperatoris essent, qui bello devicta in fidem recepisset (Cic. de Off. I, 11.), posteaque eius familiae, a qua causae eorum in senatu et apud populum agerentur. Sic Afrorum patroni fuerunt Scipiones, Macedonum Aemilii Paulli, Siculorum Marcelli et Cicerones, Bononiensium Antonii, Cypriorum Cato. Cf. Fuss. Antiqq. Rom. §. 62. Heusing. et Beier. ad Cic. Offic. I, 11. Cort. ad Cic. Epp. ad Famm. XV, 4, 40. Beneck. ad Cic. Catil. IV, 11. Herzog. ad Sallust. Catil. cp. 41. Rup. ad Tac. Ann. III, 55. E. Koellner de clientela. Gotting. 1832. 4.

quibus vix suffeceris] Codd. Farn. Vaticc. Dronk. Osann. Orell. Bach. *sufficeres* Codd. Par. Vind. cett. Edd. Eiusdem structurae exemplum offert Quint. X, 1, 98. *Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo operari quam indulgere maluisset.* Verba Graece sic interpretatus est V. D. in Diar. Hal. 1833. Sept. nr. 167.: *μόλις ἂν ἀρκέσαις, εἰ μὴ νέον σαυτῷ πρᾶγμα ἐπέθηκας.* Matth. Gr. Gr. §. 508. c, not. 1. §. 524. not. 2.

negotium importasses] Exemplum huius locutionis pro usitata *negotium sibi imponere* vel *iniungere* apud alium scriptorem vix reperiatur.

Domitium] Neukirch. de fabul. togat. Rom. p. 93. statuit *Domitium* et cp. 11. *Neronem* eandem fabulam et inscriptam fuisse *Domitium Neronem*, quum Nero Imperator e gente Domitia oriundus fuerit. Nam si *Nero* fabula diversa fuisset a *Domitio*, priore loco non tantum Domitium et Catonem enumeratas reperiremus. Assentientem sibi habuit Eckstein. in Prolegg. p. 8. Peerlkamp. contra in Bibl. crit. nov. Vol. V. P. 1. p. 116 sq. et Bach. ad cp. 11. *Domitium* recte accipiunt de L. Domitio

que historias et Romana nomina, Graeculorum fabulis aggregare.

Cap. IV.

Et Maternus, Perturbarer hac tua severitate, nisi

Ahenobarbo, Caesaris adversario, et cp. 11. pro *Nerone* legi volunt *Neroneis*, ubi cf. annot. Maternus igitur Catonem et Domitium, acerrimos libertatis antiquae defensores et Caesaris exstinctoris eius adversarios argumenta duarum tragoediarum elegit.

Graeculorum fabulis] Codd. Farn. Vaticc. Osann. Orell. Walth. Ritt. Bach. *Graecorum* Codd. Par. Vind. cett. Edd. Recte intellexit Osannus, Aprum cum levi quadam cavillatione deminutivo usum esse, praesertim quum Maternus contra maiestatem populi Romani Romanas historias et Romana nomina Graecis fabulis aggregaret. *Graeculus* contemptim dicitur Cic. de Orat. I, 22, 102. Petron. cp. 46. ubi v. Burmann; sic *Hadrianus* Spart. vit. Hadrian. cp. 1, 3 et *Cicero* in orat. Caleni Dion. Cass. XLVI, 18. (Γραίκουλος — sic Γραικός Plut. Cic. cp. 5.): vd. Boettig. Sabin. Vol. II. p. 38. Eckstein. ad h. l.

aggregare] *aggregares* in Codd. Farn. Par. Vind. et plerisque Edd. *aggregare* ex emend. Muret. et Pithoe. Schulz. Oberl. Bekk. Orell. Boettich. Rupert. Ritt. Bachius lect. *aggregares* defendere studet e loquendi ratione inter Graecos usitatissima, qui duas sententias iuxta ponant, quarum prior in universum exprimat, quae in altera appositionis instar accuratius indicentur. Sic Isocrat. Pac. p. 164. ὅπως ἄξομεν τὴν εἰρήνην καὶ μὴ ποιήσομεν ὅπερ εἰώθαμεν, ὀλίγον χρόνον διαλιπόντες πάλιν εἰς τὰς αὐτὰς καταστησόμεθα ταραχάς: Plat. Gorg. 146. p. 513. A. ὅπως μὴ πεισόμεθα, ὅπερ φασὶ τὰς Θετταλίδας, σὺν τοῖς φιλτάτοις ἡμῖν ἡ αἵρεσις ἔσται. cf. Matth. Gr. p. 1292. Quare explicat: *etiamsi non — importasses, quod in eo versatur ut Domitium et Catonem Graeculorum fabulis aggreges.* Mihi cum Orellio haec structura prorsus ἀνακόλουθος vel adeo soloeca videtur, quae inscitia librarii ab *etiamsi* novam enuntiationem incipientis et infinitivum pro gerundio positum non intelligentis orta est, cuius constructionis exempla multa offerunt scriptores Latini: Tac. Ann. VI, 12. — *datoque sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere.* Liv. III, 4. *Postumio, alteri consuli, negotium dabatur videre, ne quid res publica detrimenti caperet:* vd. Ramsh. Gr. §. 168. 4. Not. 1. Boettich. Lex. Tac. p. 265. de vit. et script. Tacit. p. 61. Bach. ad Ann. I, 56. Beneck. ad Iustin. XII, 7. Brem. ad Corn. Nep. Lysand. cp. 3. Reisig. Vorles. §. 440.

Cap. IV. *Et Maternus*] *Et Messalla* cp. 16. 28., *et Maternus* cp. 33., quem usum loquendi h. l. allato sic illustrat

frequens et assidua nobis contentio iam prope in consuetudinem vertisset. Nam nec tu agitare et insequi poetas intermittis, et ego, cui desidiam advocationum

Hand. Turs. Vol. II. p. 490.: »In narratione transeunt Latini per *et* ad alteram partem, ubi Graeci ponunt δέ. Idque fit praesertim in colloquiorum expositione, ubi responsio per hanc particulam infertur.«

hac tua severitate] Frequenter deprehenditur in Dialog. pronomen *hic* cum possessivo aliquo pronomine coniunctum: cap. 10. *hunc meum sermonem*, cap. 13. *in hac sua fortuna*, cap. 16. *sermonem hunc nostrum*, *hanc nostram concordiam*, *hac vestra conspiratione*, cap. 21. *ab hoc meo iudicio*, cap. 26. *hac sua persuasione*; cuius coniunctionis unum tantum exemplum in cett. scriptis Taciti, Hist. II, 47. *nisi hanc virtutem tuam*, multa apud Plin. Sec., pauciora apud Quintil. observavit Fr. Hess. dissert. de C. Caecil. Plin. min. Dialog. de Orator. auctor. p. 10.

frequens et assidua nobis contentio] *et* e Cod. Farn. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt. *ac* Codd. Par. Vind. cett. Edd. nisi quod ex Ern. emendat. *atque* Dronk. Osann. Orell. Rem confecit Hand. Turs. Vol. I. p. 454. »*Ac* non poni ante vocabula a vocali et ab *H* littera incipientia, nunc post longas virorum doctorum disputationes satis demonstratum videtur. Loca, quae olim huic legi obstabant, plurima iam meliorum librorum auctoritate correcta sunt, et sicubi *ac* ante vocales adhuc apparet, debetur id aut perverso subtilitatis studio, aut incuriae librariorum.« Add. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 344. Ed. III. — Cod. Farn. *contemptio* pr. *contentio*, de quo voc. vd. Ern. Lex. rhetor. s. v.

in consuetudinem vertisset] *Vertere* vi reflexiva non solum a Tacito, sed ab aliis etiam scriptoribus usurpatur: Hist. III, 47. — *postquam regnum in provinciae formam verterat.* Germ. 31. — *in consensum vertit* ubi v. Hess. Sallust. Cat. 6, 7. ubi v. Kritz. Boettich. Lex. Tac. s. v. Ramsh. Gr. §. 74. p. 170.

agitare] *Agitare*, ut cp. 25., i. q. exagitare, insectari, vexare verbis, vituperare: Cic. pr. Muren. 9, 21. — *agitat rem militarem*, *insectatur totam hanc legationem* ibiq. Matth. Flor. I, 7, 8. Duk. Boettich. Lex. Tac. s. v.

cui desidiam advocationum obiicis] Cod. Farn. et Edd. post Lips. *cui desidiam advocamur* Codd. Par. Vind. Edd. ante Lips. *Desidia advocationum* (vd. cp. 10.) i. q. desidia in causis agendis, in suscipiendis vel accusationibus vel defensionibus. Bene de hoc plurali metonymico multis exemplis e variis scriptoribus collectis exposuit Roth. quaestt. gramm. e Tacit. p. 5. et ad Agric. p. 126., cuius verba priore loc. haec sunt: »Al-

obiicis, cotidianum hoc patrocinium defendendae adversus te poeticae exerceo. Quo laetor magis oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet versus facere, vel, quod iam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat, ut omissis forensium causarum angustiis, in quibus mihi satis superque sudatum est, sanctiorem illam et augustiorem eloquentiam colam.

tero in usu pluralis (metonymici) praecipuus est Cicero, eoque, ut mihi videtur, auctore, frequentissimus Tacitus. Quae enim nomina substantiva notionem habent abstractam, quam vocant, earum species ac natura plurali numero a Cicerone aliisque ita mutatur, ut res eas, unde abstracta illa colligitur notio, significent. Itaque si *impietas* est ἡ ἀσέβεια, τὸ ἀσεβεῖν, *impietatum* (Cic. Legg. I, 14.) haec notio erit, ut impie facta iis indicentur.« Dialog. 5. *inimicitiae*, 6. *comitatus et egressus*, 21. *cogitationes*, *occupationes*, 28. *educationes, pravitates*, 34. *praeceptiones*. Cf. Boett. Lex. Tac. p. 360. Ellendt. ad Cic. Brut. cp. 82, 285. Kuehn. ad Tusc. Disp. IV, 2. Reisig. Vorles. üb. Lat. Sprachwissensch. §. 90. Haas. annot. 151.

cotidianum hoc patrocinium — exerceo] Quum Bekk. ad cp. 13. annotaverit, Cod. Farn. exhibere *cotidie*, ut fere soleat, *cotidianum* h. quoque l. cum Bachio scripsi; Ritt. cp. 13. 30. *cotidie*, at h. l. *quotidianum*. Exstat haec scriptura a multis VV. DD., ut a Cort. ad Sall. Cat. 14. Herzog. ad Quint. X, 5, 16. posthabita vulgari in optt. Codd. vett. scriptorum, ut in Erfurt. et Gudian. II. Cicer., quae probata est Kritz. ad Sallust. Cat. 14. 48. Wunder. praef. Cicer. orat. pr. Planc. p. XIV. Lion. ad Gell. IV, 16. Bonnell. Lex. Quint. s. v. Zumpt. ap. Quint. (vd. I, 7, 6.) Beier. ad Cic. oratt. pr. Scauro etc. fragm. p. 68. b. Minus probanda et fere corrupta videtur scriptura *cottidianus* a Frotschero Quint. X, 1, 27. 44. 5, 16. auctoritate Codd. exhibita.

in quibus mihi satis superque sudatum est] Cod. Farn. Ritt. *satis mihi superque* cett. Codd. et Edd. Frequens est constructio passivi, praecipue participii perfecti et temporum eius ope formatorum cum dativo subiecti pro praeposit. *a* cum ablat. more Graecorum praeter poetas scriptoribus argenteae aetatis. Ann. I, 1. *Sed veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata* ibiq. Bach. II, 50. *ut — propinquis suis removeretur*. Germ. 3. *aram quin etiam Ulixi consecratam* ibiq. Hess. Walch. ad Agric. p. 217. Boett. Lex. Tac. p. 143. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. XLVI. De loc. Cic. Off. III, 9. *Honesta — bonis viris — quaeruntur* cf. Ochsn. ad Eclog. Cic. p. 93.

sanctiorem illam et augustiorem eloquentiam] *istam* Edd. ante

Cap. V.

Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Aper recuset, faciam quod probi et modesti iudices solent, ut in iis cognitionibus excusent, in quibus manifestum est alteram apud eos partem gratia praevalere. Quis enim nescit neminem mihi coniunctiorem esse et usu amicitiae et assiduitate contubernii quam

Bekk. quocum e Codd. Farn. Vaticc. *illam* receperunt Boettich. Walth. Ritt. Bach. Vd. de eloquentia cp. 12. Exempla horum adiectivorum coniunctorum attulit Eckstein.: Cic. Tusc. Disp. V, 13, 37. *Ex hoc Platonis quasi quodam sancto augustoque fonte nostra omnis manabit oratio.* Nat. D. I, 42, 119. *Eleusinam sanctam illam et augustam.*

Cap. V. *probi et modesti*] *Probitas et modestia* iuncta leguntur cp. 29. 40. Germ. 36., *probus et modestus* Cic. Off. II, 20.

ut in iis cognitionibus excusent] Pithoeus interposuit *se* in omnibus Codd. adhuc collatis omissum, quem Edd. posteriores sunt secuti praeter Bach., quia pronomen non requiratur ob Agric. 42. *Domitianus paratus simulatione audiit preces excusantis.* Suet. Octav. 35. — *servavitque etiam excusantibus insigne vestis* — ibiq. Brem. Ut possit recte diiudicari, num illud additamentum sit necessarium, proponam alias structuras huius verbi: 1) *Excusare* aliquid: Plin. Epp. VIII, 12, 1. *Hunc solum diem excuso.* 2) *Excusare* aliquem a) alicui: Cic. Epp. ad Fam. XI, 15. *Collegae mandasti, ut te mihi per litteras excusaret.* b) apud aliquem: Cic. Epp. ad Attic. XII, 14. *De me excusando apud Appuleium dederam ad te pridie litteras.* 3) *Excusare* se — *excusari* alicui rei: Plin. Paneg. 57. ibiq. Schwarz. — *ut iam excusatus honoribus.* 4) *Excusare* alicui aliquid: Sueton. Tit. 11. — *excusans etiam factum tenuissimo cuique.* Plin. Epp. I, 7, 2. *Etenim sicut fas est mihi, praesertim te exigente, excusare Baeticis contra unum hominem advocationem.* 5) *Excusare* se de aliqua re: Caes. B. G. IV, 22. — *legati venerunt, qui se de superioris temporis consilio excusarent.* 6) *Excusare* se in aliqua re: Cic. Epp. ad Quint. fr. II, 2. *Et primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso:* vd. Ramshorn. Gr. §. 124. *Excusare in cognitionibus* h. l. dicuntur ii, qui delatum ad se iudicium suscipere nolunt causasque, cur iudices esse nolint, afferunt.

assiduitate contubernii] *Contubernii* vocabulum castrense proprie significat communem habitationem in eodem tentorio; deinde convictum et familiaritatem cotidianam amicorum, imprimis eorum, quos ob studia et mores homines divites et illustres

Saleium Bassum, quum optimum virum tum absolutissimum poetam? Porro si poetica accusatur, non alium video reum locupletiorem. Securus sit, inquit Aper,

in sodalitatem assumebant, vel hominum doctorum, quibus discipuli adhaerebant; unde *contubernales* dicebantur. Vd. Plin. Epp. VII, 15, 3. Suet. Aug. 89. Gierig. Excurs. II. de contuberniis Romanorum ad calc. Tom. II. Epp. Plin. p. 545 sq.

quam Saleium Bassum, quum optimum virum tum absolutissimum poetam] Notanda est cacophonia in homoeoteleutis *um*; cuius generis cacophoniae exempla non solum apud Graecos, sed etiam apud Latinos non sunt infrequentia. Tac. Ann. I, 24. — *nullis satis certis mandatis.* XV, 37. — *superpositum convivium aliarum tractu navium moveretur:* vd. Rup. Ind. Tac. Vol. IV. p. 821. Exempla e Cicerone congessit Wopkens. Lectt. Tull. p. 21. Ramshorn. Gr. §. 202. III. 2. b. *β*. p. 930. Ceterum *absolutus* i. q. perfectus ab aliis scriptoribus semper fere de rebus, non de hominibus dicitur. — *Saleius Bassus* (vd. cp. 9.) fuit egregius poeta epicus, auctor Panegyrici ad Pisonem, sed pauper (vd. Iuven. VII, 79—81.), qui carminum recitationes Romae habere solebat, ob quas a Vespasiano quingentis sestertiis donatus est. Non admodum honorifice de eo iudicat Quintil. X, 1, 90. *Vehemens et poeticum ingenium Saleii Bassi fuit nec ipsum senectute maturum.* Iul. Held. in comment. de *Saleio Basso* Vratislav. 1834. p. 4. probabiliter intellexit, Quintil. in hoc poeta nihil aliud desiderasse nisi moderationem ac temperantiam, ut annotavit Bach. Alii Bassi commemorantur infr. cp. 23. Quint. X, 1, 96. *Aufidius Bassus*, scriptor historicus, et *Caesius Bassus*, poeta lyricus, aequalis Quintiliani X, I, 103. Vd. E. H. Barker dissert. de variis Bassis in Classical Iournal Nr. LX—LXII. Weichert. Excurs. II. de Bassis quibusdam Romanis ingenio scriptisque illustribus in lib. de L. Var. et Cass. Parm. p. 139 sq.

si poetica accusatur, non alium video reum locupletiorem] Aper poeticam accusavit cpp. 9 et 10. Quid sit *reus locuples*, difficilius est ad explicandum in magna interpretum dissensione. Forcellin. Lex. s. v. *locuples* sic interpretatur: *Locuples reus* is est, qui, cum se obligarit, habet unde solvat, et idoneus implendo promisso; allato simul loco Liv. IX, 9. *Samnitibus sponsores nos sumus, rei satis locupletes.* Sic dicitur *locuples* testis, auctor, tabellarius vd. Lexic. Bachius *reum locupletiorem* intelligit magis idoneum, firmiorem. Sed ad quid? — *Saleius Bassus* ideo *reus locupletior* mihi dici videtur, quod nemo magis idoneus illo ad poeticam defendendam, si accusetur, vel quod nemo maiore fide dignus est quam ille in poetica defendenda, quum ipse et optimus vir et absolutissimus poeta sit.

et Saleius Bassus et quisquis alius studium poeticae et carminum gloriam fovet, quum causas agere non possit. Ego enim, quatenus arbitrum litis huius inveni, non patiar Maternum societate plurium defendi: sed ipsum solum apud vos arguam, quod natus ad eloquentiam

Securus sit] Supple: ab accusatione mea.

quisquis alius studium poeticae et carminum gloriam fovet] *Fovere* i. q. deditum esse, indulgere, favere (aucta vi huius verbi) frequentatur a Tacito. Histor. I, 8. *et metus tanquam alias partes fovissent.* Ann. II, 71. *si me potius quam fortunam meam fovebatis.* vd. Boett. Lex. Tac. s. v. Suet. Octav. 89. *Ingenia saeculi sui omnibus modis fovit.* Vespas. 18. *Ingenia et artes vel maxime fovit.*

Ego enim, quatenus arbitrum litis huius inveni, non patiar Maternum societate plurium defendi] Sic h. l. in Codd. corruptum et ab editoribus varie correctum egregie emendavit Pithoeus in annotatt., ante quem sic legebatur: *Et ego enim quatenus arbitrium huius litis inveniri non patiar. Maternum solicite plurimum defendi.* Pith. emendationem Edd. posteriores receperunt, nisi quod alii *et* retinuerunt, alii *et enim ego*, alii *quando te nunc* vel *quando nunc* correxerunt. Cod. Farn. *societate plurium.* — *Quatenus* aetate argentea significat quoniam, quum, quandoquidem: vd. cp. 19. Ann. III, 6. *quatenus innocentiae meae nusquam locus est* vd. Boettich. Lex. Tac. s. v. Plin. Epp. III, 7, 14. *quatenus nobis denegatur diu vivere.* Quint. IV, 2, 66. *Et quatenus etiam forte quadam pervenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur.* vd. Bonnell. Lex. Quint. s. v. Beneck. ad Iustin. XII, 11.

sed ipsum solum apud vos arguam] *sed ipsum* Cod. Farn. ex emend. Rhen. in Castigatt. et Muret. Edd. posterior.; *sed et* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Rup. Pro *eos* emendat. Lips. *vos* receperunt deinceps Edd. *Ipse solus*, i. q. apud Graecos αὐτὸς μόνος vd. Hermann. ad Viger. p. 736. Passov. ad Germ. cp. 38., iam coniunxit Cic. in Verr. Act. I, 2. — *iis esse metuendum, qui, quod ipsis solis satis esset, surripuissent.* Tac. Germ. 38. — *capillum retro sequuntur ac saepe in ipso solo vertice ligant* ubi v. Passov. et Hess. Boettich. Prolegg. ad Lex. Tac. p. LXLIII. »*Ipsum* dicit, quippe oppositum aliis poetis, *solum*, quatenus non debet societate plurium defendi.« Bach. — *Apud vos* i. e. Maternum, qui se argui audit, Secundum et dialogi scriptorem, qui eidem sermoni interfuit.

natus ad eloquentiam virilem et oratoriam] *Natus* ad aliquam rem vel alicui rei is dicitur, qui adeo aptus et habilis ei est, quasi in lucem ad illam editus sit. Sic *natus ad volu-*

virilem et oratoriam, qua parere simul et tueri amicitias, asciscere necessitudines, complecti provincias pos-

ptates cp. 6., *ad pugnam* cp. 10., *ad arma* Hist. IV, 64., *ad dicendum maxime natus aptusque* Cic. de Orat. I, 22, 99., *natus ad dicendi singularem quandam facultatem* Cic. pr. Balb. 1. Vd. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Her. 20, 119. Cort. ad Sallust. Iug. 31. Duker. ad Flor. I, 13, 4. *Oratoria eloquentia* memoratur quoque cp. 6. 28. item huc pertinet locus cp. 26. *Neque enim oratorius iste, immo Hercule ne virilis quidem cultus est* etc. Eloquentia hic dicitur virilis et oratoria; ut distinguatur a sanctiore illa et augustiore cp. 4., i. e. a poetica. Ern. Lex. technol. Lat. p. 147. dicit, virilem et oratoriam eloquentiam distingui a facundia recentiorum, qui cp. 1. *causidici et advocati et patroni et quidvis potius quam oratores* vocentur. Walch. Emendatt. Liv. p. 204. suspicatur, Tacitum respexisse Cic. de Orat. I, 54, 231. *Quin etiam, quum ei* (Socrati) *scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit et commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut, si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi et oratoriam videri, fortem et virilem non videri.* — Ceterum Tacitus in laudanda hac eloquentia ante oculos habuit Cic. de Orat. I, 8, 30 sq.

qua parere simul et tueri amicitias] *parere* Codd. Farn. Vaticc. Par. Vind., quod pro *parare* in Puteol. et seqq. receperunt Dronk. et recentt. Corn. Nep. Alcib. 7. — *magnamque amicitiam sibi cum quibusdam Thraciae regibus pepererat.* Sallust. Iug. 10. *Non thesauri neque exercitus praesidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere neque auro parare possis: officio pariuntur* ibiq. Cort. *Simul et* (ἅμα καί) legitur quoque Agric. 6. 24. 35., quod apud Tac. rarius inveniri quam *simul* — *ac* — *atque* — *que* observavit Boettich. Lex. Tac. s. v. *simul*: add. Baumgarten — Crus. Clav. Sueton. p. 718.

asciscere necessitudines] Codd. Farn. Vaticc. 1518. 4498. unde receperunt Osann. Bekk. Boettich. Walth. Ritt. Bach. *necessitates* Cod. Vat. 1862. (de confus. utriusque voc. vd. Oudend. ad Hirt. B. G. VIII, 53.) *nationes* Codd. Par. Vind. Edd. ad Osann. usque, it. Orell. cum Rup. *Necessitas* i. q. necessitudo vd. Cic. pr. Sull. cp. 1. ibiq. Matth. Sallust. Catil. 17, 5. Cort. Boettich. Lex. Tac. s. v. Qui *nationes* tuentur, laudatis cp. 36. verbis — *hi clientelis etiam exterarum nationum redundant* — supplent in clientelam et intelligunt, ut

sit, amittit studium, quo non aliud in civitate nostra vel ad utilitatem fructuosius vel ad dignitatem amplius vel ad urbis famam pulchrius vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari pot-

Orell., regulos, quibus saepe oratorum patrocinio apud principem opus erat. Cic. Epp. ad Fam. IX, 8. *regum ac nationum clientelis.* Recte Eckstein. *necessitudines* recepit et ob optt. Codd. auctoritatem et quod *nationes* otiosum esset propter sqq. *complecti* (sc. patrocinio) *provincias*, et quod Aper a minore ad maius progrediatur in enarrandis eloquentiae fructibus atque adeo amicitias commodissime excipiant *necessitudines*, quae latius patent. Ernest. Clav. Cicer. eumque secutus Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 27. sic h. v. explicant: »*Necessitudo* est omnis coniunctio, quae oritur ex sanguine, affinitate, collegio, amicitia, vel ex eiusmodi caussis, quae nobis necessitatem amoris benevolentiaeque afferunt.« Cic. pr. Ligar. 7. *Haec ego novi propter omnes necessitudines, quae mihi sunt cum L. Tuberone. Domi una eruditi, militiae contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. Magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus.* Epp. ad Fam. IX, 13. — *velisque per te me hoc muneris quum ipsis amicis hominibus tum municipio Caleno, quocum mihi magna necessitudo est, — dare* (cuius municipii Cicero patronus fuit).

amittit studium] *amitti* Codd. Farn. Vatic. Par. Vind. Ed. Spir. *omittit* Puteol. Rhen. (in Castigatt.) Lips. Dronk. Osann. Orell. Bekk. *amittit* Gronov. Ern. Brot. Boett. Walth. Ritt. Bach. *Amittere*, quod proprie significat aliquid e manibus mittere, abiicere, dicitur de rebus, quas aut volentes aut nolentes, aut nostra culpa aut aliena missas facimus, *omittere* tantum dicuntur volentes et sponte: cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. III. p. 285 sq. Kritz. ad Sallust. Iug. 31. annot. infr. ad cp. 16. *Amittere spiritum* Ann. II, 71. *matrimonium* XIII, 46. ibiq. Rup. *spem* XIV, 26. *occasionem* Liv. VII, 34. Drakenb. *fidem* Corn. Nep. Eumen. 10.

ad utilitatem fructuosius] Praepos. *ad* h. l. dicitur de ratione, ex qua aliquid considerandum aut notio aliqua conficienda sit, ut Graecorum *κατά* et *πρός*, Germanorum *nach*, *in Hinsicht*, *in Bezug auf.* Ita praesertim adiectivis adduntur nomina, quae eorum notionem adstringunt atque constituunt. Hand. Tursell. Vol. I. p. 106. Boettich. Lex. Tac. p. 20.

ad urbis famam pulchrius vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius] Exempla huius genitivi obiecti multa congessit Ramshorn. §. 106. b. Cic. pr. Sest. cp. 66. *Qui autem bonam famam bonorum, quae sola vere gloria nominari potest, expetunt.* Liv. XLV, 3. *L. Paullus*

est. Nam si ad utilitatem vitae omnia consilia factaque nostra dirigenda sunt, quid est tutius quam eam exercere artem, qua semper armatus praesidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, invidis vero et inimicis metum et terrorem ultro ferat, ipse securus et velut quadam perpetua potentia ac potestate mu-

tanti belli victor non despoliatus est triumpho. Tac. Ann. XII, 26. *Quibus patratis nemo adeo expers misericordiae fuit, quem non Britannici fortunae moeror afficeret.* — *Notitia*, ut cpp. 11. 13. 36., apud scriptores argenteae aetatis signif. famam, laudem, nominis celebritatem.

qua semper armatus] Exempla tropicae significationis huius verbi exhibent: Cic. de Inv. I, 1. *Qui ita sese armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriae, sed pro his propugnare possit.* Corn. Nep. Dion. cp. 8. *Callicrates — se armat imprudentia Dionis.* Cic. Epp. ad Fam. VI, 7. *Te ad omnia summum atque excellens ingenium armavit.* Vd. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 71. Sic θράσος ὁπλίζεσθαι Soph. Electr. v. 995.

opem — salutem — metum et terrorem ultro ferat] *ferat* Codd. Farn. Vaticc. Par. Vind. vett. Edd. usque ad Lips., cuius emendationem *feras* posteriores Edd., etiam Orell. et Rup., sunt secuti praeter Dronk. Osann. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt., quibus lectio *ferat* iure probata est, quum ellipsis pronominis indefiniti apud optimos scriptores haud infrequens sit. Cic. de Orat. I, 8, 30. *neque vero mihi quidquam, inquit, praestabilius videtur quam posse dicendo tenere hominum coetus, mentes allicere, voluntates impellere, quo velit, unde autem velit deducere* — ad quem loc. vd. Ochsner. in Eclog. Cic. p. 175. Ed. III. Quintil. X, 2, 24. *Itaque ne hoc quidem suaserim, uni se alicui proprie, quem per omnia sequatur, addicere* — ibiq. Herbst. Ibid. X, 7, 4. XII, 7, 7. Bachius subiectum intelligit eum ipsum, qui *arte oratoria armatus* dicitur, i. e. oratorem, quae explicatio mihi simplicior et melior videtur. — *Ultro* i. q. insuper, praeterea: Dialog. cp. 9. Germ. 28. Ann. III, 36. Boettich. Lex. Tac. s. v. Sueton. Vesp. 12. Domit. 22. Cf. Doederl. Syn. Vol. III. p. 108. *praeterea, insuper, ultro* distinguens. — Exempla formulae *opem et salutem ferre* exhibet Cic. de Finn. II, 35, 118. pr. Arch. cp. 1. p. 29. ubi v. Stuerenb. Ed. 1832. nec h. l. immemor. — *Metus et terror* coniunguntur Agric. cp. 32. *At nunc rediit omnibus metus et terror et votum imperata faciendi.* Plin. Paneg. cp. 12. *Terror et metus et misera illa ex periculis facta prudentia monebat.* Ib. cp. 66.

potentia ac potestate] De differentia hh. vv., quae in

nitus? Cuius vis et utilitas rebus prospere fluentibus aliorum perfugio et tutela intelligitur: sin proprium pe-

Codd. saepe confunduntur, vd. Walth. et Ritt. ad Tac. Hist. I, 1. Walth. Observ. in Tacit. Spec. II. p. 27. Brem. ad Corn. Nep. Cat. cp. 2. Herzog. ad Caes. B. G. I, 18. Kritz. ad Sallust. Cat. cp. 38. Bach. ad Tac. Ann. I, 1. Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 82., quorum explicationibus usus sic distinguo. *Potentia* (δύναμις), ut *patientia*, *temperantia* al., significat qualitatem, qua quis potens est, *potestas* (ἐξουσία) conditio est, qua quis utitur, ut aliquid possit, h. e. denotat, alicui aliquid facere licere. Potest alicui esse *potestas* aliquid faciendi, quamvis desit *potentia*, contra *potentiam* aliquid faciendi non semper comitatur *potestas*. Unde sequitur, ut *potestas* sit legitime parata, legibus data legibusque rei publicae permissa, quam magistratus (*potestas* praetoria — tribunicia), iudices omnesque, qui aut pace aut bello, aut domi aut foris partem rei publicae administrant, habent quaque iure suo utuntur; e contrario sequitur, ut *potentia* (cuius synon. *opes* Cic. Philipp. I, 12.) non sit legitime parata legibusque concessa, sed variis maximeque malis artibus, velut gratia, largitionibus, multitudine amicorum et clientium, eloquentia, armis etc. parta quaque ad alios opprimendos abutuntur. H. l. haec synonyma copulata sunt ad verborum copiam augendam, cuius generis multa exempla insunt in oratione Apri. — Ceterum observanda est *alliteratio*, quam voc. barbaro appellant, in vv. *potentia ac potestate*, cuius permulta exempla exstant apud vett. scriptores: Tac. Dial. cp. 11. 36. *notitia ac nomen*, cp. 17. *coniungere et copulare*, cp. 22. *tecto tegi*, Germ. 14. *sudor — sanguis* (ibiq. Hess.), cp. 37. *molem manusque*, Hist. I, 18. III, 65. *verba ac voces*, I, 12. *licentia ac libido*. Cf. egregiam comment. Naekii de alliteratione sermonis Latini in Rhein. Mus. III, 3. p. 324 sq.

rebus prospere fluentibus] Codd. Farn. Vaticc. Ern. seqq. *prope* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *probe* e coniectura Pith. Gronov. al. Tac. Ann. XV, 5. *nec praesentia prospere fluebant.* Cic. Off. I, 26, 90. *Atque etiam in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus superbiam, fastidium arrogantiamque magno opere fugiamus.*

aliorum perfugio et tutela] Codd. Farn. Vaticc. 1518. 4498. Dronk. Osann. Orell. Boettich. Walth. Bach. *praesidio* Codd. Par. Vind. cett. Edd. *profugio* Cod. Vat. 1862. Ritterus ad tuendam lect. *praesidio* annotavit, lect. *perfugio* probata genitivum *aliorum* relatum ad nomen *perfugio* esse subiectivum eundemque a *tutela* aptum obiectivum, quod incommodum per alteram scripturam praeclare amoveatur. Sententia loci est: cuius vis et utilitas rebus prospere fluentibus (si proprium pe-

riculum increpuit, non Hercule lorica et gladius in acie firmius munimentum quam reo et periclitanti eloquentia praesidium simul ac telum, quo propugnare pariter et incessere sive in iudicio sive in senatu sive apud prin-

riculum non increpuit) ex eo intelligitur, quod alii ad oratorem perfugiunt et ab eo defenduntur. Apud Tacitum structura insolentior nos non debet offendere. Molesta quoque ideo videtur repetitio v. *praesid.*, quod antecedit et sequitur. Cicero copulavit synon. *tutela ac praesidium* pr. Muren. cp. 10. — *omnes urbanae res — latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis.*

increpuit] E Cod. Farn. Lips. et seqq. *irrepat* Codd. Par. Vind. Edd. ante Lips. Cic. pr. Muren. cp. 10. — *simulatque increpuit suspicio tumultus.* Catil. I, 7. *quidquid increpuerit, Catilinam timeri* ibiq. Steinmetz. Senec. Epp. 90, 43. *Vos inter picturas vestras, si quid increpuit, attoniti fugitis.* Liv. IV, 43. *unde si quid increpet terroris* — add. XLIV, 41.

lorica et gladius] *loricae gladius* Codd. omn. et vett. Edd. *lorica aut gladius* ex emendat. Rhen. seqq. *lorica et gladius* ex emendat. Seebod. Dronk. Osann. Orell. Walth. Ritt. Bach.

praesidium simul ac telum] *ac telum* Cod. Farn. Bekk. Boettich. Walth. Ritt. Bach. *et telum* Codd. Par. Vind. reliq. Edd. Sic cp. 6. *ac prope*, cp. 14. *ac literarum*, cp. 16. *ac respectum* e Cod. Farn. pro *et* receperunt Bekk. Boettich. al. Cf. Hand. Tursell. Vol. I. p. 459 sq. Vol. II. p. 467. subtiliter de differentia harum particularum disputantem. *Telum* signif. metonymica legitur Liv. III, 55. — *qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est. Aliam deinde consularem legem de provocatione, unicum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam, non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt.* V, 29. Sallust. Fragm. histor. III, 22, 12. *vis tribunicia telum a maioribus libertati paratum* ubi v. Cort. nec h. l. immemor. Suet. Calig. cp. 53. *Peroraturus stricturum se lucubrationis suae telum minabatur.*

incessere] Vd. cp. 24. 40. *criminibus* Hist. II, 23. *suspicionibus* ib. III, 65.

sive in iudicio sive in senatu sive apud principem] E Cod. Farn. Bekk. Boettich. Walth. Ritt. Bach. ex emend. Muret. Acidal. Heumann. *vel in iudicio* Codd. Par. Vind. reliq. Edd. Cf. de hac variatione particc. disiunctivv. Orell. et Rup. ad h. l. Hand. Tursell. Vol. I. p. 550. — De sententia h. l. cf. Cic. de Orat. I, 8, 32. *Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum quam opem ferre supplicibus, excitare afflictos, dare salutem, liberare periculis, retinere homines in civitate?*

cipem possis. Quid aliud infestis patribus nuper Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit, qui accin-

Quid autem tam necessarium quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis vel provocare improbos vel te ulcisci lacessitus? De Offic. II, 14. *Quae autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea saepe universam excitat. Magna est enim admiratio copiose sapienterque dicentis: quem qui audiunt, intelligere etiam et sapere plus quam ceteros arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestiae gravitas: nihil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt in adolescente. Sed quum sint plura causarum genera, quae eloquentiam desiderant, multique in nostra re publica adolescentes et apud iudices et apud senatum dicendo laudem assecuti sint: maxima est admiratio in iudiciis, quorum ratio duplex est. Nam ex accusatione et defensione constat: quarum etsi laudabilior est defensio, tamen accusatio probata persaepe est. — Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem iudicio capitis arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere?* De Nat. D. II, 59, 148. Quintil. XII, 7. init.

Eprius Marcellus] Cf. cp. 8. 13. Praetor fuit uno die sub Claudio (Tac. Ann. XII, 11.), sub Nerone a Lyciis repetundarum accusatus absolutus est (Ann. XIII, 33.). Fuit homo eloquentia sua clarissimus et potentissimus, qui postea acerrimus omnibusque timendus delator factus ideoque invisus memoria delationum (Hist. II, 53.) Neronem in multorum innocentium exitium impulit, ut Paeti Thraseae, Helvidii soceri (Walch. ad Agric. p. 114.), cuius accusatione, pro qua praemium quinquagies sestertium accepit (Ann. XVI, 33.), perfecit, ut Thraseae a Nerone mortis arbitrium daretur generque Helvidius in exsilium pelleretur. Helvidius Priscus sub Galba ex exsilio redux Marcellum quidem Eprium ad mortem soceri vindicandam accusare aggressus est, sed mox dubia voluntate Galbae, multis senatorum deprecantibus accusationem omisit (Hist. IV, 3. 5.). Postea quum denuo sub Vespasiano in senatu de delatoribus puniendis ageretur et Helvidius spem caperet, posse etiam Marcellum prosterni, in eum invectus est; sed nihil effecit Muciano prolixe censente pro accusatore (Hist. IV, 43. 44.). Contigit autem ei, ut apud Vespasianum magna gratia et amicitia valeret; contra quem quum cum Alieno coniurasset, a senatu damnatus novacula guttur sibi ipse praecidit (Dion. Cass. LXVI, 16. a quo tantum Marcellus appellatur). Ad h. l. illustrandum faciunt verba Tac. Ann. XVI,

ctus et minax disertam quidem, sed inexercitatam et eiusmodi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit?

22. *Acri eloquentia.* 28. *maiore vi Marcellus* etc. 29. *quum per haec atque talia ut erat torvus ac minax voce, vultu, oculis ardesceret.* Hist. II, 53. *notabile iurgium fuit, quo Licin. Caecina Marcellum Eprium — invasit. — moderatione meliorum dirempti.* Hist. IV, 6. *minax certamen egregiis utriusque sermonibus testatum.* Ib. *hinc inter Helvidium et Eprium acre iurgium.* Cf. Ann. XVI, 22. Hist. IV, 5—10. 40—44. Nast. interp. vernacul. p. 114 sq.

qui accinctus] Codd. vett. Edd. Seebod. Walth. Bach. *qua* ex emend. Ursin. Heum. Ern. Schulz. Dronk. Osann. Boett. Ritt. al. Comparatur Eprius ob acrem eloquentiam cum milite armato, qui Ann. XI, 18. simpliciter dicitur *accinctus.*

inexercitatam et eiusmodi certaminum rudem Helvidii sapientiam elusit] *Sapientia* i. q. philosophia, cognitio philosophiae, quum Helvidius Stoicus esset. Sic *sapientiae professores* Agric. 2. *studium sapientiae* ib. 4. Dialog. 32. *sapientiae doctor* Ann. XIV, 16. Hist. IV, 5. Apud Sueton. Tiber. 14. *mathematicus* vocatur *sapientiae professor*, i. e. liberalis doctrinae professor, interprete Ruhnk. in Schol. in Suet. Vd. Roth. Excurs. V. ad Tac. Agric. p. 118. bene de hac metonymia exponentem. — *Eludere* proprie dicitur de gladiatoribus, qui flexu corporis quasi cavillando ictus adversarii evitant; unde ad pugnantes transfertur, qui callide adversariorum impetus declinant. Vd. Bach. ad Ann. II, 52. Fabr. ad Liv. XXI, 52. H. l. ad artem oratoriam translatum est, quum dicendo cum irrisione orationem adversarii refellimus vanamque esse ostendimus. Cic. de opt. gen. cp. 6. *Non enim in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem (ut cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur.* Verr. Act. I, 10. *magnasque accusatoris minas — ad nostrum arbitrium libidinemque eludemus.* Boettich. Lex. Tac. s. v. Schmid. ad Hor. Epp. I, 17, 18. — *Helvidius Priscus* pater, qui Fanniam, egregiam Paeti Thraseae filiam in matrimonium duxerat (cf. Plin. Epp. III, 16. ibiq. Gierig.), Tarracinensis fuit, Stoicus, cunctis vitae officiis aequabilis, opum contemptor, recti pervicax, constans adversus metus, qui e soceri moribus nihil aeque ac libertatem hausit. Quum appetentior famae videretur, eius studium libertatis immodico gloriae studio alebatur. Cum socero accusatus a Nerone in exsilium pulsus est, unde sub Galba rediit vd. Ann. XVI, 33. Postea quum Vespasianum insolentissimis altercationibus offendisset, primum ab eo relegatus, et quum ne redux quidem quiesceret, interfectus est 828 U. C. auctore Sueton. Vespas. 15. Sub Domitiano Arulenus Rusticus de Paeti Thra-

Plura de utilitate non dico, cui parti minime contradicturum Maternum meum arbitror.

Cap. VI.

Ad voluptatem oratoriae eloquentiae transeo, cuius iucunditas non uno aliquo momento, sed omnibus prope diebus ac prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero et ingenuo animo et ad voluptates honestas nato quam videre plenam semper et frequentem domum suam concursu splendidissimorum hominum? idque scire non pecuniae, non orbitati neque officii

seae, Herennius Senecio de Helvidii Prisci vita libros scripserunt, propter quos interfecti sunt vd. Walch. ad Agric. cp. 2. p. 114. De Helvidio cf. Hist. IV, 5 sq. et 43. Dion. Cass. LXVI, 12. Helvidius filius a Domitiano occisus est, quod quasi scenico exodio sub persona Paridis et Oenones divortium imperatoris cum uxore taxasset. Agric. 45. Sueton. Domit. 10. Plinius de eius ultione libros scripsit vd. Epp. IX, 13.

cui parti — arbitror] Dialog. 25. — *ne illi quidem parti sermonis eius repugno.* Quintil. I, 8, 2. *Unum est igitur, quod in hac parte praecipiam.* X, 1, 64. — *praecipuum tamen eius* (Simonidis) *in commovenda miseratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus eiusdem operis auctoribus praeferant.*

Cap. VI. *non uno aliquo momento*] Codd. Farn. Vaticc. Ern. et recc. praeter Seebod. et Rup. *non uno aliove* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Ern., quod observante Eckstein. non Latinum, quum exempla a Wopkens. Observv. miscell. Vol. VII. 3. p. 383. allata, quibus *alius* pro *alter* dictum esse probare vult, e scriptoribus posterioris Latinitatis sint petita. Tac. Hist. I, 6. — *ingens novis rebus materia, ut non in unum aliquem prono favore, ita audenti parata.* I, 13. *Laco atque Italus consensu non tam unum aliquem fovebant quam alium.* Frequentatur a Cicer. Offic. II, 12. ubi v. Beier. Philipp. X, 1. Fin. III, 19.

ac prope] Cod. Farn. Bekk. Boettich. Walth. Ritt. Bach. *et prope* Codd. Par. Vind. cett. Edd.; illud sicut *ac paene* usitatius vd. Herbst. ad Delect. Epist. Plin. p. 27.

ad voluptates honestas] *Voluptates honestae* dicuntur *voluptates concessae* Ann. XIII, 2. XIV, 21., ut annotavit Dronk.

non pecuniae, non orbitati] Plin. Epp. V, 1. *et locupleti et orbo.* Notat Tacitus pestem istam heredipetarum, qui caelibes et orbos divitiis praepollentes omnibus artibus venari et

alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari? illos quin immo orbos et locupletes et potentes venire plerumque ad iuvenem et pauperem, ut aut sua aut amicorum discrimina commendent. Ullane tanta ingentium opum ac magnae potentiae voluptas quam spectare homines

captare studebant. Colebantur hi orbi homines ab omnibus hereditatum captatoribus, via ad commoda honoresque illis patebat et quae alia erant orbitatis praemia. Cf. Eckst. ad h. l. Hess. ad Tac. Germ. 20. Ann. XIII, 42. 52. XV, 19. Horat. Sat. II, 5. ibiq. Heindorf. Epist. I, 1, 78. ibiq. Obbar. Plin. Epp. II, 20. Lucian. Dialog. Mort. V. de Graecis.

neque officii alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari] »*Officium* dicitur, quod vel honoris, vel amicitiae caussa alicui facimus. Plin. Epp. I, 5. *Regulus me convenit in Praetoris officio.* Paneg. 76. *ipsius quidem officium tam modicum tamque temperatum* ubi v. Schwarz. Claud. 2. *sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.* Unde, qui eius generis officia multum obeunt, *officiosi* dicuntur v. Casaub. ad Aug. 53. et Ernest. ad h. l.« Ruhnk. Schol. ad Sueton. Caes. 15. Add. eiusdem Dict. ad Ovid. Heroid. 18, 60. Plin. Epp. I, 9. — *officio togae virilis interfui* ibiq. Gierig. I, 13. *Nam ut in ceteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, si reposcatur.* Schulzius, Eckstein. et Bach. intelligunt de muneribus. — *Dari* i. q. concedi, condonari, fieri alicuius rei vel hominis causa: Ann. I, 7. *Dabat et famae, ut vocatus electusque potius a re publica videretur quam per uxorium ambitum et senili adoptione irrepsisse* ibiq. Rup. laudans vv. synonyma *praestare, concedere, remittere, donare, condonare, largiri, dedere.* II, 53. *Hinc ventum Athenas foederique sociae et vetustae urbis datum, ut uno lictore uteretur.* Boettich. Lex. Tac. s. v. Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 7.

illos quin immo — et potentes] Verba *et potentes* a Lips. e Cod. Farn. interposita receperunt Edd. recc. Frequens est anastrophe coniunctionum apud scriptores argenteae aetatis, Tacitum, Quintilianum, Plin. Maior. al. Dialog. 39. *ipsam quin immo curam.* Germ. 14. *pigrum quin immo.* Germ. 30. *durant siquidem colles* ibiq. Hess. Dialog. 19. *vidit namque.* Cf. Boettich. Lex. Tac. p. 120 sq. Eiusd. comment. de vit. et script. Tac. p. 25.

discrimina] Sunt causae et accusationes periculi plenae, ut annot. Schulz. Dialog. 11. 34. 37. Quint. X, 5, 17. *vera discrimina.* III, 2, 2. *in discrimen aliquod vocari.*

tanta ingentium opum ac magnae potentiae voluptas quam] *Tantus — quam* saepe dicitur pro *tantus — quantus.* Terent. Hecyr. III, 4, 3. *Non Hercle verbis, Parmeno, dici potest*

veteres et senes et totius orbis gratia subnixos in summa rerum omnium abundantia confitentes, id quod optimum sit, se non habere? Iam vero qui togatorum comitatus et egressus! quae in publico species! quae

Tantum quam re ipsa navigare ibiq. Ruhnk. in Dictat. Liv. XXVI, 1. *non ab ira tantum, quam quod urbs — recepta videbatur.* XXXVII, 51. *quae non tantum gaudium — attulerunt, quam averterunt famam.* Rarior haec constructio ap. Cic. vd. Soldan. ad or. pr. Ligar. 5. p. 90.

homines veteres et senes] Bene Doederl. Lat. Synon. Vol. IV. p. 89. gradationem in his vocabulis inesse statuit, ut *vetus* homo, sicuti γέρων, ad numerum annorum, quos vixerit, sit referendum, *senex* autem sensu ethico ad ea, quae sunt aut bona aut mala senectutis propria, velut ad gravitatem, tranquillitatem, prudentiam, infirmitatem. Saepe apud scriptores Latinos haec aliaque synonyma coniuncta reperiuntur: Dialog. 17. *antiqui ac veteres oratores.* Vell. Pat. I, 16. *priscam illam et veterem comoediam* ubi v. Ruhnk. II, 89. — *prisca illa et antiqua reipublicae forma revocata.*

et totius orbis gratia subnixos] *urbis* ex emend. Pithoei receperunt Lips. al. *orbis* cum Codd. et vett. Edd. Seebod. Dronk. Osann. recentt., quam lectionem tuentur verba ep. 5. — *vel ad urbis famam pulchrius vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius*, et cp. 8. *non minus esse in extremis partibus terrarum. Orbis* absolute i. q. orbis terrae sive terrarum: Agric. 17. 30. Valer. Max. IX, 11. extern. 4. Plin. H. N. II, 71., quod poetarum esse dixit Orell. ad h. l. Dialog. vd. Lucan. Phars. VII, 541. Ovid. Met. VIII, 98. Fast. I, 95. — *Subnixus* Tacito usitatissimum: Ann. I, 47. *ille Galliarum opibus subnixus.* XII, 54. *et cuncta malefacta sibi impune ratus tanta potentia subnixo.* Cf. Boettich. Lex. s. v. a quo citantur quoque exempl. Liv. ut XXV, 41. *qui Hannibalem subnisum victoria Cannensi ab Nola reppulisset.*

qui togatorum comitatus et egressus] *Togati* h. l. non sunt causarum actores, patroni, oratores, ut Dronk. interpretatus est, sed ipsi cives Romani (Ann. XVI, 27.), imprimis honestiores toga induti, quum plebs infima tunicata esset (Liv. III, 52. IX, 25.), qui in iudiciis litigabant. Walch. ad Agric. p. 170. Becker. Gall. Vol. II. p. 80. Gesner. Thes. s. v. *togatus:* »*Togati* inprimis erant ac dicebantur (invalescente alias lacernarum usu), qui principes civitatis officii gratia in forum deducebant ac deinde domum reducebant.« — De re ipsa cf. Dialog. 11. *nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutationum concupisco.* Quint. XII, 8, 3. de rabulis suae aetatis: — *partim iactantia ingenii, ut res cito accepisse vi-*

in iudiciis veneratio! quod gaudium consurgendi assistendique inter tacentes et in unum conversos! coire populum et circumfundi coronam et accipere affectum,

deantur, tenere se et intelligere prius paene quam audiant mentiti, quum multa et diserte summisque clamoribus, quae neque ad iudicem neque ad litigatorem pertineant, decantaverunt, bene sudantes beneque comitati per forum reducuntur. — De plurali metonymic. *comitatus* — *egressus* vd. annot. ad cp. 4. Adde de Messalina Ann. XI, 12. *Illa non furtim, sed multo comitatu ventitare domum, egressibus adhaerescere, largiri opes, honores.*

Species] Sc. oratoris. *Species* est ornatus, splendor externus, qui in oculos incurrit: Germ. 16. ibiq. Hess. Ann. IV, 6. — *sua consulibus, sua praetoribus species.* Cf. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 67. Boettich. Lex. Tac. s. v.

quod gaudium consurgendi assistendique inter tacentes et in unum conversos] *quod id gaudium* Codd. Farn. Vaticc. *et* ex coniect. Acid. ab Heumann. interpositum confirmat Cod. Farn., unde receperunt Walth. Bach. Ritt. Veteres oratores et causarum patroni ad dicendum surgere solebant, dum iudices, auditores, magistratus sedent et ore in oratorem converso tacent. vd. Plin. Epp. I, 23. Cic. pr. Rosc. Amer. 1. de Orat. II, 78, 316. Quint. II, 6, 2. *surgere ad dicendum;* sic ἀναστῆναι Demosth. Olynth. II, 6. ibiq. Ruedig. Exempla structurae gerundii offert Tac. Ann. II, 47. *neque solitum in tali casu effugium subveniebat in aperta prorumpendi* ubi v. Bach. IV, 2. *neque senatorio ambitu abstinebat clientes suos honoribus aut provinciis ornandi.* Agric. 35. — *ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellandi* — ubi male Walch. *bellanti.*

et circumfundi coronam] *coram* exhibent Codd. et pleraeque Edd. *coronam* ex emendat. Acidal. et Schel. receperunt Ern. Oberl. Bekker. Boettich. Walth. Bach. Ritt., quod e compendio *coram* facile elici potest; *corona* Schulz. Walch. Agr. p. 310. Ex Dronk. interpret. *coram circumfundi* populus dicitur, qui, quantum proxime possit, ad oratorem accedere conatur eumque confertus circumdat, quo melius verba ipsius excipiat. *Corona* est coetus hominum aliquem circumstantium, praecipue iudicem, oratorem. Cic. pr. Flacc. 28. *Invidia queritur, a iudicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur.* pr. Milon. 1. *Non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat, non usitata frequentia stipati sumus* ibiq. Steinmetz. Quint. XII, 10, 74. — *quo minus mirum est, quod nulli non agentium parata vulgi corona est.* Plin. Epp. VI, 33. — *praeterea densa circumstantium corona latissimum iudicium multiplici circulo ambibat.* VII, 33. *corona diffusior.*

quemcunque orator induerit! Vulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita percenseo. Illa secretiora et tantum ipsis orantibus nota maiora sunt; sive accuratam meditatamque profert orationem, est

et accipere affectum, quemcunque orator induerit] E Cod. Farn. Lips. et seqq. praeter Seebod. Dronk. Osann. *quacunque* (*quoc.* Seebod.) *induxerit* lect. Codd. Par. Vind. vett. Edd. recipientes. *Induere*, quod proprie de vestibus dicitur, a Tacito usurpatur de animi affectione, habitu, quem quis suscipit: Ann. IV, 12. — *habitum ac voces dolentum simulatione magis quam libens induebat.* XI, 7. — *facile Asinium et Messallam — magnum animum induisse.* Item Liv. III, 33. *adeoque novum sibi induerat ingenium.* Quint. I, 1, 8. *Nihil enim peius est iis, qui paullum aliquid ultra primas litteras progressi falsam sibi scientiae persuasionem induerunt.* Bachius falso h. l. intellexit de affectu, quem orator tanquam vestem auditoribus induat, i. e. quo auditores ad rem qualemcunque possit incitare.

Vulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita percenseo] *parva censeo* Beroald. Alciat. Rhen. al. *percenseo* Codd. Farn. Par. Vind. cett. Edd. Ann. IV, 4. — *percensuitque cursim numerum legionum.* Quint. X, 2, 8. *Ac si omnia percenseas* —. Plin. Paneg. cp. 91. *Obstat verecundia, quominus persenseamus, quo utrumque nostrum testimonio ornaris.* Quam lect. recte Orell. contra Osann. tuetur: »Togatorum comitatus et egressus, in iudiciis venerationem, populi laetitiam variosque affectus quum memoro, vulgata dicentium gaudia et imperitorum quoque oculis exposita *percenseo*, id est, enumero; sed longe maiora sunt illa secretiora cet.« — Frequens est Tacito et scriptoribus aetatis argenteae usus participii praes. activ. pro substantivo, ut *dicentium — orantibus* hoc cap., *imperantibus* cp. 13., *dicentem — iudicantium* cp. 20., *praecipientium* cp. 28., *audientium* cp. 30., *ars medentis — regentis* cp. 41. Sic Quint. X, 1, 15. *sine demonstrante* ibiq. Herbst. I, 2, 31. *orantis vox.* I, 11, 3. *ars dicentium.* — De sententia h. l. cf. Plin. Epp. III, 3. *Quantum eloquentia valeat, pluribus credere potes; nam dicendi facultas aperta et exposita statim cernitur.*

Illa secretiora — maiora sunt] Quantopere Tac. frequentet adiectiv. *secretus* vd. in Boettich. Lex. Tac. Apud Quintil. VI. prooem. 11. exstat locus cum nostro comparandus: *Sed haec spes adhuc: illa maiora, constantia, gravitas, contra dolores etiam ac metus robur.*

sive accuratam meditatamque profert orationem] *perfert* Cod. Farn. *adfert* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Dronk., qui rec.

quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia; sive novam et recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit, ipsa sollicitudo com-

profert e Cod. Vat. 1862. eumque secuti Osann. Orell. Bekk. al. *proferre* Cod. Vat. 1518. *fert* Cod. Vat. 4498. Plin. Epp. I, 16. — *sive meditata sive subita proferret.* Cic. de Orat. I, 60, 237. *Nam et subitae ad propositas causas exercitationes et accuratae et meditatae commentationes ac stilus ille tuus — multi sudoris est.* Ibid. 33, 150. *Nam si subitam et fortuitam orationem commentatio et cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit.* — Animadvertendus est transitus a plurali *ipsis orantibus* ad singularem *sive — profert*, sicuti contra in aliis locis a singulari ad pluralem. Cic. Academ. II, 11. *Ex hoc illud his usu venire solet, ut, quicquid dixerint, a quibusdam interrogentur: Ergo istuc quidem percipis?* Cf. Wopkens Lectt. Tull. p. 28. Quint. X, 1, 16. *Excitat qui dicit spiritu ipso, nec imagine et ambitu rerum, sed rebus incendit.* — *Nec fortuna modo iudicii, sed etiam ipsorum qui orant periculo afficimur* — ubi a *qui dicit* transitur ad *qui orant* vd. Herbst. nec h. loc. Tac. immemor. Liv. II, 45, 11. *Fabianum nomen, Fabia gens, maxime enituit. multis civilibus certaminibus infensos plebis animos illa pugna sibi reconciliare statuunt.* ibiq. Drakenborch. De hoc Graecorum usu loquendi vd. Bernhardy wiss. Synt. d. Griech. Spr. p. 419.

est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia] »Gaudium oratoris non minus magnum et diuturnum est quam vis et effectus eorum quae dixit.« Rupert. Quid sit *pondus* (pondus — pondera rei — rerum — verborum — sententiarum vd. Bonnell. Lex. Quintil. s. v.) bene exposuit Ernest. Lex. tech. Lat. s. v. »Quaecunque singularem gravitatem, dignitatem et vim habent ad mentes movendas percellendasque, *pondera* dicuntur, quae non solum rebus et sententiis, sed verbis etiam dicendique formis tribui solent.« *Pondus gaudii* insolentius sicut *pondus famae* Claudian. Stilic. III, 79. ubi v. Barth.

sive novam et recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit] Pro *animus* Codd. et vett. Edd. lect. recte emendavit Pithoeus *animi* receptum a seqq. praeter Dronk. Adiectiva *novus et recens*, quae saepe coniuncta leguntur, ut infr. cp. 8. Hist. IV, 65. Liv. XXXV, 10., bene distinxerunt Manut. ad Cic. Epp. ad Fam. XI, 21. Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 83. 95 sq. Herzog. ad Sallust. Catil. 37. Kritz. ad Sallust. Iug. 75, 8. »*Novum* dicitur, quod quum antea non esset, nunc exstitit atque est; *recens* nuper demum et ex brevi tempore esse coepit; illud *rem* designat inusitati et insoliti *gene-*

mendat eventum et lenocinatur voluptati. Sed extem-

ris, a prioribus et antea cognitis diversam, hoc tantummodo ad *tempus* pertinet et nihil aliud indicat, quam non multum temporis effluxisse, ex quo aliquid factum sit. *Novo* oppositum est *antiquum*, i. e. id, quod olim fuit, sed nunc non amplius exstat et iam diu esse desiit; *recenti* oppositum est *vetus*, i. e. id, quod iam ex longo tempore est ac diu iam duravit.« De v. *cura* vd. supr. annot. ad cp. 3. *Attulerit* sc. domo, vel domi conscriptam. Senec. Controvers. Lib. 3. Excerpt. p. 396. Bip. *Quae* (Severus Cassius) *dicebat*, *meliora erant quam quae sciebat. Vir enim praesentis animi et maioris ingenii quam studii magis placebat in his*, *quae inveniebat*, *quam in his*, *quae attulerat.* Plerumque dicitur *domo afferre* de orationibus praemeditatis, quas oratores proferunt: Cic. Orat. 25, 89. *Vitabit etiam quaesita nec ex tempore ficta*, *sed domo allata.* Quint. X, 6, 6. *Nam ut primum est domo afferre paratam dicendi copiam et certam*, *ita refutare temporis munera longe stultissimum est.* X, 7, 30. XI, 2, 46. — Cum sententia h. l. Eckstein. comparari iubet, quae narrat de Q. Haterio Tac. Ann. IV, 61. — *Quintus Haterius*, *familia senatoria*, *eloquentiae quoad vixit celebratae: monumenta ingenii eius haud perinde retinentur. Scilicet impetu magis quam cura vigebat*, *utque aliorum meditatio et labor in posterum valescit*, *sic Haterii canorum illud et profluens cum ipso simul exstinctum est.*

ipsa sollicitudo commendat eventum] *Commendare* aliquid significat gratum — acceptum — iucundum reddere, approbare, pretium alicuius rei augere. Vell. Paterc. II, 29. *Fuit hic — forma excellens*, *non ea qua flos commendatur aetatis* ibiq. Ruhnk. Quint. X, 1, 101. — *affectus quidem*, *praecipue eos*, *qui sunt dulciores*, *ut parcissime dicam*, *nemo historicorum commendavit magis.* Plin. Epp. IX, 5 et 36. ibiq. Gierig. Paneg. 5. Schwarz.

et lenocinatur voluptati] I. e. plurimum parit voluptatis. *Lenocinium* et *lenocinari* dicitur de quovis magno ornamento, quod adhibetur alicui rei ad gratiam ei conciliandam, ad vim pondusque eius augendum. Germ. 43. (Arii) *insitae feritati arte ac tempore lenocinantur* ibiq. Hess. Plin. Epp. I, 8, 6. *Anceps hic et lubricus locus est*, *etiam quum illi necessitas lenocinatur* ibiq. Gier. II, 19. *Potest tamen fieri*, *ut*, *quanquam in his difficultatibus*, *libro isti novitas lenocinetur.* Quint. V, 12, 17. *non alio medius fidius vitio dicentium*, *quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum virilitate excisa lenocinantur.* IV, 2, 118. *Caret enim ceteris lenociniis expositio*, *et*, *nisi commendetur hac venustate*, *iaceat necesse est.* XII, 1, 30.

poralis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua iucunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quanquam alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen, quae sua sponte nascuntur.

extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis] I. q. cp. 10. *fortuitae et subitae dictionis impetus*. A scriptoribus aetatis argenteae, praecipue a Quint., usurpantur *extemporalis* et *extemporalitas* (hoc semel Sueton. Tit. 3.) de oratione subita, quum apud Cicer. exstent formulae: *subito dicere* de Orat. I, 33, 150 et 152. *ex tempore* pr. Arch. cp. 8., *subita et fortuita oratio* de Orat. I, 33, 150., *subitae dictiones* ibid. 152. vd. Ern. Lex. techn. Lat. s. vv. *subitus* et *extemporalis*. Apud Quintil. X, 6, 6. *extemporalis temeritas*, ut Senec. Controv. L. 3. Excerpt. p. 396. Bip. *temeritas* de facultate ex tempore dicendi; deinde conferendum est totum cap. 7. Quint. de facultate ex tempore dicendi, ubi *extemporalis successus* — *actio* — *facilitas* etc. legitur.

quanquam alia diu serantur atque elaborentur] *alia* omis. Cod. Farn. et Bach., qui pro mero glossemate habens verba sic circumscribit: »nam sicut ea quae in agro sua sponte nascuntur iis quae serantur atque elaborentur, gratiora tamen sunt, ita in ingenio quoque extemporalis eloquentia gratior est quam meditata.« *Alia* interpretatur G. Iacob. in Addend. Ed. Dronk. p. 245. ea, quae sunt longe alius generis quam quae sponte nascuntur: de qua notione v. *alius* cf. Walch. Emendatt. Liv. p. 58., sicut de v. $\ddot{\alpha}\lambda\lambda o\varsigma$ Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 234. Locus sic est explicandus: Sicut in agro gratiora sunt, quae sua sponte nascuntur quam alia, quae longo tempore magnoque cum labore seruntur atque coluntur, ita in ingenio quoque extemporalis eloquentiae maior iucunditas quam accuratae meditataeque orationis. — Exempla particulae *quanquam* cum coniunctivo coniunctae, quae structura valde usitata Tacito et Quintiliano, item aliis aetatis argenteae scriptoribus, exstant Dial. 25. 26. 34. Ann. I, 3. ubi v. Bach., quorum magnam copiam collegit Boettich. Lex. Tac. p. 111 sq.; Quintil. X, 1, 33. ubi v. Herbst. X, 2, 21. Frotsch. Sueton. Caes. 3. ubi v. Bremi. De hac structura apud Ciceronem bene exposuit Soldan. ad Orat. pr. Ligar. 8, 23. p. 127., ubi simul larga manu VV. DD. memoravit, qui de eadem re egerunt, quibus addo Fabr. ad Liv. XXI, 13. — *Elaborare* in aliqua re est proprium Cic. et scriptorum aureae et argenteae aetatis, *elaborare* aliquid poetarum et scriptorum argenteae aetatis, sed *elaborari* et praecipue part. perf. utriusque aetatis. Cic. Tus. Disp. I, 1, 1. *aut accepta ab illis fecisse meliora, quae quidem digna statuissent, in quibus elaborarent* ibiq. Kuehn.

Cap. VII.

Equidem, ut de me ipso fatear, non eum diem

simul de differentia vv. *laborare* et *elaborare* exponens; Quint. V, 10, 119. *et nisi in ceteris, quae mox praecipienda sunt, elaboraverint, mutam quandam scientiam consecutos arbitrentur.* Tac. Dialog. 29. *in quibus — elaboratur.* cp. 9. *si modo dignum aliquid elaborare et efficere velint.* Quint. VI, 3, 68. *Age, inquit, aliquid et rei publicae causa elabora.* Horat. Carm. III, 1, 19. *Non Siculae dapes Dulcem elaborabunt saporem.* Cic. Epp. ad Fam. IX, 16. *Sic, mi Paete, habeto, quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorum benevolentiam conciliandam, summo studio me consecutum esse.* Philipp. VII, 3. *omne enim curriculum industriae nostrae in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est.* Quint. X, 4, 4. *et Panegyricum Isocratis, qui parcissime, decem annis dicunt elaboratum* ibiq. Frotsch. et Herbst. Rarissimae structurae *elaborare* alicui rei (omiss. a Freund. Lex. Lat.) et in aliquam rem exempla offert Quint. XII, 11, 27. *cui docendae priores elaboraverunt.* II, 8, 8. *Verum ei, qui foro destinabitur, non in unam partem aliquam, sed in omnia elaborandum est.*

ut de me ipso fatear] *ipso* Codd. Farn. (teste Niebuhr. at *ipse* test. Schluttig.) Vaticc. Edd. Rhen. Lips. Pith. Heum. Seebod. Dronk. Osann. Orell. Boett. Walth. Bach. *ipse* Codd. Par. Vind. Edd. vett. Pichen. et cett. recentt. Quum Codd. scriptorum Latt. in permultis locis, ubi *ipse* cum pronomm. personalibus coniunctum legitur, discrepantes lectt. exhibeant et editores in illis recipiendis inter se dissentiant, a recta via aberrare non poterimus, si modo nexum orationis diligenter respicientes hoc praeceptum tenebimus, quod Kritz. Sallust. Catil. 20. dedit. »*Ipse* nominativo ponitur, si enunciationis *subiectum*, quo significatur is, qui aliquam rem facit, ita extollitur, ut alteri, qui eandem rem facere potuisse videatur, sed non fecerit, opponatur: eundem vero casum habet atque pronomen personale, si verbi actio sive praedicatum ita ad *obiectum* enunciationis pertinere dicitur, ut id cuivis alii opponatur.« Si *ipse* antecedit pronomen personale, nunquam eodem casu cum illo ponitur. Cf. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 40. (qui simul observat, Tacitum et Senecam hic illic ab hoc praecepto discedere) Herzog. ad Caes. B. G. V, 37. Kuehner. ad Cic. Tusc. I, 30, 73. (cuius tamen praecepto semper ap. Cic. casum pronominis *ipse* accomodari casui pronom. person., si ei enclitica *met* adhaereat, obsunt loci Cic. de N. D. II, 3. III, 18. Off. I, 32.) Klotz. ad Cic. Cat. M. cp. 2. p. 88. Lael. 1. p. 93. Ramshorn. Gr. §. 157. 1. e. Beneck. ad Cic. Catil. I, 2. Iustin. XII, 8. Recte h. l. Aper *de me ipso* (von

laetiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus est, vel quo homo novus et in civitate minime favorabili natus

seiner eigenen Person), non de aliis fatetur. Exempla huius structurae exstant: Cic. Cat. M. 9. *Nihil necesse est mihi de me ipso dicere.* 23. *An censes, ut de me ipso aliquid more senum glorier.* Offic. II, 19. *ni vererer, ne de me ipso aliquid viderer queri.* de Orat. I, 58, 248. *De me autem ipso — respondeo.*

non eum diem laetiorem egi] *Laetum diem ducere* Senec. Herc. Oet. 1675. Frequens est enallage adiectivi pro adverbio non solum apud poetas, Graecorum consuetudinem imitatos, quam exemplis illustravit Matth. Gr. Gr. §. 446. 8. 9., sed etiam apud scriptores Latinos, maxime apud Tacitum, de qua cf. Roth. Excurs. XXIII. ad Agric. Bach. ad Hist. I, 70. Boettich. Lex. Tac. p. 37. Ann. XII, 31. *Ille gnarus primis eventibus metum aut fiduciam gigni citas cohortes rapit.* Histor. III. 66. *Quod si tam facile suorum mentes flexisset Vitellius quam ipse cesserat, incruentam urbem Vespasiani exercitus intrasset.* V, 17. *Nec Civilis silentem struxit aciem.*

latus clavus] I. e. tunica laticlavia sive lati clavi, qui erat fascia purpurea mediae tunicae adversae a summa parte usque ad imum limbum intexta, angustus autem constabat e duabus eiusmodi fasciis angustioribus. Cf. Becker. Gall. Vol. II. p. 88 sq. Illa erat insigne senatorii, haec equestris ordinis, quanquam sub Caesaribus ii quoque, qui ad dignitatem senatoriam contenderent, ut senatorum et equitum filii, tunicam laticlaviam gestabant: vd. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 45. Aug. 38. Plin. Epp. II, 9. *Ego Sexto latum clavum a Caesare, ego quaesturam impetravi.*

homo novus] *Homo novus* (*sive homo per se cognitus* Cic. Catil. I, 12. Brut. 25, 96.) is dicebatur, qui primus e familia magistratum curulem in familiam suam attulisset eaque re ius imaginum consecutus esset, ut Marius, Cicero, aliique. Cf. Beier. ad Cic. Off. I, 39. p. 280. Wunder. ad Cic. pr. Planc. p. 75. Sallust. Catil. 23. Iug. 63. ibiq. Kritz.

in civitate minime favorabili natus] Civitas est Gallia cf. cp. 10., unde Maternus, Secundus et Aper oriundi fuerunt. Cur minime favorabilis dicatur, narrat Tac. Ann. XI, 23., quippe quum Romani, quibus Galli odio essent, honores in se solos conferri postularent. *Favorabilis*, quo adiectivo primus usus est Vell. Pat. II, 34., et deinceps Tacitus, Quintilianus, Suetonius et uterque Plinius, active is dicitur, qui favorem potest conciliare, passive, cui favetur, qui habet favorem hominum, ut h. l. Tac. Ann. II, 36. *Favorabili in speciem oratione vim imperii tenuit.* Histor. II, 97. *Quippe integrum illic ac favorabilem proconsulatum Vitellius, famosum invisumque Ve-*

quaesturam aut tribunatum aut praeturam accepi, quam eos, quibus mihi pro mediocritate huius quantulaecunque in dicendo facultatis aut reum prospere defendere aut apud centumviros causam aliquam feliciter orare aut apud principem ipsos illos libertos et procuratores

spasianus egerat. Saepe ap. Quint. X, 5, 21. *quarum* (materiarum) *nunc facillima et maxime favorabilia decerpunt* ubi v. Frotsch. XII, 10, 74. *Est enim iucunda auri ac favorabilis eloquentia.* Ceterum Tacitus multa adiectiva huius generis usurpat, ut *instabilis*, *insociabilis*, *intestabilis*, *impenetrabilis*, *irrevocabilis* vd. Ruddim. Instit. P. II. p. 99. ed. Stallb. De formatione horum adiectivorum in *bilis* cf. Eckstein. ad Voss. Aristarch. p. 717.

quaesturam — accepi] *Accipere magistratum* rarius dicitur quam *capere mag.* Sueton. Aug. 10. *consulatum accipere.* Plin. Epp. X, 85. Traian., ubi utraque formula exstat.

aut apud centumviros causam aliquam feliciter orare] Iudicium centum virorum sive centumvirale constabat e CV iudicibus, quum terni e singulis tribubus, quae triginta quinque erant, eligerentur, qui numero summatim posito Centumviri appellabantur. Institutum est hoc iudicium circa annum 520 U. C., nullo, quod sciamus, ordinis discrimine. Hic numerus iudicum sub Imperatoribus valde auctus est, quum Plin. Epp. VI, 33. narret, sedisse iudices centum et octoginta in quattuor iudicia sive tribunalia distributos, unde *quadruplex consilium* appellat Epp. I, 18., quod in basilicam Iuliam cogi solebat. Tempore liberae rei publicae non tantam auctoritatem quantam iudicia publica habebant, quoniam in illis leves tantum causae agebantur, sed sub Imperatoribus, praesertim aetate Taciti, Plinii et Quintiliani primum locum obtinebant cf. Dialog. cp. 38. Plinius Secundus, ut apparet ex eius Epp. I, 15. II, 14. IV, 16. VI. 12. IX, 23., causas potissimum orabat centumvirales, quas Ciceronem nunquam egisse legimus, qui de Orat. I, 38, 173. haec scripsit: *iactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum ceterarumque rerum innumerabilium iura versantur.* Cf. Ern. Cl. Cic. s. v. Zimmern. Gesch. d. Röm. Privatr. 3. Thl. §. 14—16. K. A. Schneider de centumviralis iudicii apud Romanos origine. Rostoch. 1835. 8. C. G. Zumpt über Ursprung, Form und Bedeutung des Centumviralgerichts. Berl. 1838. 4.

ipsos illos libertos et procuratores principum] Quantum gratia principum floruerint ab iisque in intimam amicitiam ad-

principum tueri et defendere datur. Tum mihi supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere videor,

missi in civitate valuerint liberti, potissimum inde a Nerone, qui Polycleto nimium favebat v. Plin. Epp. VI, 31. Tac. Ann. XIV, 39., testantur multi loci Tac. Ann. IV, 23. Rup. XIII, 27. Plin. Epp. VI, 31. Sueton. Aug. 67. — *multos libertorum in honore et usu maximo habuit.* Claud. 28. *Libertorum praecipue suspexit Posiden spadonem* —. Calig. 56. *non sine conscientia potentissimorum libertorum praefectorumque praetorii.* Vitell. 2. *Claudium uxoribus libertisque addictum* etc. Liberti tanta Imperatorum gratia florentes haud raro procuratores fuerunt. Plin. Epp. VI, 31. commemorantur Eurythmus, X, 17. 36. Maximus, Caesaris (Traiani), Suet. Oth. 7. Neronis *procuratores atque liberti. Procuratores* (*ἐπίτροποι — διοικηταί*) instituti ab Augusto v. Dion. Cass. LIII, 15. p. 708. Reim. inde ab a. 727 U. C., quo provincias cum senatu populoque partitus est, ut provinciae senatoriae (proconsulares) essent, in quas propraetores vel proconsules vel praesides — ἡγεμόνες mittebantur, et Caesareae (consulares), erant homines privati vel equites vel libertini, qui non solum in provincias Caesarum mittebantur, ut omnia tributa, reditus aliaque quae ad fiscum pertinerent, colligerent, etiam in minoribus, ut in Ponto, Epiro, Iudaea, ius dicerent (sic Pontius Pilatus in causa Iesu Christi) et Caesarum praedia omnemque rem familiarem administrarent, sed etiam in senatorias, ut una cum quaestoribus vigesimam hereditatium, bona caduca aliaque tributa et reditus extraordinarios in fiscum (aerarium militare) Caesarum cogerent, unde *rationales* et *rationarii* Caesarum vel *curatores* dicebantur, quare ab a. 758. U. duplex genus procuratorum est discernendum. Cf. Walch. ad Agric. 4. p. 134. 14. p. 221. Rupert. ad Ann. IV, 15. Creuz. Abriss. d. Röm. Alterth. §. 184. Fuss. Comp. Antiqq. Rom. §. 129.

tueri et defendere] Haec synonyma coniunguntur: Germ. 14. *illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare praecipuum sacramentum est.* Cic. Epp. ad Famm. XIII, 64. *Nysaeos, quos Nero in primis habet necessarios diligentissimeque tuetur ac defendit.* de Orator. I, 38, 172. — *posse se facile ceteris armis prudentiae tueri atque defendere.* de Finn. II, 4. *Quid dubitas igitur id tueri, id defendere.* Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 306.

datur] Structura huius verbi cum infinitivo aut cum coniunctionibus *ut, aut, ne* poetarum et scriptorum argenteae aetatis propria est, quae fluxit ex imitatione Graecorum: Homer. Il. 3, 322. τὸν δὸς ἀποφθίμενον δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω. Hor. Epp. I, 16, 61. *Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri.* ibiq. Schmid. Tac. Ann. IV, 6. — *dabaturque primoribus disserere.*

tum habere quod, si non in alio oritur, nec codicillis datur nec cum gratia venit. Quid fama et laus cu-

lb. 60. — *neque Neroni defendere daretur.* Cf. Boettich. Lex. Tac. s. v. Plin. Paneg. 50. 51. Quint. X, 7, 22. XI, 3, 125. — Hi liberti et procuratores, quamvis principum gratia florerent, haud raro tamen a provincialibus ob vexationes direptionesque Romae sunt accusati, ut praesidio oratorum egerent, velut Lucil. Capito, procurator Asiae, de quo vd. Ann. IV, 15.

tum habere quod, si non in alio oritur, nec codicillis datur nec cum gratia venit] Hic locus difficillimus tot VV. DD. coniecturis tentatus nondum sanatus est, quarum potiores tantum enumerabo. Codd. et Edd. usque ad Broter. exhibent *tum abire, quod si non in alio oritur*; in Codd. Par. Vind. et multis Edd. *in codicillis*, Codd. Farn. Vaticc. e coniect. Pith. Broter. Ern. seqq. *codicillis.* Pro *abire* e coniect. Mureti plerique Edd. *habere* in text. admiserunt. Verba *si non in alio oritur* eiecerunt Heum. et Schulz. (vd. eiusdem Excurs. II.), in annot. damnavit Ritterus non satis gravi ratione ductus: »Deest vero nihil huic loco, cum vel expunctis *si non in alio oritur* omnia assint, quae requirere quis possit. Ergo deleantur. Ea in hunc modum nata esse existimo. Corrector quidam in margine posuit *si non in alio oritur*, ut Apri dictum sive impugnaret sive coerceret: nam si facultas oratoria non in alio oreretur, tum Aprum supra tribunatus et praeturas ascendere omnesque antecellere iste concessit; sin in alio oreretur, ea laudis communione Apri gloriam imminui putavit.« Freinshem. coniectura *in animo* probata est Dronk. Osann. Bekk. Rup. Hand. Turs. Voll. II. p. 162., improbata autem Orell. propter nimis infinitum *animi* vocabulum, ubi *indoles* aut *natura* requiratur, cuius tamen coniectura *si non indoles largitur* pariter ac Bernhard. Encycl. d. Phil. p. 134. *quod sine alieno nomine oritur* vel *paritur* locum non sanavit. Seebod. Ed. II. *in ingenio* probat. Moser. in Annal. lit. Heidelb. 1831. p. 303. et receptum a Boettich. laudatis locis cp. 6. *Nam in ingenio quoque* etc. et cp. 8. *ad quam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint* etc.: eum secutus Bach. recepit *ingenio.* A V. D. in Temp. Helvet. T. II. P. 1. proponitur coniectura *in aliquo*, quae mihi non displicet. — *Codicilli* h. l. sunt libellus, litterae, quibus Imperatores officium, munus publicum vel honores alicui mandabant, kaiserliches Handschreiben, Diplom, Patent: Ann. I, 6. XIII, 20. Lips. Agric. 40. Sueton. Tiber. 42. Calig. 18. *Senatori codicillos misit, quibus praetorem eum extra ordinem designavit.* — Verba *cum gratia venit* Hand. Turs. Vol. II. p. 162. sic explicat, ut verba eundi, vel proficiscendi, vel veniendi, vel mittendi, vel per-

ius artis cum oratorum gloria comparanda est, qui illustres et noti in urbe non solum apud negotiosos et rebus intentos, sed etiam apud iuvenes et adolescentes,

sequendi (velut *cum magno periculo ire, cum victoria redire, cum clamore currere, cum mandatis mittere*) quocunque modo assumere dicat praepositionem *cum*, cuius sit primitiva vis comitatus et societatis, etiam ubi instrumentum et causam intelligas. Ceterum Acidalius recte haec verba rettulit ad honorum impetrationem per principem, perperam Schulz. ad favorem senatus, dignitatem et quaedam honorum ornamenta tribuentis, quae tum solus princeps dabat.

Quid fama et laus cuius artis] Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd. (nisi quod pro *cuiusvis* Beroald. et seqq. a Dronk. demum *cuius* est restitutum) et recentt. e quibus Dronk. et Osann.: *Quid? fama et laus.* E coniectura Lips. *quae fama* pleraeque Edd., unde Seebod. *Quid? quae fama et laus cuiusvis.* Coniunctio duarum interrogationum in una enunciatione optimis scriptoribus usitata est. Cic. Off. II, 7. *Quid censes superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios candente carbone adurebat capillum? Quid Alexandrum Pheraeum quo animo vixisse arbitramur?* ibiq. Beier. p. Rosc. Amer. 17. *Quid censes hunc ipsum Sext. Roscium quo studio et qua intelligentia esse in rusticis rebus?* 33. *Quid ea multitudo quae erat?* Ramshorn. Gr. §. 174. I. Not. 6. De Graecorum consuetudine cf. Matth. Gr. §. 630. 1. Platon. Legg. IV. p. 704. C. *Τί δ' αὖ πεδίων τε καὶ ὀρῶν καὶ ὕλης πῶς μέρος ἕκαστος ἡμῶν εἴληχε*; quam unam interrogationem Matth. non recte in duas distinxit.

qui illustres et noti in urbe non solum apud negotiosos et rebus intentos] Tanta est lectionum discrepantia in Codd., ut inde veram lect. effingere nulli adhuc editori contigerit. Cod. Farn. *qui non illustres et in urbe nosdum* ap. Bekker. *non solum* teste Schluttig. *qui non illustres et non in urbe solum* Codd. Vaticc. 1862 et 4498. *non illustres et non solum* Cod. Vat. 1518. *non illustris et in urbe solum negotiosos* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *qui non illustres in urbe solum*, Ed. Put. et seqq. *qui tam illustres in urbe non solum* Boettich. *quinam illustriores in urbe* Orell. in annott. *qui illustres in urbe non solum* Bach. *qui illustres *** et in urbe non solum* Ritt. in annot. suspicatus fuisse *qui illustres et in ultimo terrarum orbe et in urbe non solum.* Equidem secutus coniecturam Eckstein. *qui illustres et noti* refingere conatus sum: *qui illustres et noti in urbe non solum.* Quum scriptor Dialogi ex imitatione Ciceronis synonyma consociare soleat, huic coniecturae forsitan suffragentur loci Cic. Verr. II, 13. med. *Unum illud, quod*

quibus modo recta et indoles est et bona spes sui? Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? Quos saepius vulgus quoque imperitum et tunicatus hic populus transeuntis nomine vocat et digito demonstrat?

ita fuit illustre notumque omnibus, ut Epp. ad Famm. I, 9. *Tibi autem multo notior atque illustrior meus in te animus esset, si —.*

quibus modo recta et indoles est et bona spes sui] Plin. Epp. VI, 11. *O diem laetum! adhibitus in consilium a praefecto urbis audivi, ex diverso agentes summae spei, summae indolis iuvenes duos —.*

nomina — ingerunt] *Ingerere* a Tacito frequentatum h. l. significat crebro aliquid commemorare, ut animo penitus infigatur (Quint. VIII, 2, 4. repetitione aliquid infigere). Ann. II, 79. *magnitudinem imperatoris identidem ingerens.* Hist. IV, 78. *vera erant et a tribunis praefectisque eadem ingerebantur.* Vd. Boettich. Lex. Tac. s. v.

vulgus — demonstrat] *Tunicatus populus*, ut Hor. Epp. I, 7, 65. *tunicatus popellus*, denotat homines infimae plebis, qui solis tunicis pariter ac servi, non togis, ut homines honestiores, induti in publicum prodibant: vd. Schmid. ad Hor. l. l. *Pullati* dicuntur Suet. Aug. 40. ubi v. Schol. Ruhnk. Horum hominum iudicia circumstantium plausum oratores captare solebant. Plin. Epp. VII, 17, 9. *Nonne, quum surgis ad agendum, tum maxime tibi ipse diffidis, tum commutata, non dico plurima, sed omnia cupis? Utique si latior scena et corona diffusior. Nam illos quoque sordidos pullatosque reveremur*, ubi Gierig. laudat Quint. II, 12, 10. *Iam collidere manus, terrae pedem incutere, femur, pectus, frontem caedere, mire ad pullatum circulum facit.* VI, 4, 6. *pugnamque illam decretoriam imperitis ac saepe pullatae turbae relinquunt.* — Locutio proverbialis *digito demonstrare* a Graecis et Latinis usurpata originem cepit ex eo, quod de levitate Demosthenis narratur. Cic. Tusc. D. V, 36. *Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantisque alteri, Hic est ille Demosthenes.* Aelian. V. H. IX, 17. Plin. Epp. IX, 23. Utuntur hac locutione Horat. Carm. IV, 3, 22. *monstror digito praetereuntium.* Pers. I, 28. *At pulchrum est digito monstrari et dicier, hic est.* Martial. V, 13, 3. IX, 98, 4. Lucian. Somn. §. 11. τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥςτε τῶν ὁρώντων ἕκαστος τὸν πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος, λέγων. Anachars. §. 36. Harmon. §. 1. Vd. Echtermeyer üb. Namen und symbol. Bedeutung der Finger bei den Griech. u. Röm. Halle 1835. 4. pag. 20.

Advenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos, quum primum urbem attigerunt, requirunt ac velut agnoscere concupiscunt.

Cap. VIII.

Ausim contendere Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus sum, et Crispum Vibium (libentius

Advenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos] Haec synonyma coniunxit Cic. quoque de Orat. I, 58, 249. *ne in nostra patria peregrini atque advenae esse videamur.* de Leg. agrar. II, 34. *Nos autem, hinc Roma qui veneramus, iam non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur.* — *Auditos* Schulz. explicat, de quibus audiverunt. Sic Tac. Hist. II, 6. *auditique saepius in Syria Iudaeaque Caesares quam inspecti.* Liv. VI, 2. *tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat.* XLII, 52. *auditis hostium copiis.* Rupert. designari videntur ii, quorum orationes iam in municipiis et coloniis audiverant. Rectius Bach. intellexit de eorum eloquentiae fama iam per municipia et colonias propagata.

ac velut agnoscere] Cod. Farn. Bekk. Boettich. Ritt. Bach. *vult* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. unde *vultus* Put. et cett. Edd. Eckstein. h. l. bene sic interpretatus est: »Advenae et peregrini effigiem aliquam oratorum ex rumoribus ad se in municipia et colonias perlatis finxerunt, quam, postquam Romam advenerunt, agnoscere student.« Saepius enim praesentia famam minuere solet. De signific. verb. *agnoscere* cf. Schwarz. ad Plin. Paneg. p. 519 sq.

Cap. VIII. *Ausim contendere*] De hac forma prisca perf. coniunctiv. poetis usitata, qua rarius utuntur scriptores prosaici, velut praeter Ciceronem Livius, Plinius, Quintilianus, Tacitus, cf. Struv. üb. Lat. Declin. und Coniug. p. 175. Ramshorn. Gr. §. 62. p. 140. Wyttenbach. Bibl. crit. P. XI. p. 114; qui plerumque eam cum verbis dicendi componunt. *Affirmare ausim* Tac. Agric. 43. Quintil. IX, 2, 1. *Ausim contendere* Plin. Epp. IV, 1. *Ausim dicere* Quintil. II, 5, 14. VI, 3, 11. VII, 4, 28. Liv. praef. *Contendere*, quod proprie significat contrariam sententiam obtinere, vi affirmandi frequentatur a scriptoribus argenteae aetatis. Plin. Epp. I, 20. IV. 4. Quintil. I, 6, 13. II, 3. 5. 5, 25. De synonymis aio, dico, assevero, affirmo, contendo vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 7.

Crispum Vibium] *Vibius Crispus* (flor. circa a. U. 823.) pecunia, potentia, ingenio inter claros magis quam inter bonos referebatur, qui, quod accusationes exercuerat et delationes factitaverat sub Nerone potissimum, omnibus odio et terrori

enim novis et recentibus quam remotis et oblitteratis exemplis utor) non minus esse in extremis partibus terrarum quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur. Nec hoc illis alterius ter millies sestertium prae-

fuerat. Quanta potentia eius fuerit, inde apparet, quod effecit, ut frater Vibius Secundus repetundarum accusatus Italia exigeretur nec graviore poena afficeretur. Alterum eius potentiae exemplum est, quod ipso accusante sub Galba Annius Faustus eques, qui temporibus Neronis delator fuerat, a senatu damnatus est, quanquam ipsum Crispum easdem delationes cum praemio exercuisse meminerat. Tac. Ann. XIV, 28. Hist. II, 10. IV, 41. 43. A Vitellio prodigis epulis ganeaeque adhibitus est. Dio Cass. LXV, 2. Fuit homo ingenii iucundi et elegantis (cuius iucunditas laudatur Quint. quoque XII, 10, 11.), cuius facete dicta rettulerunt Quintil. V, 13, 48. Dio Cass. l. l. et Suet. Domit. 3. De eius eloquentia vd. infr. cp. 13. Quintilianus multis locis huius Vibii mentionem fecit. X, 1, 119. *Et Vibius Crispus compositus et iucundus et delectationi natus, privatis tamen causis quam publicis melior.* VIII, 5, 15. 17.

remotis et oblitteratis] *Remotis* sc. a temporibus nostris, *oblitteratis* i. q. oblivioni traditis, ex hominum memoria sublatis. cap. 22. *ut iam oblitterata et olentia.* De v. *oblitterare* a Tacito frequentato cf. Boettich. Lex. Tac. s. v. Quint. I, 6, 40. *nec utique ab ultimis etiam oblitteratis repetita temporibus.*

non minus esse in extremis partibus terrarum] Aliquid excidisse suspicatus Ursinus interposuit *notos* ante *esse* recept. a Dronk., Lips. *notos* post *esse* recept. ab Heum. Schulz., at uncis inclusum a Seebod. Osann. Orell.; *nosci* pr. *esse* e coniect. Schelii Oberl. et Rup. Locus nec supplemento nec coniectura indiget, modo *esse* recte cum Boettich. interpretemur versari, vivere: *ihre Existenz sei dort eben so bekannt wie in Capua oder Vercellae.*

Vercellis] Vercellae fuerunt municipium in Gallia Transpadana ad fl. Sessitem, hodie *Vercelli* in agro Pedemontano: cf. Plin. H. N. III, 17, 21. Tacit. Histor. I, 70. Uter Vercellis, uter Capuae natus fuerit, non constat. Rup. suspicatur Eprium Capuae, Vibium Vercellis natum fuisse.

Nec hoc illis alterius ter millies sestertium praestat] Hac Codd. et vett. Edd. lectione non acquieverunt editores, qui locum mutilum et corruptum esse rati variis coniecturis, quarum potiores afferemus, frustra tentarunt. Lips. in Ed. 1574. *nec hoc illis, alterius ter millies sestertiûm, alterius *** praestat*, in posterr. *bis millies H. S.* loco asteriscorum;

stat, quanquam ad has ipsas opes possunt videri eloquentiae beneficio venisse, ipsa eloquentia; cuius numen et coelestis vis multa quidem omnibus saeculis exempla

Pichen. *nec hoc illis alterius bis, alterius ter m. s. pr.;* Pithoe. *nec hoc illis ** a. t. m. s. p.*; Orell. *n. h. i. a. t. m. sestertium ** praestat.;* C. Barth. Advers. L. XLIV. c. 8. *n. h. illis alterive t. m. s. p.* probatum Ern. et receptum a Seebod. Dronk. Osann.; *n. h. illis alterutrius mille sest.* Oudendorp. ad Suet. Vesp. 16. quum uterque ad has ipsas opes videatur pervenisse. Boettich. exhibet *milies*, ut Ed. Put.; quum de scriptura *mille* cum simplici aut duplici *l* adhuc VV. DD. dissentiant, exhibui *millies* cf. Reisig. Vorlesung. p. 284. annot. Haas. 314. Locus est sanus et sic explicandus: Nec hoc, quod ob summam nominis celebritatem non solum Capuae et Vercellis, sed etiam in extremis partibus terrarum consecuti sunt, ingentibus opibus acceptum referunt, sed potius ipsi eloquentiae. De utro *alterius* sit intelligendum non liquet, quoniam uterque praemiis accusationes exercuit et ditissimus factus est; alterius tamen (Vibii suspicatur Bach.) pecunia maior et in vulgus magis nota fuisse videtur. *Ter millies sestertium* efficit fere immensam summam 13,735777½ Thalerorum monet. Saxon. secundum computationem propositam a Wurm. de ponderum, nummorum, mensurarum etc. rationibus p. 38 et 202., qua pretium denarii, quale liberae rei publicae temporibus fuit, sub Imperatoribus minutum esse ostenditur. vd. Boeckh. metrolog. Untersuch. p. 452. Eandem pecuniam habuisse narratur Seneca Tac. Ann. XIII, 42. et Pallas XII, 53.

ipsa eloquentia] Ex emend. Lips. et Pithoei *sed* ante *ipsa* interposuerunt mult. Edd., uncis circumsaeptum Bekk. Orell., quo non opus esse quaque ellipsi efficaciorem etiam reddi antithesin Bach. exemplis e Tacito collectis ad Ann. III, 19. probavit. Agricol. 37. *non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes, rari avia petiere* ibiq. Walch. Dialog. 21. *Nec unum de populo — probant: ipse mihi Calvus.* Ann. XVI, 29. *neque famosi carminis, quia protulerit ingenium, extorrem agi.* Histor. II, 76. *nulla militari fama, Galbae odio provectus.* Adde Reisig. Vorles. §. 453. c. annot. Haas. de ellipsi partic. adversativ. apud Latt.

cuius numen et coelestis vis] Insolentius eloquentiae ad summam eius potentiam declarandam numen tribuitur, quod ab aliis scriptoribus praeter Deos senatui aliisque populorum rectoribus tribui solet, ut docet Forcell. Lex. s. v. Coniuncta exstant haec substantiva Cic. pr. Milon. 30. *Nec vero quisquam aliter arbitrari potest nisi qui nullam vim esse ducit numenve divinum.* Verr. II, 4, 49. *Multa saepe prodigia vim*

edidit, ad quam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint, sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda haberemus. Nam quo sordidius et abiectius nati sunt quoque notabilior paupertas et angustiae rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae utilitatem illustriora exempla

eius numenque declarant. Pseudo. Cic. post redit. ad Quir. 10. *qui apud me deorum immortalium vim et numen tenetis.*

sed haec — haberemus] Reiicienda est lect. deterior *habemus* e Put. propagata in plerasque Edd. praeter Gronov. Bekker. Orell. Boettich. Walth. Bach. Ritt. Locus sic interpretandus est: Sed haec exempla, quae supra posui, Marcelli Eprii et Vibii Crispi, proxima tempore (i. e. nova et recentia) et eiusmodi, quae non auditu cognovimus, sed nostris oculis ipsi spectavimus. De structura pronom. *qui* c. coniunct. vd. Ramshorn. Gr. §. 176. l. 3. Zumpt. §. 556 sq. Pabst. ad Eclog. Tacit. p. 312. nec h. l. immemor. Eckstein. in Ind. Ed. Walth. Tom. IV. p. 432. Dialog. 40. *Non de otiosa et quieta re loquimur, et quae probitate et modestia gaudeat.* Ibid. *Nec Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus.* Ann. III. 28. — *Augustus — deditque iura, quis pace et principe uteremur.*

quo sordidius et abiectius nati sunt] »Contrarium *splendide nata* et *natus splendide* est in Plin. Epist. VI, 33, 2. VII, 22, 1.; *sordida et abiecta* Quint. Inst. or. II, 12, 7. *abiectum et sordidum* Tac. Ann. XIII, 46.« Eckstein. in Ed. Walth.

quoque notabilior] *Quoque* pro *et quo* rarius ponitur, vd. Kritz. ad Sallust. Catil. 23. *de Catilinae coniuratione quae quoque modo audierat, compluribus narravit.* — *Notabilis*, quod tam in bonam quam in malam partem dicitur, frequens est apud Quintilian. (vd. Bonnell. Lex.) et apud Tacitum, e quo multa exempla congessit Boettich. Lex. Tac. Dialog. cp. 10. *persona notabilis*, cp. 40. *notabilis eloquentia.*

angustiae rerum circumsteterunt] E corrupta Codd. et Ed. Spir. lect. *angustia ereptum* Lips. refinxit *angustiae rerum* receptum a plerisque Edd. meliusque quam *angustia rerum* in Edd. Put. Alc. Rhen. Gronov. al. *Angustiae familiares* Tac. Ann. XII, 52., *rei frumentariae* XV, 36. *stipendii* I, 35., semel *angustia rerum* Histor. IV, 72. — *Circumstare* metonymice frequentatur a Livio et a scriptoribus argenteae aetatis. Tac. Histor. I, 17. *Circumsteterat interim palatium publica exspectatio.* IV, 79. *Circumsteterat et Civilem alius metus.* Boettich. Lex. Tac. s. v. Eckstein. Prolegg. p. 83.

sunt, quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi sunt civitatis, et donec libuit, principes fori,

substantia facultatum] »*Substantiae* (i. q. *οὐσία*, *ὕπαρξις*, *ὑπόστασις*) nomine argentea aetas exprimere coepit, quidquid vellent solidum constansque in rebus appellare, essentiam, naturam, existentiam adeo, quae nunc vocari solet.« Gesner. Thes. s. v. Spalding. ad Quint. VI. prooem. 7. Aurel. Vict. Orig. G. R. XIX. *paternorum bonorum substantia.* Paull. Sent. II, 28. §. 1. *substantia rei familiaris.* Firmic. Matern. V, I. *Propriis tamen laboribus substantiae facultatem acquirens.* Dict. Cretens. I, 17. *facultas opum.*

alter habitu quoque corporis contemptus] *Habitus*, ut Graec. *σχῆμα*, dicitur de corporis forma ac specie, de eius motu, dispositione (Haltung). Tac. Germ. 4. *habitus corporum.* Agric. 11. *positio coeli corporibus habitum dedit.* Quint. IX, 1, 10. *sicut in corporibus, quibus, quoquo modo sunt composita, utique habitus est aliquis.* Frequenter consociatur cum voc. *cultus* (qui refertur ad exteriorem ornatum) aut *vultus.* Tac. Dialog. 12. *hoc primum habitu cultuque.* Ann. I, 10. *Augustus — quaedam de habitu cultuque et institutis eius iecerat* ubi v. Rup. II, 59. Virg. Georg. I, 52. *habitus cultusque locorum.* Tac. Hist. II, 52. *voltum habitumque trahere in deterius.* Cf. Boettich. Lex. Tac. Bonnell. Quint. s. v. *habitus.*

potentissimi sunt civitatis] In civitate sive inter reliquos cives eloquentia summam potentiam et auctoritatem consecuti sunt. Vd. Dial. 13. Histor. II, 10, 53. IV, 6.

donec libuit] Dial. 40. *Nostra quoque civitas, donec erravit* etc. Hand. Turs. Vol. II. p. 295. »Ubi ratio definiti temporis est simplex, atque aliquid dicitur simul esse cum alia re, aut esse ad aliquem usque terminum, in quo aliud quid externum accedat vel fortuito vel certe non ex rei necessitate aut de consilio, ibi ponitur indicativus. Coniunctivo autem locus est, ubi intercedit nexus partium temporis, et res perpetua dicitur in aliam traducta esse, sive hoc fiat consilio, sive caussa.« Pag. 296. »In re praeterita perfectum non ponitur nisi indicativo: imperfectum et plusquamperfectum, ubi intelligitur finis (usque eo), semper coniunctiva forma exprimuntur.«

principes fori] Quint. XII, 11, 3. *Vidi — summum oratorem, Domitium Afrum — quem principem fuisse quondam fori non erat dubium.*

nunc principes in Caesaris amicitia agunt feruntque cuncta atque ab ipso principe cum quadam reverentia diliguntur, quia Vespasianus, venerabilis senex et patientissimus veri, bene intelligit, ceteros quidem amicos suos iis niti, quae ab ipso acceperint quaeque ipsi accumulare et in alios congerere promptum est, Marcellum autem et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a principe acceperint nec accipi possit. Mi-

principes in amicitia Caesaris] I. e. principes sunt, principem locum tenent inter amicos Caesaris. Abstractum est pro concreto. Ann. II, 27. *Firmius Catus senator ex intima Libonis amicitia.* Ib. 77. *Domitius Celer ex intima eius amicitia.* Cf. Histor. IV, 6 — 10. 43 — 44. Suet. Vesp. 15.

agunt feruntque cuncta] *Agere et ferre* (*agere vertere* Hist. I, 2., sed usitatius est *ferre et agere* Liv. XXII, 3. III, 37. v. I. F. Gronov. Observv. p. 633.), quod respondet Graec. ἄγειν καὶ φέρειν (vd. Bornem. ad Xenoph. Cyrop. III, 2. Ed. Goth. Baehr. ad Plutarch. Pyrrh. p. 116., at φέρειν καὶ ἄγειν alio sensu vd. in Passov. Lex. s. ἄγω), h. l. non significat devastare, diripere, sed regere, disponere omnia ex suo arbitrio, ut explicavit Cort. ad Sall. Cat. 2, 3. *animus — agit atque habet cuncta.* Orell. p. LIII. »Pro suo arbitratu ac lubitu iuste iniuste, clementer severe, in omnibus rebus agunt.« Boettich. Lex. Tac. p. 197. intellexit de vi, quam quis ingenio et oratione exerceat.

venerabilis senex] Vespasianus tum annum aetatis LXV agebat. vd. cp. 17. et Suet. Vespas. 24.

patientissimus veri] Cod. Farn. unde primus recepit Lips. eumque secuti Pithoe. Gronov. Schulz. Seebod Orell. Bekk. Boettich. Rup. Ritt. Bach. *vir* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Ern. Oberl. Dronk. Osann. Senec. de Ira III, 36. *vide non tantum, an verum sit, quod dicis, sed an ille, cui dicitur, veri patiens sit.* Curt. I, 2, 1. *Itaque* (Darius) *veritatis impatiens hospitem ac supplicem — abstrahi iussit ad capitale supplicium.* Sic Cic. pr. Ligar. 8. de Caesare: *ut ne offendam tuas patientissimas aures.* Haec patientia laudatur a Sueton. quoque Vesp. 13. *Amicorum libertatem, causidicorum figuras ac philosophorum contumaciam lenissime tulit.* Adde cp. 14 et 15. Eutrop. VII, 13. *Offensarum et inimicitiarum immemor fuit. Convicia a causidicis et philosophis in se dicta leniter tulit.* Dion. Cass. LVIII, 11. Orellius h. l. sic explicuit: qui veritatem quum minime oderit, minime nobis irascetur ita de Eprio et Vibio loquentibus, etiam si quis nostros aliorumve similes sermones ad eum deferat.

quod non a principe acceperint nec accipi possit] Variatae

nimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negliguntur

huius constructionis exempla, qua alterum *quod* accusativo, alterum, quod supplebis, nominativo accipiendum est, extant: Sallust. Iug. 14, 16. *Si omnia, quae aut amisi, aut ex necessariis advorsa facta sunt, incolumia manerent* ubi v. Kritz. et Fabr. Iug. 31, 18. Tac. Germ. 18. *quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur.* Ann. II, 83. *quaedam statim omissa sunt, aut vetustas oblitteravit.* Usitata quoque Tacito est variatio structurae activae et passivae, ut ex altera ad alteram statim transgrediatur. Ann. VI, 44. *nihil omissum, quo ambiguos illiceret, prompti firmarentur.* IV, 48. *igitur hostes incuria eorum comperta duo agmina parant, quorum altero populatores invaderentur, alii castra Romana appugnarent.* Germ. 10. 13. 29. Bach. ad Ann. I, 3. Exempla e Livio congessit Fabr. ad XXII, 6. extr. *Quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecit.*

Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli et statuae] *Minimum* pro *infimum locum obtinere* vix apud alium scriptorem reperias. Sic rarissimum, quod legitur. Plin. H. N. XIV, 1. *Locum magnum obtinet in medicaminibus haec herba.* — Dialog. 11. memorantur *aera et imagines*, ubi *aera* i. q. statuae aeneae vd. Virg. Aen. VI, 848. Schmid. ad Hor. Epp. II, 1, 240. Weichert de Virg. et Val. Flacc. versib. suspect. p. 18. De plural. *aera* vd. Reisig. Vorles. §. 89. 2. Falso Bach. Dial. cp. 11. *aera et imagines* explicat imagines aeneas. *Imagines* i. q. ius imaginum coniunctum cum nobilitate, *ius imaginis ad posteritatem prodendae* Cic. Verr. V, 14., de quibus cf. Beier. ad Cic. oratt. pro Scauro, in Tull. etc. fragm. p. 109. Eichstad. dissertatt. duae de Imaginibus Romanorum. Petropol. 1806. 4. *Tituli* sunt honorum praeclareque factorum subscripti in basi indices vd. Eichstad. p. 126., de sententia autem Pitisc. Lex. Antiqq. Romm. T. III. p. 606. *tituli* sunt indices honorum rerumque in quovis magistratu gestarum inscripti basibus statuarum, sepulcris et epistyliis aedium. Vd. Horat. Sat. I, 6, 17. *titulos et imagines* ibiq. Heindorf. Florente re publica honos statuae a senatu decernebatur viris de civitate bene meritis, praecipue bellica laude claris. *Statuae*, si ad materiam respicimus, erant aut e lapide marmoreae, aut ex metallo aeneae pleraeque, argenteae et aureae; si ad habitum, nudae, togatae, palliatae, paludatae; si ad formam, aut pedestres (et quidem pleraeque libera re publica) aeneae, aut equestres inauratae, quae rarius decernebantur vd. Vell. Paterc. II, 61. Sublata libertate ius statuarum ab Imperatoribus concedebatur, sine quorum rescripto statuam erigere non licebat. Romani *Antonio Musae* medico, cuius opera Augustus

tam Hercule quam divitiae et opes, quas facilius invenies qui vituperet quam qui fastidiat. His igitur et honoribus et ornamentis et facultatibus refertas domos eorum videmus, qui se ab ineunte adolescentia causis forensibus et oratorio studio dederunt.

ex ancipiti morbo convaluerat, statuam aere collato iuxta signum Aesculapii statuerunt vd. Suet. Aug. 59. *Orbilii* grammatici statua Beneventi ostendebatur in Capitolio, marmorea, habitu sedentis ac palliati appositis duobus scriniis vd. Suet. de illustr. Gramm. 9., *Verrii Flacci* grammatici Praeneste in foro ibid. 17. Magna autem erat multitudo statuarum Imperatoribus positarum vd. Suet. Aug. 52. Tit. 4. Pleraeque statuae in foro solebant poni; locus in rostris, in Capitolio aut in templis illustrior erat, ubi magnorum virorum statuae erigebantur. vd. Hotom. et Abram. ad Cic. pr. Rabir. Postum. cp. 10. A privatis statuae ponebantur amicis in porticibus, bibliothecis etc.

tam Hercule quam divitiae et opes] Exempla formulae *tam Hercule quam* (i. q. perinde — aeque ac) exstant Dial. 26. Plin. Epp. VI, 19, 6. *Proinde si poenitet te Italicorum praediorum, hoc vendendi tempus tam Hercule quam in provinciis comparandi.* Ib. X, 64, 3. Quint. I, 2, 4. Hand. Turs. Vol. III. p. 59. Synonyma consociantur *opes atque divitiae* Flor. III, 12, 7. *opes et divitiae* Iustin. I, 7. Cicero haec vocabula discrevit de Finn. V, 27. *Certe in bonis numerabis divitias, honores, opes.* Lael. 6. *Ceterae res opportunae sunt singulae rebus fere singulis, divitiae ut utare, opes ut colare, honores ut laudere.*

ab ineunte adolescentia] *ab ineunte aetate adolescentia* Cod. Farn. Contra Eckstein., qui recte *aetate* pro additamento inficeto habet, Petersen. in Spec. II. Observv. in Tac. p. 21. observavit, sibi contra nihil certius et artis criticae praeceptis convenientius videri quam putare, *ab ineunte aetate* veram Taciti scripturam esse, cui aliquis *adolescentia* ut interpretamentum in margine addiderit, quod postea in orationem irrepserit. Sic Cic. Off. I, 32. *ineunte adolescentia.* — Ad h. l. illustrandum facit Quintil. XII, 11, 29. *Adde quod magnos modica quoque eloquentia parit fructus, ac si quis haec studia utilitate sola metiatur, paene illi perfectae par est. Neque erat difficile vel veteribus vel novis exemplis palam facere, non aliunde maiores opes, honores, amicitias, laudem praesentem, futuram hominibus contigisse: si tamen dignum litteris esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atque ipsa possessio plenissimam studiis gratiam refert, hanc minorem exigere mercedem more eorum, qui a se non virtutes, sed vo-*

Cap. IX.

Nam carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat (inde enim omnis fluxit oratio), neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliant neque utilitates alunt, voluptatem autem brevem, laudem inanem et infructuosam consequuntur. Licet haec ipsa et quae deinde dicturus sum aures tuae, Materne, respuant, cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason

luptatem, quae fit ex virtutibus, peti dicunt. Cf. Ed. Bonnell. commentat. de mutata sub primis Caesaribus eloquentiae Romanae condicione etc. Berol. 1836. 4. pag. 5.

Cap. IX. *insumere optat*] Cap. 29. *nec in auctoribus cognoscendis — satis operae insumitur*, quae structura rarissima est, usitata autem *insumere* aliquid alicui rei (ut semper Tac. vd. Boett. Lex. Tac.) vel in aliquam rem. *Optare* cum infin. rarius struitur. vd. Reisig. Vorles. §. 316. Haas. annot. 485. Plin. Paneg. 10. *optat id facere.* Quint. I, 1, 6. X, 1, 127.

utilitates alunt] Vix apud alium scriptorem reperias hanc locutionem, pro qua C. Barth. Advers. XLIV. 15. p. 2038. coniecit *utilitate se alunt*, i. e. non tantum praemii auctori referunt, quantum in ea sumptus facere necesse est, *sie verinteressiren sich nicht.* Gutmann. ap. Orell. *utilitates addunt*, Ritter. *utilitate eos alunt* sic explicans: Hoc Aper dicit, *carmina et versus neque dignitatem* (magistratus) *ullam auctoribus afferre neque utilitatem* (pecunias), sed hoc posterius *neque utilitatem* orationem variando elocutus est per *neque utilitate eos alunt. Utilitates alunt* i. q. *ut.* augent. Frequentatur plur. *utilitates* (de quo vd. supr. ad cp. 4.) ab optimis scriptoribus: Cic. Off. II, 25. III, 10. Tac. Ann. I, 10. 58. Quint. III, 4, 14., quo plur. abstractorum orationi maiorem vim conciliare studere vett. scriptores existimavit Eckstein.

laudem inanem et infructuosam] Coniunguntur alibi *frigidus* et *inanis.* vd. Herbst. ad Quint. X, 2, 17.

aures tuae — respuant] Saepius legitur ap. Ciceronem. Partitt. or. 5. *quod auditorum aures respuunt, immutandum est.* Or. pr. Planc. 17. pr. Sull. 25. Quint. XI, 1, 61. De creberrimo usu voc. *auris* ap. Tac. vd. Boettich. Lex. s. v.

cui bono est] L. Cassius Longinus trib. pl. 617. U. C. et consul cum C. Mario 647., summae vir severitatis, quem quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur, quoties quaesitor iudicii alicuius esset, in quo quaereretur de homine occiso, suadebat atque etiam praeibat iudicibus, ut quaereretur, *cui bono* fuisset perire eum, de cuius morte quaereretur. Hoc dictum Cassianum comme-

diserte loquitur? quis idéo domum defénsus et tibi obligatus redit? quis Saleium nostrum, egregium poetam, vel si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem, deducit aut salutat aut prosequitur? nempe si amicus

morat Cicero pr. Rosc. Am. 30. *Lucius Cassius ille, quem populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset.* pr. Milon. 12. ubi vd. Abram. Valer. Max. III, 7, 9.

si apud te Agamemnon aut Iason] *Apud te* i. e. in tragoediis tuis. Cic. Cat. M. 22. *Apud Xenophontem autem moriens Cyrus maior haec dicit.* Off. I, 9. *quod apud Platonem est in philosophos dictum.* Hand. Turs. Vol. I. p. 409. Contra quem usum loquendi quoties a scriptoribus recentioribus peccatum sit et adhuc peccetur docet Krebs. Antibarb. p. 256. — In scriptura *Agamemnon — Iason* omnes Codd. adhuc collati consentire videntur, quoniam nulla discrepantia est enotata. Sed si Cod. Medic. a. sequemur, qui exhibet Ann. III, 26. *Solo,* VI, 24. *Iaso,* et praeceptum a grammaticis recentt. propositum, ex quo nominativus Graecc. nomin. propr. hominum in ων, quorum genitivus in ωνος vel ονος exit, apud Latinos in ō, quorum autem genitivus in ωντος vel οντος terminatur, nominativus in ōn exit, h. l. *Agamemno aut Iaso* scribendum erit. At quum et scriptores ipsi, velut Cicero, Cornelius Nepos, Quintilianus, non eandem rationem scribendi sequi videantur, et Codd. eiusdem scriptoris magnam lectt. discrepantiam exhibeant, in hac re cum cautione erit versandum. Cf. Reisig. Vorles. §. 64. Haas. annot. 68. Bach. ad Tac. Ann. III, 26. De Virgil. consuetudine cf. Wagner. ad Aen. VIII, 507.

defensus et tibi obligatus redit] Plin. Paneg. 28. *populusque Romanus obligatus a tribunali tuo, non exoratus recessit.* Eckstein. in Ed. Walth.

praeclarissimum vatem] Vocabulum *vatis* honorificentius quam *poetae* fuisse ex multis locis scriptorum Latt. intelligitur. Ovid. Amor. III, 8, 17 et 18.

At sacri vates et Divum cura vocamur:
Sunt etiam, qui nos numen habere putant.

Horat. Art. poet. v. 400. *Sic honor et nomen divinis vatibus atque Carminibus venit.* Quint. X, 1, 48. *Nam et benevolum auditorem invocatione Musarum, quas praesidere vatibus creditum est, et intentum proposita rerum magnitudine et docilem summa celeriter comprehensa facit* ibiq. Herbst. XII, 10, 24. *quem* (Platonem) *ipsum num Asianum appellabimus, plerumque instinctis divino spiritu vatibus comparandum?* Cf. Bernhard. Grundriss d. Röm. Liter. p. 160.

eius, si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret aut ad te Materne, non quia poeta es, neque ut pro eo versus facias: hi enim Basso domi nascuntur, pulchri quidem et iucundi, quorum tamen hic exitus est, ut, quum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et elucubravit, rogare ultro et ambire

si denique ipse in aliquod negotium inciderit — recurret] *Negotium* (*neg. forense* Quint. I, 12, 7.) i. q. causa forensis, lis in foro disceptanda: Quint. IV, 2, 27. *ipsius negotii defensio;* ib. VII, 4, 35. *negotia gerere in foro*, XII, 9, 8. *negotia suscipere. Recurrere* positum est significatione verbi simplicis, quum verba cum re composita non ubivis iterationem denotent, ut docent Brem. ad Corn. Nep. Pelop. 5. Ruhnk. in Schol. ad Suet. Aug. 42. Cort. ad Sall. Iug. 4. Quint. I. prooem. 17. *nunc necesse est ad eos aliquando auctores recurrere.* I, 6, 13. *Praeterea quoniam utrumque a Graeco ductum sit, ad eam rationem recurrunt.*

hi enim Basso domi nascuntur] *Domi nasci* est formula proverbialis, cui respondet *domi habere*, intelligenda de iis, quae nobis non aliunde arcessenda et ad quae aliorum ope et auxilio non indigemus. Cic. Acad. II, 25. *sed desine, quaeso, communibus locis: domi nobis ista nascuntur.* Epp. ad Famm. IX, 3. *sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi nascuntur?* Terent. Adeph. III, 3, 59. *Domi habuit, unde disceret* ibiq. Ruhnk. Dict. p. 193. Eckstein. ad h. l. in Ed. Walth.

excudit] Cod. Farn. Pithoe. Heum. Orell. Bekk. Boett. Rup. Walth. Ritt. Bach. *extulit* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *extudit* ex emend. Lips. cett. Edd. Doederl. Lat. Syn. Vol. I. p. 126., quod ut Spalding. ad Quint. I, 3, 6. explicat, transfertur a sculptore, qui innumeris scalpri ictibus e rudi marmore deum aliquem effingit, velut Virg. Georg. I, 133. *Ut varias usus meditando extunderet artes.* IV, 315. *Quis Deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem? Excudere* desumptum est ab artificibus, qui metallis aut fundendis aut cudendis simulacra aliasque figuras et instrumenta effingunt. Virg. Aen. VI, 848. *Excudent alii spirantia mollius aera.* Iuven. XV, 168. *Nescierint primi gladios excudere fabri.* De apibus cellas fingentibus Virg. Georg. IV, 57. *hinc arte recentis Excudunt ceras et mella tenacia fingunt.* Unde transfertur ad ingenii opera, ad eloquentiam et poesin, sicut *fingere — effingere.* Orell. Prolegg. p. XLIV. interpretatur componere, cum meditatione et accurate effingere. Cic. Epp. ad Attic. XV, 12. *Librum tibi celeriter mittam de gloria. Excudam aliquid* Ἡρακλείδιον, *quod lateat in thesauris tuis.* Plin. Epp. I, 3. *Ef-*

cogatur, ut sint qui dignentur audire, et ne id quidem gratis: nam et domum mutuatur et auditorium exstruit et subsellia conducit et libellos dispergit. Et

finge aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum. Lactant. Opif. 1, 2. *nulla me necessitate — impediri, quominus aliquid excudam.*

elucubravit] Cod. Farn. Lips. et seqq. Edd. praeter Dronk., qui *lucubravit* e vett. Edd. ante Lips. revocavit. Cic. Brut. 90, 312. *multae* (orationes), *quas non minus diligenter elaboratas et tanquam elucubratas afferebamus.* Epp. ad Attic. VII, 19. *epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.* Parad. I. prooem. *accipies hoc parvum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.*

rogare ultro et ambire cogatur] *Ultro* i. q. insuper, obendrein vd. supr. cp. 5. Locus est insignis de Romanorum recitationibus, de quibus uberius exposuerunt Lips. Epist. ad Belg. Centur. II. 48. Gierig. Excurs. I. ad Plin. Epp. Tom. II. p. 538 — 545. E. C. G. Weber. de poetarum Romanorum recitationibus. Vimar. 1828. 4. Ab Augusti aetate obtinebat mos (cuius vestigia iam temporibus liberae rei publicae sibi deprehendisse visus est Weberus), cui locum dederunt ἐπιδείξεις et ἀκροάσεις poëtarum et sophistarum Alexandriae et Athenis institutae vd. Heinrich. Comment. ad Iuven. Sat. I, 12. Weichert. üb. Apoll. Rhod. p. 18. 52. Ernest. Lex. tech. Graec. p. 122., ut poetae imprimis, rarius historici, oratores et dialogorum scriptores scripta sua in amicorum eruditorumque hominum consessu, quorum iudicia de illis explorare vellent, recitarent. Duplex tum genus exstitit recitationum vel publicarum in theatro, foro, balneis aliisque locis publicis ad populum oblectandum institutarum, ad quas cuivis aditus patebat, vel privatarum domi et coram paucis amicis habitarum. Media quasi publicae et privatae consuetudo ab Asinio Pollione inventa dicitur, qui primus non solum amicis et familiaribus, sed etiam aliis hominibus satis eruditis, quos auditione dignaretur, in auditorium vel voce vel per litteras convocatis scripta sua recitavit. Cf. Senec. Excerpt. Controv. L. IV. p. 441. Bip. Thorbeck. de vit. et script. Asin. Pollion. p. 107. Sic Virgilius, Ovidius, Propertius, Tibullus aliique poetae clari carmina sua privatim recitabant, quorum exempla mali quoque poetae, velut Fannius, Hermogenes etc. secuti sunt, ut innotescerent ipsisque aditus ad Augusti et Maecenatis liberalitatem ac favorem pateficret. Post Augustum recitationes carminum magis frequentabantur, ut a Lucano, Silio Italico, Valerio Flacco et Statio, quanquam non sub omnibus Caesaribus poesis et poetarum recitantium laeta fuit conditio, velut sub Tiberio, Caligula, Domitiano; Vespasianus contra fautor poetarum praemiis splendidissimis eos affecit. Sub Nerva ma-

ut beatissimus recitationem eius eventus prosequatur, omnis illa laus intra unum aut alterum diem velut in herba vel flore praecepta ad nullam certam et solidam

gisque sub Traiano magnopere floruerunt studia liberalia, ut apparet ex Plinii epistolis, qui ipse frequenter recitavit. Homines ditiores, ut Aruntius Stella et M. Fronto poetis tenuioribus aedes, atria et porticus ad recitationes gratis praebebant, quanquam alii domos poetis, ut sub Vespasiano Saleio Basso accidit, gratis praebere nolebant, quoniam multos Romanos taedium recitationum a pessimis poetis saepe institutarum ceperat. Inde ab Hadriano poetarum recitationes in Athenaeo, quod primus ille in usum oratorum declamantium, philosophorum disputantium et poetarum recitantium exstruxerat, habitae nondum saec. VI. p. Ch. n. intermissae sunt. De consuetudine invitandi auditores, de loco et tempore, quo et quando recitationes futurae essent, denique de eorum initio, progressu et fine haec fere sunt tenenda. Recitatores ad privatas recitationes invitabant vel voce vel per litteras, et hoc duplici modo aut per codicillos aut per libellos vd. Plin. Epp. III, 16. Publicae contra programmate sive tabula suspensa vel libellis indicebantur. Auditores invitati et tempore (Plin. Epp. I, 13. commemorat mensem Aprilem, VIII, 21. Iulium, Iuven. III, 9. Augustum) et loco statuto conveniebant. Privatae habebantur in recitantium aedibus, in cubiculis et tricliniis, publicae in foro, in theatro, in balneis, in porticibus aliisque locis et ad Asinii Pollionis exemplum vel in atrio Libertatis, vel in aede Apollinis Palatini, vel in templo Musarum et Herculis, in Athenaeo, interdum in domo privata vel conducta (in qua auditorium sumptibus recitantium, subselliis aliaque supellectile erat instruendum) vel gratis ab hominibus ditioribus praebita. Recitator aut solus, si pauper esset, auditorium ingressus, aut cum magno comitatu amicorum et admiratorum, si dives et nobilis esset, et quaedam ad auditorum benevolentiam captandam praefatus scripta sua sedens praelegebat. Auditores voce gestuque plausum immodicum atque insanum significabant, pulchre! bene! recte! acclamantes, de quo infra legimus *clamorem vagum et voces inanes et gaudium volucre.*

et ut beatissimus recitationem eius eventus prosequatur] Plin. Epp. X, 9. *Victoriae tuae — gratulor, Deosque immortales precor, ut omnes cogitationes tuas tam laetus sequatur eventus. Beatus* i. q. laetus. Quint. X, 1, 61. *beatissima rerum verborumque copia* ibiq. Herbst. Boettich. Lex. Tac. s. v.

velut in herba vel flore praecepta] *In herba — in herbis esse* dicuntur frumenta, quum germina mittere coeperunt necdum aristas. vd. Liv. XXV, 15. *Consules — legiones*

pervenit frugem; nec aut amicitiam inde refert aut clientelam aut mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vagum et voces inanes et gaudium volucre. Laudavimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso do-

ducunt, non ad frumenta, quae iam in herbis erant, corrumpenda ibiq. Gronov. Tac. Hist. V, 7. Unde ducta haec locutio proverbialis usurpatur de re nondum matura. Ovid. Heroid. 17, 263. *et adhuc tua messis in herba est* ibiq. Ruhnk. Dictat. Fronton. Epp. I, 5. *Egone qui indolem ingenii tui in germine etiam, tum et in herba et in flore dilexerim, nunc frugem ipsam maturae virtutis ponne multo multoque amplius diligam?* — *Praecipere* i. q. aliquid antecapere, festinantius — properantius capere, priusquam ad maturitatem pervenerit. *Praecipere gaudia* Ovid. Heroid. 17, 107. ibiq. Ruhnk. Dict. et Albinov. Eleg. 29. Liv. XXII, 38. *se quae consilia magis res dent hominibus quam homines rebus, ea ante tempus immatura non praecepturum.* Recte Ritter. ad Tac. Histor. III, 65. interpretatur h. l.: *laus velut in herba praecepta* i. q. laus prius capta quam capi rite potest.

nec aut amicitiam inde refert etc.] *Referre, ut* φέρεσθαι — ἀποφέρεσθαι vd. Passov. Lex., i. q. consequi, reportare rarius est. Tac. Ann. III, 21. *miles servati civis decus rettulit.* Virg. Aen. IV, 93. *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus.* De sententia h. l. cf. Dialog. 5 et 36. Ann. III, 55.

mansurum] Usus particip. futur. activ. pro adiectivo, ut h. l. *mansurum* i. q. stabile — perpetuum, primum apud poetas, tum apud scriptores argenteae aetatis reperitur. Virg. Aen. III, 86. *da moenia fessis Et genus et mansuram urbem.* Ovid. Art. amand. II, 242. Tac. Ann. IV, 38. *pulcherrimae effigies et mansurae.* Dialog. 22. 34. *duraturus.* Quint. XII, 10, 49. *posteritati mansurisque mox litteris.* 73. *quod — aut casuris, si leviter excutiantur, flosculis nitet.* Plin. Epp. IX, 19. *victurique nominis famam — prorogare nituntur.* Cf. Boettich. Lex. Tac. p. 340. de vit. et script. Tac. p. 39.

gaudium volucre] Cic. pr. Sull. 32. *o volucrem fortunam.* Tertull. de poenitent. 11. *gaudium volaticum.*

Laudavimus nuper ut miram et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia Basso donasset] Exempla eximiae liberalitatis in omne genus hominum refert Sueton. Vespas. 17., in eruditos homines et artifices 18. *Ingenia et artes vel maxime fovit: primus e fisco Latinis Graecisque rhetoribus annua centena constituit. Praestantes poetas nec non et artifices, Coae Veneris, item Colossi refectorem, insigni con-*

nasset. Pulchrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propi-

giario magnaque mercede donavit. Quingenta sertertia efficiunt summam 22892 Thal. et 23 Gross.

indulgentiam principis ingenio mereri] *Indulgentia* i. q. gratia ac favor, facilitas annuendi desideriis supplicantium. Plin. Epp. X, 3. *Indulgentia tua, Imperator optime, quam plenissimam experior* ibiq. Rittershus. X, 2. 21. 92. 107. *Vespasianus* a Suet. Vesp. 21. *indulgentior*, Traianus a Plin. Paneg. 90. *indulgentissimus Imperator* appellatur. *Mereri* i. q. consequi, impetrare apud scriptores argenteae et posterioris aetatis. Tac. Hist. II, 37. *gloriam nomenque*, Quint. IV, 2, 39. *gratiam — offensam* ibiq. Spald. Plin. Paneg. 74. *Civitas religionibus dedita semperque Deorum indulgentiam merita.* Cf. Tzschuck. ad Eutrop. VIII, 5. Arntzen. ad Paneg. vett. T. 1. p. 323. a.

si ita res familiaris exigat] »Vide Quint. Inst. or. XII, 7, 9. *at si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget — patietur sibi gratiam referri.*« Eckstein. in Ed. Walth.

se ipsum colere] Ritteri verba h. l. uncis inclusum de glossemate suspectum habentis haec sunt: »Genium propitiamus sive propitium facimus, cum ei indulgemus eumque curamus; sed qui genium suum curat, se ipsum curat et colit. Itaque *se ipsum colere* interpretamentum est eorum quae sequuntur *suum genium propitiare.* Qui hoc Taciti ubertati quam interpolatori tribuere malunt, reputent idem dici primum vulgaribus verbis ac tum nova ratione et exquisita, quod indignum est tam scriptore ubertatis studioso quam eo, qui tenue genus sequitur.« Mihi contra videtur in verbis *se ipsum — liberalitatem* a re divina desumptis inesse gradatio quaedam: primum enim deos colimus, deinde eos nobis propitios facimus, tum eorum benignitatem experimur; quae quomodo ad ingenium poetae translata interpretanda sint infra videbimus.

suum genium propitiare] Pro his verbis in Codd. Par. Vind. et vett. Edd. omissis exhibent Codd. Farn. Vaticc. 1862. 1518. *suum ingenium propitiare* recept. a Seebod. Dronk. Osann. *sive ing.* Cod. Vat. 4498. Egregia emendatio Lips. *genium* probata est plerisque Edd. *Genius*, cuius cultus ab Etruscis ad Romanos pervenit vd. Mueller. Etrusk. Vol. II. p. 88., credebatur cum homine nasci eique comes ac tutor adiungi, ad vitae finem regere eum et moderari, eiusque saluti ita consulere, ut et omnia, quae ei nocere et officere viderentur, ab eo averruncaret, et omnium vitae iucunditatum et voluptatum fructum

tiare, suam experiri liberalitatem? Adiice quod poetis, si modo dignum aliquid elaborare et efficere velint, relinquenda conversatio amicorum et iucunditas urbis,

ei pararet. Horat. Epp. II, 2, 183 — 189. ibiq. Schmid. Ut viri Genium, sic feminae Iunonem natalem colebant vd. Tibull. IV, 5. III, 6, 48. IV, 6. ibiq. Dissen. Colebant autem Genium praeter alios dies festos potissimum die natali, cuius aram et simulacrum, quod adolescentis speciem referens inter Lares in foco atrii stabat, unguentis perfricabant sertisque cingebant, tum sacra faciebant et dona offerebant, tura et odores incendentes, ac merum, pultem fitillam vel liba consecrantes. vd. Dissen. ad Tib. I, 7, 45 sq. Huc pertinent locutiones: *genio suo indulgere* Pers. Satir. V, 151. *genium placare* Horat. Epp. II, 3, 209. *piare* II, 1, 143. ubi v. Schmid. *curare* Carmm. III, 17, 14. *genio suo sacrificare* Plaut. Capt. II, 2, 40. *genium defraudare* Terent. Phorm. I, 1, 10. *belligerare cum geniis suis* Plaut. Truc. I, 2, 81. *Propitiare* dicitur de Diis: *Iunonem* Tac. Ann. XV, 44. *Venerem* Plaut. Poen. I, 2, 120. *manes* Suet. Oth. 7. Orellius putat, *suum genium* tacite opponi *genio principis*, per quem iurare quemque sibi propitiare solebant. Suet. Calig. 27. Cf. Manso üb. d. Genius der Alt. etc. in Versuch. üb. ein. Gegenstände d. Mythol. p. 465 — 490. Hartung. die Relig. d. Römer Vol. I. p. 38. Wagner. de Genio Romanorum eumque colendi ratione. Marburg. 1821. 4. F. G. Schönii scriptio de veterum sollennibus natalibus. Halberstad. 1832. 4. Sententia h. l. est: Multo pulchrius est suo Marte, suis ingenii viribus usum, non gratia et liberalitate principis sublevatum ad summa quaeque eniti.

Adiice quod] *Adiicere* absolute Quint. X, 2, 9. VI, 1, 29. *adiice quod* Senec. de Clem. I, 8. de Benef. III, 7. cf. de hac et de formula *adde quod* Reisig. Vorles. §. 330.

si modo dignum aliquid elaborare et efficere velint] *Dignum* absolute ab optt. scriptor. ponitur: Sallust. Catil. 51, 8. 21. ibiq. Fabr. De hoc usu absol. adiectivv. relatt. vd. Pabst. Eclog. Tacit. p. 305. Utrumque verb. coniunxit Cic. Epp. ad Famm. IX, 16. *sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit.*

relinquenda conversatio — deserenda cetera officia] De signif. synon. *relinquere* — *deserere* al. cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. III. p. 290. Kritz. ad Sallust. Catil. 60. *Relinquimus* res vel homines, a quibus qualicunque de causa discedimus, *deserimus*, quibus adesse aut quae facere debebamus, officii immemores ac perfidi. — *Conversatio* pro consuetudine est argenteae aetatis. Vell. Pat. II, 103. Ruhnk. Tac. Ann XII, 29. Quint. VI, 3, 17. Spald.

deserenda cetera officia, utque ipsi dicunt, in nemora et lucos, id est in solitudinem, recedendum est.

in nemora et lucos] Haec substantiva synonyma saepe coniuncta exstant, ut Dialog. 12. Germ. 9. 10. 45. c. annot. Hess. Virg. Eclog. 8, 86., de quorum discrimine non ubivis a scriptoribus observato cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 90. Respexit ad cp. 9 et 12. Plinius Epp. IX, 10., quam recte Plinio, non Tacito, ut Fr. Hess. in comment. de Plin. min. Dialog. de Orat. auct. p. 16 sq., vindicavit Eckstein. Prolegg. p. 65. Quantopere valeat silentium, tranquillitas, amoenitas ruris et silvarum ad ingenium poeticum excitandum confirmant multi loci scriptorum Latinorum, imprimis Horat., qui plurimum vixit in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini. Carm. I, 1, 30. *me gelidum nemus Nympharumque leves cum Satyris chori secernunt populo.* III, 4, 5 sq. Epp. II, 2, 77 sq. *Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes, Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra.* 3, 298. Ovid. Trist. I, 1, 41. Plin. Epp. I, 6. II, 2. IX, 10. Dissentit cum Tacito Quint. X, 3, 22. *Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora silvasque, quod illa coeli libertas locorumque amoenitas sublimem animum et beatiorem spiritum parent. Mihi certe iucundus hic magis quam studiorum hortator videtur esse secessus.*

id est in solitudinem] Haec verba ob explicandi formulam Lang. Opusc. ed. Iacob. p. 7. suspecta fuerunt, cuius tamen exempla apud optt. scriptt. reperiuntur, ubi non statim de glossematibus est cogitandum. In quibus investigandis quum multi VV. DD. iusto sagaciores fuerint, de multorum adhuc locorum integritate inter eos dissensio est. Sic locum Cic. Brut. 31, 120. *qui eorum, id est ex vetere Academia philosophorum* contra Bernhard. in Edit. Meyer. uncis liberavit Peter. in Ed. sua Brut. Alius locus est. Brut. 46, 172. *Sed domum redeamus, id est ad nostros revertamur,* ad quem Bernhard., citatis Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 23. Spald. ad Quint. I, 5, 65. Goerenz. ad Cic. Acad. I, 2, 8. Klotz. ad Tusc. V, 9, 24. al. (quibus addo Klotz. ad Cic. pr. Caecin. 10, 27. Praef. Oratt. Vol. I. p. XVII. et Lael. 26. init. Peter. ad Brut. 46. Brem. ad Suet. Aug. 88. Bernhard. Encycl. d. Phil. p. 152.), de formula *id s. hoc est* ad usum criticum revocanda explicavit, interpretes ibi grassatos fuisse, sicubi nuda verborum sit explicatio quaeque nihil a praegressis nisi per vocum inflexionem recedat, ut lectorem tanquam imperitum edoceat (Cic. N. D. II, 9. *physicis i. e. naturalibus*); contra scriptores ipsos haud raro nec praeter dictorum efficaciam aut translationis figuraeve notionem aut interiorem verborum sensum illustrasse addito membro, cuius index esset *id est:* nos, *ich will sagen, darunter verstehe ich.* Quae est ratio h. l., ubi ad

Cap. X.

Nec opinio quidem et fama, cui soli serviunt et

illustrandum interiorem sensum vv. *nemora et lucos*, quae non per se, sed relata ad poetam illuc secedentem, quo melius carmina fingat, de solitudine sunt accipienda, haec explicatio adiecta est; sicut cap. 12. *Nemora vero et luci et secretum* etc. Cf. Fabr. ad Liv. XXI, 10, 8.

recedendum] Pro hac Codd. et plerarumque Edd. lect. ex emend. Schel. *secedendum* (vd. Dial. 12. 13.) temere receperunt Heum. Ern. Schulz. Dronk. Bekk. al., quae verba quum significat. proxime se attingant, hic illic promiscue posita videntur: Plin. Paneg. 83. *sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit* ibiq. Schwarz. Epp. II, 17. *Decem et septem millibus passuum* (villa) *ab urbe secessit* ibiq. Gierig. Wopkens. Observv. miscell. VII. 3. p. 387. De vv. *reponere* et *seponere* vd. Ritter. ad Tac. Hist. I, 10.

Cap. X. *Nec opinio quidem et fama*] Ex emend. Ern. contra Codd. et vett. Edd. *ne — quidem* receperunt Brot. Schulz. Seebod. Bekk. Ritt. Formula *nec — quidem*, quam inde a Lambino iam multi VV., nuper admodum Orell. ad Cic. Brut. 84, 289. Reisig. Vorles. §. 325., damnarunt, num Latina sit habenda difficilius est ad decernendum, quum et Codd. scriptorum magnopere fluctuent et ob frequentem usum particulae *nec* pr. *ne — quidem* apud posteriores scriptores facile *nec* cum *quidem* coniuncta esse possit, quae est sententia Haas. annot. 497. ad Reisig. l. l. statuentis ab hac formula abstinuisse optimos scriptores. Cf. Eckstein. ad h. l. Hess. ad Germ. 7. Kritz. ad Sall. Iug. 51. Soldan. ad Cic. pr. Deiotar. 13. p. 220. Kiessling. ad Tac. Hist. II, 46. 63. 77. IV, 38. Tenendum autem est, Latinos usos esse formulis *ne — quidem*, *nec — quidem* (auch nicht einmal), *et ne — quidem* (Dial. 9.), *ac ne — quidem* (Dial. 13. 24. Ann. III, 27. cadentis Latinitatis). Qui nuper exstiterunt intelligentissimi defensores Kritz. et Soldan., utramque form. *ne — nec — quidem* sic usurpari existimarunt, ut form. *ne — quidem* vim negationis intendat et significet, aliquid sive id subiectum sit sive praedicatum, quanquam locum habere posse videatur, tamen locum non habere et praecise esse negandum; contra *nec — quidem* particulas sic comparatas esse, ut inter eas nullus intercedat nexus, sed *nec* i. q. *etiam non*, qua verborum vis infirmetur, negationem inferre sententiae antecedentibus per *etiam* additae, *quidem* autem valere ad vim unius vocabuli augendam.

opinio — et fama] Sc. ingenii. Utrumque voc. synonymum. *Opinio* i. q. fama in bonam partem iam a scriptt. optt. usurpatur. Cf. Caes. B. G. VII, 59. Suet. Ner. 53. ibiq.

quod unum esse pretium omnis laboris sui fatentur, aeque poetas quam oratores sequitur, quoniam mediocris poetas nemo novit, bonos pauci. Quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat. Quotus quisque, quum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris loquar, in urbem venit, Saleium Bassum

Ruhnk. Quint. II, 12, 5. Spald. Offic. II, 9. *fama et opinio liberalitatis.* Caes. B. C. I, 82. *opinio famaque.*

cui soli serviunt] Ovid. Amor. I, 15. de fama poetarum perenni, unde tantum exscripsi v. 6. et 7. *Mortale est, quod quaeris, opus: mihi fama perennis Quaeritur, in toto semper ut orbe canar.* Metamorph. XV, 871 sq. ibiq. Bach. Art. amand. III, 404—5. *Quid petitur sacris nisi tantum fama poetis? Hoc votum nostri summa laboris habet.* Stat. Silv. IV, 4, 49 etc. *nos otia miti Solamur cantu, ventosaque gaudia famae Quaerimus.* Ovid. Trist. I, 1, 53. *Donec eram sospes, tituli tangebar amore, Quaerendique mihi nominis ardor erat.* V, 12, 137 sq. *Denique non parvas animo dat gloria vires, Et fecunda facit pectora laudis amor.. Nominis et famae quondam fulgore trahebar, Dum tulit antennas aura secunda meas.*

aeque poetas quam oratores sequitur] De formula *aeque — quam* Plauto, Livio et maxime scriptoribus argenteae aetatis usitata vd. Hand. Turs. Vol. I. p. 191. Tac. Ann. II, 52. *sed nihil aeque cavebatur quam ne bellum metu eluderent.* Hist. IV, 52. *Vespasianus haud aeque Domitiano mitigatus quam Titi pietate gaudens bono esse animo iubet.* II, 10. ibiq. Bach. *Sequi* ea dicuntur, quae non quaesita et arcessita, sed quasi sua sponte nobis contingunt. cf. Plin. Epp. I, 8. *Sequi enim gloria, non appeti debet.* Sallust. Catil. 54. *quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur* ibiq. Kritz. Quint. X, 2, 27. Herbst.

quoniam mediocris poetas nemo novit] De accusat. plur. in is cf. Reisig. Vorles. §. 69., ubi Haas. hanc formam apud Tacitum, in qua recipienda editores inconstantes fuerint, ubique revocari vult. De sententia cf. Hor. Art. poet. 372 sq. *mediocribus esse poetis Non homines, non di, non concessere columnae.*

nedum ut] Exemplum structurae rarioris offert Liv. III, 14. *ne voce quidem incommoda, nedum ut ulla vis fieret.*

ne quid de Gallis nostris loquar] Aper fuit Gallus. Scriptores a nominibus terrarum et urbium ad nomina incolarum transeunt et contra. Tac. Ann. II, 48. *Temnios, Philadelphenos, Aegeatas, Apollonidenses, quique Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur, et Hierocaesaream, Myrinam, Cymen,*

requirit? atque adeo si quis requirit, ut semel vidit, transit et contentus est, ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neque hunc meum sermonem sic accipi volo, tanquam eos, quibus natura sua oratorium ingenium denegavit, deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium et nomen inserere possunt famae. Ego vero omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et venerabiles puto nec solum cothurnum vestrum aut heroici carminis sonum, sed

Tmolum levari — tributis iubet. II, 60. *Libya, Aethiopia, Medisque et Persis potitum.* III, 2. *addito ut magistratus Calabriae Apulique et Campani suprema munera fungerentur.*

atque adeo si] Significat *etiamsi*, und wenn denn auch. vd. Hand. Tursell. Vol. I. p. 501. Vis particc. *atque adeo* est corrigendi. vd. Zumpt. ad Cic. Verr. II, 1.

ut semel vidit] *ut* pro *et* ex emend. Acidal. a mult. Edd. receptum est. Vd. Plin. Epp. II, 3. *Nunquamne legisti, Gaditanum quendam Titi Livii nomine gloriaque commotum ad visendum eum ab ultimo terrarum orbe venisse, statimque, ut viderat, abisse?* VI, 20. *Ecce amicus avunculi, qui venerat, ut me et matrem — videt, illius patientiam, securitatem meam corripit.* Cic. Brut. 89, 305. *Curio — silebat, ut erat semel a concione universa relictus.*

ut si picturam aliquam vel statuam vidisset] Quam alieni fuerint Romani ab artium operibus cum studio ac iudicio contemplandis et quam mediocriter eos haec contemplatio oblectaverit docet Bernhard. Grundr. d. Röm. Lit. p. 18. annot. 31. Encyclop. d. Philol. p. 43.

Neque — tanquam] Plin. Epp. II, 5. *Atque ego haec sic accipi volo, non tanquam assecutum me esse credam.*

oblectare otium et nomen inserere possunt famae] Tac. Ann. XII, 49. *quum privatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret.* Plin. Epp. I, 22. *nec disputationibus longis aliorum otium suumque delectat.* — Locutio poetica est *nomen inserere famae.* Sic Ann. VI, 2. *dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit.* Hist. II, 61. *Maricus quidam e plebe Boiorum inserere se fortunae et provocare arma Romana ausus est.* Plin. Epp. VII, 33. *Auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras: quo magis illis (ingenue fatebor) inseri cupio.*

cothurnum vestrum] Lips. e Cod. Farn. recepit pro *nostrum* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *Cothurnus* (κόθορνος) metonymice de tragoedia, de oratione poetica sublimiore: Iuven. VI, 633. *altum satira sumente cothurnum.* Quint. X, 1, 68.

lyricorum quoque iucunditatem et elegorum lascivias et iamborum amaritudinem et epigrammatum lusus et quamcunque aliam speciem eloquentia habeat, anteponendam ceteris aliarum artium studiis credo. Sed tecum mihi, Materne, res est, quod, quum natura tua

quibus gravitas et cothurnus et sonus Sophoclis videtur esse sublimior. Virg. Ecl. VIII, 10. *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* Mart. Epigr. III, 20, 6 et 7. *Lascivus elegis, an severus herois? An in cothurnis horridus Sophocleis? Cothurnus vester* est intelligendus de Materni aliorumque poetarum tragoediis, de poesi tragica sublimiore, cui Maternus aliique poetae operam dederunt.

elegorum lascivias] *Elegi* i. q. elegiae: Hor. Art. poet. v. 77. Tibull. II, 4, 13. De verborum ἔλεγος, ἐλεγεῖον et ἐλεγεία signific. cf. I. Caesar de carm. Graec. eleg. orig. et not. p. 19 sq. Lasciviam quodammodo elegiae Romanorum propriam fuisse disces e Quint. quoque X, 1, 93., qua tamen Ovidius ceteros superabat. De plur. *lascivias* ut Ann. XI, 36. cf. supr. ad cp. 4.

iamborum amaritudinem] Horat. Art. poet. 79. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Quint. X, 1, 96. *Iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium opus, quibusdam interpositus: cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi epodos intervenit, non reperietur.* IX, 4, 136. 141.

epigrammatum lusus] Martial. IV, 49, 1 et 2. *Nescis, crede mihi, quid sint epigrammata, Flacce, Qui tantum lusus illa iocosque putas.* Plin. Epp. VII, 9, 9. *Fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo —, sed hoc arguto et brevi —. Lusus vocantur* etc.

quum natura tua in ipsam arcem eloquentiae ferat] *Arx* i. q. fastigium, quicquid in qualibet re summum est; *arx eloquentiae* i. q. eximia laus oratoria ap. Quint. XII, 11, 28. *iam Cicerone arcem tenente eloquentiae.* Tac. Ann. XIV, 31. *arx aeternae dominationis.* Sil. Ital. XIII, 771 sq. *quae te ira, fore, superbum Ad decus et summas laudum perduxerat arces.* Priscian. praef. gramm. *arcem musicae possidere.* Liv. XXVIII, 42. *Ubi Hannibal sit, ibi caput atque arcem totius belli fore.* Pseudo-Aristot. Rhetor. ad Alex. cp. 1. ἡ ἀκρόπολις τῆς σωτηρίας. *Ferre* absolute positum est. Quint. X, 7, 13. *cum eo quod, si calor ac spiritus tulit, frequenter accidit.* Tac. Ann. II, 23. *postquam mutabat aestus eodemque quo ventus ferebat.* Corn. Nep. Dat. 4. *Quem procul Aspis conspiciens ad se ferentem pertimescit* ibiq. Brem.

in ipsam arcem eloquentiae ferat, errare mavis et summa adepturus in levioribus subsistis. Ut, si in Graecia natus esses, ubi ludicras quoque artes exercere honestum est, ac tibi Nicostrati robur ac vires dii dedis-

errare mavis] *Errare* i. q. vagari infra arcem in locis humilioribus, vel non recta via procedere, qua ad summum eloquentiae fastigium pervenire possis.

summa adepturus in levioribus consistis] Ex egregia emend. Acidal. *adepturus* pro *adeptus* receperunt Orell. Rup. Boettich. Walth. Nam alioqui Aper dixisset, quum natura tua in arcem eloquentiae tulerit. Apparet igitur, sententiam Apri esse, Maternum nondum consecutum esse summam eloquentiae laudem, sed facultatem et spem eius acquirendae ei non deesse. Plin. Epp. V, 9. *iuvenis exstinctus est summa consecuturus, si virtutes eius maturuissent.* Bachius *adeptus* sic explicat, ut Aper non dicere voluerit Maternum iam *summa adeptum* esse, sed eum summa adipisci posse pro innata eloquentiae indole, quae vis insit in participio aoristi, quod, quum ad quodlibet tempus referatur, etiam pro futuro admittatur vel potius, ut omnino denotetur aliquid fieri posse. At in annotatt. ad Ann. II, 8. I, 76. ducibus Ramshorn. Gr. p. 659. et Walch. ad Tac. Agric. p. 353. usum perfect. et partic. perf. depon. ἀορίστως positorum illustravit quidem, sed nullis exemplis huc pertinentibus, quibus probetur, partic. perf. depon. poni de re, quae aut futura sit aut quae fieri possit. Schulzius *summa adeptus* interpretatur: quamquam ad summum fastigium eloquentiae adscendere tibi licuerit.

ubi ludicras quoque artes exercere honestum est] Senec. Epist. 88. *Artes ludicrae sunt, quae ad voluptatem oculorum atque aurium pertinent.* Intelliguntur apud Graecos artes gymnicae et musica: aliis tamen locis sensu strictiore ars ludicra est histrionalis. Liv. VII, 2. XLV, 32. Tac. Ann. XIV, 16. commemorantur *ludicrae* Neronis *artes* (citharoedia), quibus cp. 15. *honestae artes* opponuntur. Quint. III, 6, 18. *qui artem ludicram exercuerit, in quattuordecim primis ordinibus ne sedeat.* Quantum pretium ac dignitatem ad pueros liberaliter educandos et instituendos tribuerint Graeci his artibus omnibus discas e Lucian. Anachars. c. annott. Schoen. et Fr. Iacobs. commentat. üb. d. Erziehung d. Griech. z. Sittlichkeit in Opp. misc. Vol. III. p. 1 sq. Quam parum honestae et laude non dignae artes ludicrae, velut gymnicae, saltatio, musica, ars scenica, Romanis fuerint visae colligitur e multis. locis: vd Tac. Ann. XIV, 16. 20. 21. Cic. Tusc. I, 2. Brut. 1. c. annot. Ellendt. Corn. Nep. praefat. Epamin. 1. Bernhard. Grundr. d. Roem. Lit. p. 14. Gelbck. de caus. infam. qua scenic. Rom. notabant. Lips. 1835. 4.

ac tibi Nicostrati robur ac vires dii dedissent — vanescere]

sent, non paterer immanes illos et ad pugnam natos lacertos levitate iaculi aut iactu disci vanescere, sic nunc te ab auditoriis et theatris in forum et ad causas et ad vera proelia voco; quum praesertim ne ad illud quidem confugere possis, quod plerisque patrocinatur, tanquam minus obnoxium sit offendere poetarum quam oratorum studium. Effervescet enim vis pulcherrimae naturae tuae, nec pro amico aliquo, sed quod periculosius est, pro Catone offendes: nec excusatur offensa necessitudine officii aut fide advocationis

Nicostratus, Cilix, saec. 1. p. Ch. n. clarissimus fuit luctator et pugnator isque invictus, qui eodem die palmam pancratii et luctae tulit in ludis Olympicis Olymp. 204. vd. Lucian. quomod. histor. conscrib. cp. 9. Quint. II, 8, 14. Pausan. V, 21. *Robur ac vires iunguntur* Hist. I, 87. II, 11. *Vanescere* voc. poet. i. q. robur amittere, languescere, irritum fieri Ann. IV, 37. V, 9. vd. Boettich. Lex. Tac.

sic nunc — voco] Latini multas locutiones ab re bellica et athletica desumptas transtulerunt ad lites causasque forenses. Dialog. 13. *certamina* (ἀγῶνες), ut Quint. V, 12, 22. *pugna forensium certaminum.* X, 3, 3. *labor certaminum*; it. *bella fori*, *Mars forensis* vd. Klein. ad Ovid. Trist. III, 12, 18. Dialog. 32. *quem non posse aliter exsistere* etc. 37. extr. Plin. Epp. II, 36. *Nos enim, qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiae, quamvis nolimus, addiscimus. Schola et auditorium, ut ficta causa, ita res inermis, innoxia est.* Quint. X, 1, 4. (ibiq. Herbst.) 29. 31. 33. 79. 120. Ibid. 36. *Sed his quoque adhibendum est simile iudicium, ut etiam quum in rebus versemur iisdem, non tamen eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationum, fori et auditorii, praeceptorum et periculorum.* De *auditoriis* cf. infr. cp. 39.

obnoxium sit offendere] Exempla huius structurae rarioris, poetis propriae, qua infinitivus pro gerundio positus est, offert Tac. Ann. XIV, 56. *factus natura et consuetudine exercitus velare odium fallacibus blanditiis.* II, 56. *atrox ac dissentire manifestus* c. annot. Bach. Agric. 8. *peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere.* Boettich. Lex. Tac. p. 265. de vit. et script. Tac. p. 61. Pabst. Ecl. Tac. p. 324. Quare non opus est coniectura Acidal. *offensae* recepta ab Heumann. Schulz. Oberl., aut *offensis* Rhen. probata Pith. Boettich. al.

effervescet — offendes] Codd. et Edd. Spir. Osann. Orell. Walth. Ritt. Bach. *effervescit — offendis* Ed. Put. et cett. Edd. Sed aptius et elegantius est futurum, quum Cato de omnibus tragoediis, quas Maternus cum potentium offensa scripsit et

aut fortuitae et subitae dictionis impetu: meditatus videris aut elegisse personam notabilem et cum auctoritate dicturam. Sentio quid responderi possit: hinc ingentis * ex his assensus, haec in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omnium sermonibus ferri. Tolle igitur quietis et securitatis excusationem, quum tibi

scripturus est, accipiendum sit, necdum Aper spem abiecerit fore, ut a studio tragoediarum scribendarum admodum periculoso ad forensem eloquentiam minus periculosam revocetur.

fortuitae et subitae dictionis] Cic. de Orat. I, 33, 151. *subita et fortuita oratio — subitae dictiones*, quae sunt *extemporales dictiones* ap. Quint. II, 4, 27. Cf. de vv. Graec. σχεδιάζειν sive αὐτοσχεδιάζειν Ernest. Lex. technol. Graec.

impetu: meditatus videris aut] Ante *meditatus* e Put. mult. Edd. receperunt *at tu*, quo additamento non opus est, quum Tac. partic. adversativam hic illic omittat: vd. annot. ad Dial. 8. cp. 11. *arte quadam mitigavit.* Germ. 16. *suam quisque domum.* Exempla ex aliis scriptoribus collegit Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 134. »*Meditatio* et *meditari* proprie dicuntur de exercitatione et praeparatione ad ea, quae aliquando serio agenda sunt.« Kuehn. ad Cic. Tusc. III, 16, 34.

*hinc ingentis * ex his assensus*] Hic locus variis coniecturis tentatus necdum emendatus est. Codd. Farn. Vaticc. *hic ingentis ex his assensus*; Cod. Par. vett. Edd. *hinc ingentis ex his assensus*; Cod. Vind. *et ex his*; *ex his* Wopkens. Gesner. et Rittero, qui uncis inclusit, de glossemate suspectum fuit (vd. cp. 36. *hinc — hinc*); *exciri* e coniectura F. A. Wolf. verm. Schrift. p. 164. in textum receperunt Bekk. Dronk. Osann. Boettich. Rup.; Schel. coniecturae *excitari* patrocinatur quodammodo Plin. Epp. IV, 19. *qui nuntient sibi, quem assensum, quos clamores excitarim.* Muret. coniect. *existere* in textum admiserunt Heum. Schulz. Oberl. al. Bach. ex emendat. Iul. Sillig. recepit *exisse*, qui *exire* interpretatus in vulgus emanare, ut Corn. Nep. Dat. 6. Terent. Adelph. IV, 4, 17. c. annot. Ruhnk. in Dict., perfectum *exisse* accipit de plausu, quem Maternus ex recitatione Catonis iisque potissimum locis, quibus potentium animos offendisset, tulisse statuendus sit. Si cum Bachio aliquid intercidisse suspicere, legendum videtur: *hinc ingentis plausus, et ex his assensus.* Sic fere Cic. Epp. ad Attic. XIV, 16. *praesertim tantis plausibus, tanta approbatione infimorum.*

sermonibus ferri] *Ferre rumoribus* Tac. Ann. XV, 46. ibiq. Rup. *fama* XVI, 2. Liv. I, 42. XXIII, 31. *sermonibus* IV, 5.

quum tibi sumas adversarium superiorem] *Sumere sibi*

sumas adversarium superiorem. Nobis satis sit privatas et nostri saeculi controversias tueri, in quibus expressis si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et probata sit fides et libertas excusata.

Cap. XI.

Quae quum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento ore, remissus et subridens Maternus, Paran-

auctoritatem et spiritus Caes. B. G. II, 4. *spiritus* Liv. IV, 54. *sibi sumere aliquid* Quint. XII, 6, 5. ibiq. Spald. *Sumere sibi* denotat audaciam et arrogantiam eius, quod adversarium potentiorem, i. e. principem, tragoediis, imprimis Catone, acerrimo antiquae libertatis defensore, offendere non dubitet.

privatas et nostri saeculi controversias tueri] *Privatus* sub Imperatoribus dicebatur, licet magistratum gereret, qui ad familiam principis non pertineret. Solus princeps non privatus erat. Tac. Agric. 39. Schwarz. ad Plin. Paneg. cp. 55. 92. *Privatum* erat, quod non ab Imperatoribus vel certe eorum nomine fieret. Sic Suet. Ner. 21. *privata spectacula* sunt non a Nerone, sed a praetore edita. Vd. Brem. ad h. l. *Privatae et huius saeculi controversiae* opponuntur Materni poetae contentionibus de publica libertate exstincta, quae hoc quidem saeculo importunae atque intempestivae erant.

in quibus expressis] Locus frustra vexatus est coniecturis et falsis interpretationibus. Heumann. et Schulz. *expressis* eiecerunt, Ritterus uncis saepsit; Orell. coniecit *expertis* sc. *nobis*; Lips. *in quibus expressis si quando necessitas.* Locum duce Drueck. kl. Schr. 2. Bd. p. 1 sq., cui astipulantur Peerlkamp. Bibl. cr. Vol. V, P. I. p. 124 et Eckstein., recte explicabimus, modo teneamus, *expressas* (sc. nobis) causas *sumptis* opponi: in quibus causis, quas non ipsi nobis sumpsimus — elegimus, sed quas pietate vel officii vel necessitudinis iniunctas suscepimus. Ann. I, 19. *necessitate expressa*, *quae per modestiam non obtinuissent.* I, 39. *per seditionem expresserunt.* Liv. XLII, 46. *quibus expressum invitis putabatur, ut — Romanis adiungerentur.*

et probata sit fides et libertas excusata] Cum h. l. comparandus est Agric. 3. *Hic interim liber honori Agricolae, soceri mei, destinatus professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.*

Cap. XI. *intento ore*] Metaphora desumpta est ab arcu, qui modo intenditur, modo remittitur. Virg. Aen. II, 2. *Conticuere omnes intentique ora tenebant.* Cic. pr. Flacc. 11. *Vos*

tem, inquit, non minus diu accusare oratores quam Aper laudaverat (fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digressus detractaret poetas atque carminum studium prosterneret) arte quadam mitigavit, concedendo iis, qui causas agere non possent, ut versus facerent. Ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi

oro et obtestor, ut totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, contemplemini. Intento ore i. e. oculis in adversarium conversis ideoque animum attentissimum indicantibus.

parantem inquit, non minus diu accusare oratores quam Aper laudaverat] Locus in Codd. et Edd. corruptissimus legitur. Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Ber. Alc. *parat. Quid enim me non;* Edd. Rhen. et seqq. *paravi, inquit, me non minus diu;* Cod. Farn. *parant 'enim quid non* teste Niebuhr., *quid me* Schluttig., unde Bekkerus egregie emendavit *parantem me, inquit, non minus,* quem secutus Ritt. *me* recte omisit, quum liqueat quis paraverit; Walth. *parantem, inquit, me non.* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *laudat*; ex coniect. Acidal. *laudavit* Heum. Schulz. Oberl. al. *laudaverat* e Codd. Farn. Vaticc. Walth. Bach. Ritt. Orellius dubius, utrum *laudavit* an *laudaverat* probet, plusquamperfectum defendi posse ait, ideo quod laudes oratoriae facultatis usque ad cap. 9. propositae modestam illam poetarum accusationem praecedant. *Diu accusare* de vehementi accusatione accipiunt Boettich. et Bach. quum diu accusare soleat, qui vehementer accuset. Equidem interpretor multis verbis, longa oratione accusare, ut in formulis *diu dicere — loqui — narrare,* de quibus vd. Hand. Turs. Vol. II. p. 286.

detractaret] H. l. cp. 12. *detractent* et cp. 26. *detractasse* Codd. Farn. Par. vett. Edd. usque ad Pith., unde revocarunt Dronk. et seqq., *detrectaret* reliq. Edd. Forma antiquior *detracto,* quae in optt. Codd. scriptor. Latin. (sic Ann. I, 42. XIV, 52. in Codd. Med.) reperitur, praeferenda est. Cf. Eckstein. ad. h. l. Kritz. ad Sall. Iug. 53. Schladebach. in Iahn. Iahrb. 1833. VII, 2. p. 137.

in causis agendis efficere aliquid et eniti] Dial. 21. *in eloquentia non effecerit quae.* 32. *quicquid in eloquentia effecerit.* Quint. II, 1, 7. *quantum in studiis iam effecerit* vd. Bonnell. Lex. Quint. s. v. *Efficere et eniti* coniunxit Cic. Divin. in Caecil. 8. Lael. 16. Phil. IV, 6. al.

ingredi famam auspicatus sum] Pleonasmi, qui inest in his vv., exempla similia sunt: Ann. XIII, 10. *ut principium*

famam auspicatus sum, quum quidem in Neroneo improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi; et hodie si quid in nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam oratio-

anni inciperet mense Decembri. Histor. II, 79. *initium ferendi ad Vespasianum imperii Alexandriae coeptum.* Liv. praef. *ab initio certe tantae rei ordiendae absint.* vd. Glossar. Liv. Ern. s. *initium.* Boettich. Lex. Tac. Prolegg. p. LXLII sq. Bach. Prolegg. Vol. II. p. LIV. Suet. Calig. 54. *quam ut initium — auspicaretur.* Dial. 16. *incipit — exstitisse* (in quo loco pleonasm. inesse videtur, sed non re vera est, miro iudicio Boettich. Lex. Tac. s. *incipere*), cp. 18. *prae Catone Appium Caecum magis mirarentur*, cp. 24. *more — saepe celebrato. Ingredi famam* i. q. ingredi viam, qua quis ad famam (laudem) perveniat. Sic *ingredi in spem* Cic. Epp. ad. Fam. II, 23. *quo die primum in spem libertatis ingressus sum.*

quum quidem in Neroneo improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi] De h. l. explicando VV. DD. in diversas partes discedunt. Codd. omnes consentiunt in lect. *in Nerone* praeter Vatic. 1862 *in Neronem* exhibentem. Eckstein. Prolegg. p. 7 sq. cum Neukirch. l. l. *Neronem* et *Domitium* cp. 3. eandem tragoediam habet et intelligit Domitium Neronem Imperatorem, Peerlkamp. contra l. l. et Bach. L. Domitium Ahenobarbum, fil. Cn. Domitii, Caesaris acerrimum inimicum, qui tamen Eckstein. ad personam tragicam multis de causis ineptissimus videtur. Contra eius sententiam, qua statuit, Maternum in eadem fabula, in qua partes primarias tribuerit crudelissimo tyranno, tyrannidem exsecrari potuisse, modo non ipsum Neronem laudatorem libertatis induxerit, et Vatinium inter eiusdem fabulae personas fuisse, ibique adeo castigatum ob morum improbitatem consiliorumque pravitatem, ut vel Neroni eius indignitas in oculos incurrere debuerit, recte observavit Bachius, vix a Materno, Catonis et Domitii poeta, scribi potuisse Neronem, in qua, quum acerbissime in tyrannidem invecturus fuerit, vix tyrannus primarias partes sustinere potuerit, sin autem scripsisset, profecto non ante Neronis obitum eam scribere potuisse, ubi ineptum sane esset Maternum inducere praedicantem se Vatinii potentiam fregisse, quem inter personas tragicas locum habuisse aeque improbabile sit ac putare eius improbitatem in tragoedia castigatam vel Neroni, homini nequissimo, in oculos incurrere debuisse. Aliam viam loci emendatione expediendi monstravit Gronov. Observv. III, 4. p. 354. ed. Platner. *Neronis* coniectantis, pro quo Osannus proposuit *Neroneis*, sicut exstat *Neroneum mensem* Ann. XVI, 12. Suet. Ner. 55. *agona* ib.

num gloria partum. Ac me deiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutationum concupisco non magis quam aera et imagines; quae etiam me nolente in domum meam irruperunt. Nam statum hucusque ac securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia; nec vereor, ne mihi unquam verba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint.

21. *certamen* Vit. 4., quem secuti sunt Boettich. Walth. Bach. Recepi faciliorem emendationem Rupert. *Neroneo* sc. certamine — agone, quum mihi verisimilius videatur, librarios lapsos esse in *Nerone* pro *Neroneo* quam pro *Neroneis;* deinde lect. Cod. Vat. 1862. *Neronē* propius accedere videtur ad hanc emendationem; tum *o* ante seq. *im* facile excidere poterat. De *Neroniis* cf. Suet. Ner. 12. *Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellavit Neronia.* Vatinii mentionem facit Tac. Ann. XV, 34. *Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit, sutrinae tabernae alumnus, corpore detorto, facetiis scurrilibus, primo in contumelias assumptus, deinde optimi cuiusque criminatione eo usque valuit, ut gratia, pecunia, vi nocendi etiam malos praemineret:* adde Dion. Cass. LXIII, 15. Martial. XIV, 96. Gronov. l. l.: »Videtur Neroniis, musico agone, de quo Sueton. Vit. Ner. 12. [Maternus] contra Vatinium coronatus. Quum Vatinium, inquit, cuius vitia Neronianam quoque aulam onerarunt et gravius infamarunt, audentem etiam immundo suo contactu polluere Musas et in gratiam Neronis non modo poetari, sed et tragoediam committere, certans vici et eo redegi, ut nihil illi profuerit sua potentia, quin iudices de illo mihi palmam darent.«

Ac me deiungere a forensi labore] Pro *deiungere* Codd. et vett. Edd. lect. Edd. a Bernegg. usque ad Dronk. *seiungere* scripserunt. *Deiungere* rarius Plaut. Asin. III, 3, 75. et confusum cum *disiungere* Cic. de Univers. 5. Orell., de qua forma dubitare non debebat Goerenz. in Iahn. Iahrb. 1826. p. 321. *Forensis labor* i. q. *studia fori* Agric. 39. *forum et eloquentia* Dial. 34. Vd. Rigleri annotatt. ad Tac. Agric. p. 33.

comitatus istos et] Cf. cp. 6. et 29.

aera et imagines] Cf. annot. ad cp. 8.

Nam statum hucusque ac securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia] Ex emendat. Lips. pro *cuiusque ad* receperunt mult. Edd. Quid sit *innocentia* h. l., optime explicat Cic. Tusc. III, 8. *omnis innocentia, quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν:*

Cap. XII.

Nemora vero et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat, tantum mihi afferunt voluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod non in strepitu nec sedente ante ostium litigatore nec inter sordes ac lacrimas reorum componuntur, sed secedit ani-

nam est innocentia affectio talis animi, quae noceat nemini. Ad sententiam cf. Eckstein. Plin. Paneg. 49. *ecquid ergo discimus experimento, fidissimam esse custodiam principis ipsius innocentiam.* — *Status,* h. l. synonymum fere *securitatis,* est commoda rerum conditio ac salus, eine ruhige, sichere Lage. Cic. pr. Sest. cp. 1. *salutem suam in discrimen offerre pro statu civitatis et pro communi libertate.* Liv. XXXIV, 61. Tac. Ann. III, 28. *multorum excisi status.* Agric. 7. *statum urbis* ubi vd. Walch. Boettich. Lex. Tac. s. v. Egregie Cic. Offic. II, 14. ostendit, non solum periculosum, sed etiam sordidum ad famam fuisse, periculum capitis inferre multis. Sententiam h. l. bene illustrat Salinerius. »Respondent his [cp. 5.], *quid erit tutius, quam eam exercere artem, qua semper armatus praesidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus ferat.* Maternus oratores sui temporis acerbe perstringit, qui toti delationibus vacabant. Ego, inquit, qui diu ab eloquentia oratoria desuevi, plus hominibus consulo mea innocentia, id est, dum neminem defero, quam oratores isti, quorum eloquentia tot illustres viros pessumdedit.«

Cap. XII. *Nemora vero et luci*] Cf. cp. 9.

quod non in strepitu nec sedente ante ostium litigatore] E Cod. Farn. *non* cum Ritt. recepi pro *nec.* A Tacito frequenter sententiae particulis *non* — *nec* sive *neque* coniunguntur. Dial. 13. extr. Ann. I, 4. 68. Germ. 7 bis c. annot. Hess. 22. Exempla e Sallust. congessit Kritz. ad Catil. 52, 6. Haas. ad Reisig. Vorles. p. 423. *non — neque* poni observavit, ubi sententiae per se singulae intelligantur et vis negationis augeatur: *das nicht — und auch das nicht.* — Solebant Romae iurisconsulti mane consultoribus de iure respondere. Hor. Sat. I, 1, 9. *Agricolam laudat iuris legumque peritus Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.* Epist. II, 1, 103 et 104. *Romae dulce diu fuit et sollemne reclusa Mane domo vigilare, clienti promere iura.* Cic. pr. Muren. 9. *Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat; te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat.*

inter sordes ac lacrimas] H. l. lucem affert Cic. Epp. ad Fam. XIV, 2. *te nunc, mea Terentia, sic vexari, sic iacere in lacrimis et sordibus.* Pseudo-Cic. orat. post redit. ad

mus in loca pura atque innocentia fruiturque sedibus sacris. Haec eloquentiae primordia, haec penetralia; hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus in

Quir. 3, 6. *filii pietas, propinquorum preces, adolescentium squalor, maiorum natu lacrimae populum Romanum movere potuerunt.* 3, 7. *fratris quotidianae lacrimae sordesque lugubres a vobis deprecatae sunt.* Quint. VI, 1, 33. *At sordes et squalorem et propinquorum quoque similem habitum scio profuisse et magnum ad salutem momentum preces attulisse. Sordes* et *squalor* dicuntur de vestibus sordidis et squalidis, quibus rei eorumque propinqui induti in publicum prodibant.

sed secedit animus in loca pura atque innocentia fruiturque sedibus sacris] *Loca pura atque innocentia* intellige de rure, *sedes sacras*, ut cp. 13. *sacra fontesque*, de Musarum et Nympharum sedibus. Cf. Virg. Georg. II, 475 sq., quem locum ab auctore Dialogi expressum esse Heyn. annotavit.

haec eloquentiae primordia] Intelligenda est cp. 4. extr. *sanctior illa et augustior eloquentia*, i. e. poetica. »Nam antiquissimo tempore laudes Deorum, res gestae heroum, primae leges et instituta sapientum versibus canebantur, et exstabant cum apud Graecos tum apud Romanos [sicut apud omnes gentes cultiores] vates et poetae prius quam scriptores solutae orationis.« Schulz.

penetralia] *Penetrale* (ἄδυτον) proprie est interior pars templi, domus, urbis, monumenti (Suet. Aug. 18.). Metonym. usurpavit Quint. VI, 2, 25. *sed mihi in animo est, quae latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia.* XII. prooem. 3. *aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiae penetralibus petit.*

haec penetralia, hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus] Cod. Farn. omis. *penetralia hoc*; Schrautio *haec penetralia* abesse, et *hoc* ante *primum* adesse videbatur. Codd. Par. Vind. vett. Edd. *haec penetralia, haec primum.* Ex emend. Lips. *hoc primum* receperunt Edd. seqq. praeter Bachium, qui c. Cod. Farn. eiecit *haec penetralia* et *haec pr.* revocavit, cuius sentent. sic explicavit; »Haec eloquentia (sc. poetica) quum propter habitum cultumque suum mortalibus commoda i. e. apta esset, primum influxit in illa pectora.« At praestat emendatio Lips., quum *habitus cultusque* sine praedicato non recte intelligi possit, sed pronom. *hic* referendum sit ad locum, ubi eloquentia poetica versatur, ad nemora, lucos et secretum illud, in quae procul a strepitu forensi secedit ad carmina componenda, et sic quasi divinitus data in hominum castos et incorruptos animos se demittit. *Habitus cultusque* (cf. cp. 8.), qui proprie ad corpus spectat, h. l. rariore signific. transfertur ad formam et ornatum poesis. *Commoda*, pro quo

illa casta et nullis contacta vitiis pectora influxit; sic oracula loquebantur. Nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae usus recens et ex malis moribus natus, atque ut tu dicebas Aper, in locum teli repertus.

commendata, *commodata*, *commota*, *comta* coniecerunt Edd., est eloquentia, quae vere hominum commodis inservit, prospicit. Liv. XXXIV, 3. *Nulla lex satis commoda omnibus est.* Virg. Georg. IV, 129. *Nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho.* Freund. Lex. Lat. *commoda* (s. v.) perperam refert ad *primordia.*

et nullis contacta vitiis pectora] Germ. 10. (equi) *candidi et nullo mortalium opere contacti.* Liv. VI, 26. (dies Alliensis) *contactus religione.* De form. *et nullus* cf. Hand. Tursell. Vol. II. p. 497. »Negativa sententia nectitur vocabulo *nec.* Sed ubi oppositio fit recta, et ubi negatio non ad totam sententiam, hoc est, non ad iudicii formam pertinet, sed ad unam aliquam notionem, ideoque singularis vis imponitur negationi, Latini dicunt *et non.* — Atque eodem modo dicuntur *et nullus*, *et nemo*, *et numquam.*« Germ. 20. *et nullum testamentum.* 28. *et nulla regnorum potentia diversas.*

sic oracula loquebantur] Constat responsa oraculorum, maxime Delphici, quae sive vera sive falsa plurima servaverunt Herodotus (ut I, 47. 55. 62. al.), Pausanias (ut VIII, 9. 42.) aliique scriptores Graeci, plerumque versibus hexametris concepta fuisse. Cf. Groddeck. Init. histor. Graec. lit. P. I. p. 13 sq. Wachsmuth. Hellen. Alterthumsk. Vol. II. P. II. p. 260 sq. et 506 sq. Goette das Delphische Orakel etc. p. 117 sq.

Nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae usus recens et ex malis moribus natus] *Sanguinare* (αἱμάσσειν) primum significat sanguinem emittere, sanguine manare vd. Quintil. Decl. X, 18. *sanguinantes vidit lacertos*; deinde sanguineum colorem prae se ferre. vd. Appul. Metam. V. p. 160. 20. Elmenh. *immanem colubrum, multimodis voluminibus serpentem, veneno noxio colla sanguinantem.* Sed h. l. per translat. *sanguinans* i. q. sanguinarius: Plin. Epp. IV, 22. *sanguinaria sententia*, Plin. H. N. XIX, 8, 53. *sanguinarium responsum.* Est igitur *lucrosa et sanguinans eloquentia* quaestuosa aliisque exitiosa, qualis est delatorum, quorum avaritia et crudelitas notatur, quod accusationibus et pecunias colligebant et multis hominibus perniciem afferebant. Ad sententiam cf. Quintil. prooem. 13. *Nam ut primum lingua esse coepit in quaestu, institutumque eloquentiae bonis male uti, curam morum, qui diserti habebantur, reliquerunt.*

in locum teli repertus] Cf. annot. ad cp. 5. Tac. Ann. XVI, 27. *quod velut telum arripuere accusatores.*

Ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, aureum saeculum et oratorum et criminum inops poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui male admissa defenderent. Nec ullis aut gloria maior aut augustior honor primum apud deos, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur, deinde apud illos diis genitos sacrosque reges, inter quos neminem

ut more nostro loquar] I. e. poetarum, qui celebrant carminibus suis *aureum saeculum*, de quo cf. Tac. Ann. III, 26. Bach. ad Ovid. Metam. I, 89 sq. Draeseke das goldene Zeitalter. Brem. 1815. 8.

bene facta — male admissa] *Bene facta* (quod coniunctim *benefacta* ut in Cod. Vind. et vett. Edd. scribi vetans Kritz. l. l. non obtemperantem sibi habuit Freund. Lex. Lat. s. v.) sunt facta egregia, praeclara vd. Sallust. Iug. 85. Catil. 8. ibiq. Kritz. Liv. XXXVII, 1. *veteribus bene factis nova pensantes maleficia. Male admissa* Tac. concinnitatis causa ob anteced. *bene facta* posuit, quum admissum simpliciter de malo facinore dicatur. Cic. Partitt. or. 35. *Iudicia*, *quae etiam nullo admisso consequi possent.* Liv. XXV, 23. *Multorum animi suspecti omnium oculos converterant*, *ne quid falleret tale admissum.* Tac. Ann. XI, 4. *quum idem de admissis Poppaeae sentiam quod omnes.* De discrim. vv. *admittere* et *committere* vd. Herzog. ad Caes. B. G. III, 9. B. C. III, 64. Ochsner. ad Cic. Eclog. p. 33.

Nec ullis aut gloria maior aut augustior honor] *Ullus* substantive bis positum est apud Tac. et quidem h. l. et Ann. XI, 27. cf. Stuerenburg. comment. II. de pronomm. *nemo; nullus* etc. ad calc. Edit. Cic. Offic. p. 214. adde Reisig. Vorles. §. 204. Haas. annot. 361. De differentia vv. *gloria* et *honor* cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 235. Cic. pr. Muren. 5. *Ex Asia . . . laus familiae, memoria generi, honos et gloria nomini constituta est.*

deinde apud illos diis genitos sacrosque reges] Pro *diis*, scriptura ab omnib. Codd. et Edd. recepta Ritter. *dis* exhibuit, ad Ann. XIII, 41. et Hist. IV, 74. annotans, formam *deis* [XIII, 55. XV, 71. 74. al.] duabus syllabis pronunciandam esse: nam si una syllaba efferatur, *dis* et audiri et scribi: *diis* Latinos neque scripsisse neque pronunciavisse unquam videri; cui astipulatur Freund. Lex. Lat. s. v. Reisig. Vorles. §. 59. et Haas. annot. 56. Bach. Prolegg. Vol. II. p. XVII. *diis — dis* et *deis* in usu fuisse statuit. Sic variant Inscriptt. DIS MANIBUS exhibentes ap. Orell. 476. 4660 et 61., at DIIS M. 465. 487. *Dis geniti* Virg. Aen. VI, 131. *Διοτρεφεῖς — διογενεῖς* apud Ho-

causidicorum, sed Orphea et Linum, ac si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus. Vel si haec fabulosa nimis et composita videntur, illud certe mihi concedis, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hy-

mer. Il. 2, 196. 4, 489. al. *βασιλέες ἱεροί* Pindar. Pyth. V, 131. Hesiod. Theog. 94 sq. *Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθόνα καὶ κιθαρισταί, Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.*

Orphea et Linum] *Orpheus et Linus* coniunguntur a Virg. Ecl. 8, 55. *Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus Nec Linus*; a Quint. I, 10, 9. *Orpheus et Linus, quorum utrumque diis genitum — posteritatis memoriae traditum est.* Cf. G. H. Bode de Orpheo poetarum Graecorum antiquissimo. Gotting. 1824. 4. Klausen. in Ersch. et Grub. Encyclop. III. Sect. P. VI. p. 9. Ambrosch. de Lino. Berol. 1829. 4.; de utroque Bernhard. Grundr. d. Griech. Lit. Vol. I. p. 169 sq.

ac si introspicere altius velis] I. e. repetere a primis initiis, ut recte explicat Schulz. Plin. Epp. V, 16. *altissime inspicere, altius exponere* Ann. III, 62., *disserere* III, 25., *altiore initio repetere* II, 27. Boettich. Lex. Tac. s. *altius.*

ipsum Apollinem accepimus] Supplemento *fuisse* a Rup. proposito non opus est, quum *accipere* hac signific. elliptice ponatur: Cic. Offic. II, 13. *ut Demosthenem accepimus* ibiq. Heusing. Verr. IV, 8. *Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut — salutem viri proderet.* Quint. XII, 1, 14. *malum virum* (Demosthenem) *accepimus.*

fabulosa nimis et composita] Adverbia nonnunquam adiectivis postponuntur, qua collocatione vim quandam adverbiis conciliari recte ostendit Goerenz. ad Cic. Finn. III, 12, 41. Auct. ad Herenn. IV, 19. *ne magnam nimis in nos habeat dominationem.* Cic. de Orat. II, 42, 178. *Plura enim multo homines iudicant odio.* Cat. M. 2. *Nonne melius multo fuisset* ibiq. Otto. Quint. X, 1, 67. *utiliorem longe* ibiq. Herbst. Xenoph. Hier. 1, 8. *ὅτι μείω πολὺ εὐφραίνονται* ibiq. Frotsch. — *Composita* i. q. ficta, non ingeniose conficta, ut vult Schulz. Quint. VIII. prooem. 23. *ficta atque composita;* Liv. III, 10. *fabula composita.*

Lysiae aut Hyperidis] Cf. Dial. 25. De Lysia, nat. Athenis Ol. 80¾ (458. a. Ch.) mort. Ol. 100⅔ (378. a. Ch.), qui ipse orator non prodiit, sed 33. oratt. praeter fragm. aliorum in usum conscripsit, cf. Westermann. Gesch. d. griech. Beredtsamk. §. 46. 47. L. Hoelscher. de vita et scriptis Lysiae oratoris. Berol. 1837. 8. Quintil. X, 1, 78. Cic. Brut. 9, 35. de

peridis includi. Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam quam qui Virgilii detractent; nec ullus Asinii

Orat. III, 7, 28. De Hyperide nat. circ. Ol. 98. mort. Ol. 114, 3., aequali Demosth. et Lycurg., cf. Dial. 16. 25. Quint. X, 1, 77. 5, 2. Cic. de Orat. III, 7, 28. Westerm. l. l. §. 60. 61.

qui Ciceronis gloriam quam qui Virgilii detractent] De Cic. obtrectatoribus cf. Dial. cp. 18., de Virgil. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 161. 273. 310 sq. Iahn. introd. in Virg. p. XXVIII sq. Donat. vit. Virg. XVI, 61. *Obtrectatores Virgilio numquam defuerunt. — Prolatis Bucolicis innominatus quidam rescripsit Antibucolica. — Est et adversus Aeneida liber Carvilii Pictoris, titulo Aeneidomastix. — Asconius Pedianus libro, quem contra obtrectatores Virgilii scripsit, pauca admodum ei obiecta ponit; et potissimum, quod non recte historiam contexuit, et quod pleraque ab Homero sumpsit.*

nec ullus Asinii] Cf. Dial. cp. 17. 21. 25. 34. 38. Asinium et Messallam coniunxit Tac. Ann. XI, 6. 7. *C. Asinius Pollio*, nat. 679. U. C. et consulatu functus 744. paene ad extremum Augusti principatum vixit. Fuit partium Caesaris studiosus, post cuius necem ad triumviros cum duabus legionibus transiit. Ann. I, 12. Asinius Gallus, filius, ferociam patris in dicendo retinuisse narratur. Senec. Controv. L. IV. praef. p. 413. Ed. Bip. memoratur eius vehementia et natura contumax. Valuit eloquentia multasque habuit et scripsit orationes, velut in C. Catonem, pro Lamia, pro Nonio Asprenate, pro Moscho, Apollodoro, pro heredibus Urbiniae al. Reprehensus tamen est a vett. scriptoribus, ut a Quint. et Tac., quod verba antiqua et sordida consectaretur. Quint. X, 1, 113. *Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia* (XII, 10, 11.), *adeo ut quibusdam etiam nimia videatur: et consilii et animi satis: a nitore et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit saeculo prior.* ibiq. Herbst. Senec. Controv. l. l. *Floridior erat aliquando in declamando quam in agendo. Illud strictum eius et asperum et nimis ratum in dicendo iudicium adeo cessabat, ut in multis illi venia opus esset, quae ab ipso vix impetrabatur.* Scripsit quoque historiam bellorum civilium a Caesare usque ad Augustum L. XVII. et tragoedias, quae tamen in theatro non sunt actae. cf. Weichert. ad libr. de L. Vario etc. Excurs. III. de C. Asin. Pollione tragoediarum scriptore p. 148 sqq. Praeterea veteres scriptores insectatus est, ut Livium, in quo Patavinitatem reprehendit, et Ciceronem. Virgilium autem ab a. 712. in deliciis habebat, qui Eclog. IV. ei inscripsit eumque valde veneratus est. Primus bibliothecam de manubiis Romae publicavit, in qua M. Varronis vivi imaginem posuit. Vd. Manut. ad Cic. Epp. ad

aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes.

Famm. X, 31. Meyer. oratt. Rom. fragm. p. 211 sq. Westermann. Gesch. d. röm. Beredts. §. 69. 24 sq. Drumann. Gesch. Roms. Vol. II. p. 1—12. Ch. H. Eckhardt. de C. Asin. Pollione, iniquo optim. Latinit. auctorum censore. Ien. 1743. 4. I. R. Thorbeck. comment. de C. Asin. Pollion. vita et studiis doctrinae. Lugd. Bat. 1820. 8.

aut Messallae] Cod. Farn. Lips. al. quae scriptura praestat ceteras *Mesallae* vel *Messalae* a mult. Edd. receptas: vd. Forcell. Lex. s. v. et Wies. comment. p. 5. *M. Valer. Messalla Corvinus*, fil. M. Valer. Messallae, nat. 685. U. C. mort. 756. s. 757., iuvenis genere, ingenio, litterarum studio libertatisque amore florentissimus quum a partibus Bruti et Cassii stetisset et proscriptus esset, postea Antonium sectatus est, a quo ad Octavianum transgressus ab eo summo honore habitus et a. 723. consulatu ornatus est. A quo missus ad Aquitanos debellandos, in qua expeditione Tibullum, carminibus laudes suas celebrantem (vd. Eleg. I, 7. et IV, 1. ibiq. Dissen. quod Horat. quoque et Virg. fecerunt) comitem habuit, et ad res Orientis componendas a. 727. Romam redux factus triumphavit. Rebus bello praeclare gestis Messalla optimis studiis deditus et ab Augusto honoratus consenuit. De litteris autem melius meruit quam Asinius Pollio, quo vaniloquentior hic et quo modestior ipse fuit. Orator suae aetatis fere clarissimus scripsit multas orationes, ut contra Aufidiam, pro Liburnia, pro Pythodoro, contra Antonii litteras, de Antonii statuis. al; attigit historiam (ut belli civilis), tractavit res grammaticas et pepigit poemata. Cf. Dialog. 17. 18. 20. 21. Quint. X, 1, 113. *At Messalla nitidus et candidus et quodammodo praeferens in dicendo nobilitatem suam, viribus minor.* Senec. Controv. II, 12. p. 171. Bip. *Fuit autem Messalla exactissimi ingenii in omnes quidem studiorum partes, Latini utique sermonis observator diligentissimus.* Cf. Ellendt. Prolegg. histor. eloq. Rom. etc. p. CXXXI sq. Westermann. Gesch. d. röm. Beredts. §. 70. Meyer. fragm. p. 208 sq. Weichert. poetar. Latt. reliq. p. 361. Wies. commentatio de M. Mess. Corv. vita et studiis doctrinae. Berol. 1829. 8.

Ovidii Medea aut Varii Thyestes] Medea, quam Ovidius ex imitatione Euripideae (cf. Bluemner. üb. d. Medea d. Eurip. p. 9.) natus circiter 30 annos scripsit, ut patet ex Amor. III, 1, 29. v. Iahn. introd. in Ovid. Amor. Vol. I. p. 226., inter nobilissimas tragoedias referebatur, quam intercidisse magnopere dolendum est. De fragm. eius cf. Burm. ad Anthol. Lat. I, 128. Vol. I. p. 149. Weichert de L. Var. p. 99. Leutsch. in Ersch. et Grub. Encycl. III. Sect. Vol. 8. p. 62. Planck. ad

Cap. XIII.

Ac ne fortunam quidem vatum et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita. Licet illos certamina et pericula sua ad consulatus evexerint, malo securum et quietum Virgilii secessum, in quo tamen neque apud Divum Augustum gratia caruit neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolae, testis ipse populus, qui au-

Enn. Med. p. 73. Quint. X, 1, 98. *Iam Varii Thyestes cuilibet Graecarum comparari potest. Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo operari quam indulgere maluisset.* — *L. Varius*, natus 672. U. C. C. Mario et Cn. Papir. Carbone III. Coss., mort. ante a. 745., qui magna apud Augustum et Macenatem gratia florebat, Horatio (vd. Carm. I, 6. Sat. I, 10 45.), quem Macenati commendaverat, et Virgilio (Eclog. 9, 45.) amicissimus, carminibus tragicis et epicis clarus, scripsit Thyestem tragoediam, carmen de Morte (de Caesaris caede), Panegyricum in Augustum et carmina epica. Cf. doctissimam comment. ab A. Weichert. de L. Varii vita et carminibus Grim. 1836. 8. editam.

Cap. XIII. *et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita*] *Felix contubernium* vd. Dial. cp. 12. *Timere* (ut Dial. 27. *vereri*) i. q. dubitare seq. Infin. Plin. Epp. IV, 9. *quod confiteri timerem.* Paneg. 89. *non timuisti eligere meliorem.*

Licet illos certamina et pericula sua ad consulatus evexerint] *Certamina* i. q. causae forenses vd. annot. ad Dial. 10. *Evehere* poetic. est: Hor. Carm. I, 1, 5. *palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad deos.* Virg. Aen. VI, 130. *aut ardens evexit ad aethera virtus.* Vell. Pat. II, 90. *Quem* (Agrippam) *usque in tertium consulatum et mox collegium tribuniciae potestatis amicitia principis evexerat.* Markland. ad Stat. Silv. III, 3, 76.

malo securum et quietum Virgilii secessum] Codd. Farnes. (teste Niebuhr.) Vaticc. Edd. Dronk. Osann. Bekk. Walth. Ritt.; *securum et secretum* Codd. Farn. (teste Schluttig.) Par. Vind. et reliq. Edd. Lect. *quietum* ideo improbata est Orell. et Bach., quod antecedat *inquieta* et Codd. Vaticc. vulgaria vocabula exquisitioribus substituant. At quis ferat cacophoniam: *securum* — *secretum* — *secessum*? Praeterea Dial. 16. legitur *quietis et securitatis excusatio.* Liv. XXXIX, 1. *quietum aut securum.* Plin. Epp. VI, 8. *quum sit mihi curae modestia, quies, securitas eius.*

Augusti Epistolae] Cf. Eckstein. ad h. l. et A. Weichert.

ditis in theatro Virgilii versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum. Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae

commentatt. II. de Imperatoris Caesaris Augusti scriptis eorumque reliquiis. Grim. 1835 et 1836. 4. Cuius viri doctissimi opus de vita et scriptis Augusti 2. voll. absolvendum iamdudum cupide exspectatur.

auditis in theatro Virgilii versibus] Weichert. poetar. Latin. reliq. p. 285. »Iam vero nobilium poetarum carmina in theatris esse recitata, constat ex Auct. Dialog. de Oratt. c. 13. *testis — Augustum.* Quod testimonium gravissimi scriptoris mihi abunde firmare et omni dubitatione eximere videtur ea, quae partim Servius ad Virg. Ecl. VI, 11., partim Donat. Vit. Virg. XI. §. 41. memoriae tradunt. Ille enim Eclogam sextam a Cytheride mima in theatro recitatam esse adnotat; hic tanto successu Virgilium Bucolica edidisse refert, ut in scena quoque per cantores crebra pronuntiatione recitarentur.« Carminum recitationes Romae in theatro factas esse docuit Lang. in Vind. trag. Rom. p. 27. Opusc. p. 56. Sic Ovidii quoque carmina recitata esse discimus e Trist. II, 519 et 20. *Et mea sunt populo saltata poemata saepe; Saepe oculos etiam detinuere tuos* (referenda ad carminum lectionem ab Augusto domi suae institui solitam). Ib. V, 7, 25 sq. Cf. annot. ad Dial. cp. 26.

surrexit universus] Quam insignis honos fuerit, quem populus surgendo in theatris nisi Imperatoribus eorumque familiis habere non solitus sit, apparet e Suet. Aug. 56. *Eisdem* (filiis) *praetextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro et a stantibus plausum gravissime questus est.* Plin. Paneg. 54. *quin etiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de te scenae silebunt.* ibiq. Schwarz. Suet. Claud. 6. Dio Cass. LIV, 27. Lips. Elect. I, 10. et 2, 3.

veneratus est sic quasi Augustum] sc. veneraretur.

Secundus Pomponius] *L. Pomponius Secundus* fuit vir in rebus civilibus, et bellicis bene versatus, legatus Germaniae superioris, cui decreta triumphalia, et poeta tragicus mort. circ. a. 60. p. Ch. Quint. X, 1, 98. *Eorum quos viderim longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore praestare confitebantur.* Duos libros de eius vita conscripsit Plinius Maior ei cognatus, ut narrat Plin. Epp. III, 5. VII, 17. Lips. ad Tac. Ann. XI, 13. Lang. Vind. trag. Rom. p. 27.

Afro Domitio] *Domitius Afer* (Dial. cp. 15.). Nemauso,

vel perpetuitate famae cesserit. Nam Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna concupiscendum? quod timent, an

urbe Galliae Narbonensis oriundus, ingenio doctrinaeque studiis clarus, praetor sub Tiberio a. 778. U. C., Agrippinae accusatione inclarescere (Tac. Ann. IV, 52.) a. 779. et principibus oratorum addi coepit. Fuit autem capessendis accusationibus aut reos tutando prosperiore eloquentiae quam morum fama teste Tac. l. l., quam fraudulenta opum aviditate commaculavit (Plin. Epp. VIII, 18. Quint. VI, 3, 92.), ceterum dicax et facetus. Quintilianus, qui puer insignem eius orationem pro Voluseno Catulo audiverat (X, 1, 24.), multis locis eum commemorat summisque laudibus ornat. X, 1, 118. *Sunt alii multi diserti, quos persequi longum est. Eorum, quos viderim, Domitius Afer et Iulius Africanus longe praestantissimi. Ante illo et toto genere dicendi praeferendus et quem in numero veterum habere non timeas.* XII, 11, 3. *Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere contigit, summum oratorem, Domitium Afrum valde senem, cotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdentem: quum agente illo, quem principem fuisse quondam fori non erat dubium, alii, quod indignum videatur, riderent, alii erubescerent: quae occasio fuit dicendi malle eum deficere quam desinere.* Verba *dignitate ortae* referenda sunt ad malam morum famam, *perpetuitate famae* explicanda e Quint., quia senex cotidie aliquid ex ea, quam meruerat, auctoritate perdebat. Obiit sub Nerone 812. U. C. cibi redundantia in coena. Scripsit duos libros de Testibus (Quint. V, 7, 7.), orationes et Dictorum urbane libros. Cf. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 246 sq. Meyer. oratt. Roman. fragm. p. 229 sq.

ad quorum exempla me vocas] i. e. reiicis, remittis. Cic. Acad. II, 17. *Primum quidem ad Democritum me vocas.* Plin. Epp. IX, 2, 2. *ad cuius exemplum nos vocas.* Paneg. 58. *Non te ad exemplum eius voco.* Quint. VIII, 5, 33. *Ad quam usque nos vocatis vetustatem.* Sic *revocare* Cic. Tusc. II, 25, 60.

habent in hac sua fortuna concupiscendum] Codd. Farn. Vaticc. Ern. sqq. praeter Seebod. Orell. Rup., qui recepere *in hac praesenti* lect. Codd. Par. Vind. Edd. ante Ern. *Habent concupiscendum* i. q. concupiscendum iis est. Haec structura usitata est solis scriptoribus argenteae et posterioris aetatis: Dial. 8. 19. 31. 36. 37. Ann. IV, 40. Hist. I, 15. c. annot. Bach. Plin. Epp. I, 6, 6. ibiq. Gier. Eckstein. ad Dial. 1. Frontin. Strateg. I, 4, 3. c. annot. Schweb.

quod timent] Codd. Farn. Vaticc. Broter. Ern. recentt. *an quod* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Broter. *an* uncis in-

quod timentur? quod, quum cotidie aliquid rogentur, ii, quibus praestant, indignantur? quod alligati cum adulatione nec imperantibus unquam satis servi videntur nec nobis satis liberi? quae haec summa eorum potentia est? tantum posse liberti solent. Me vero dulces, ut Virgilius ait, Musae, remotum a sollicitudini-

clusit Rup. De duplici *an* cf. Hand. Turs. Vol. I. p. 307—309. Beneck. ad Iustin. XXIV, 7. De formis interrogationis Hand. l. l. p. 334 sq.

quod — indignantur] *Praestare* (παρέχειν) Gronovius recte intellexit de exhibendo eo munere vel officio, quod rogentur. Nam solent beneficia iis, qui accipiunt, propter varias causas molesta esse, ut etiam doleant et indignentur. Flor. IV, 2, 92. de Iul. Caesare. *Quippe clementiam principis vicit invidia gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia.* Senec. de Benef. II, 18 sq. unde haec excerpsi. *Quidam non tantum dant beneficium superbe, sed etiam accipiunt.* Cato Uticens. ap. Plutarch. vit. 66. Ἐμοὶ γάρ, εἶπεν, εἰ σώζεσθαι χάριτι Καίσαρος ἐβουλόμην, αὐτῷ βαδιστέον ἦν πρὸς ἐκεῖνον μόνον. Οὐ βούλομαι δὲ τῷ τυράννῳ χάριν ἔχειν ὑπὲρ ὧν παρανομεῖ· παρανομεῖ δὲ σώζων ὡς κύριος ὧν αὐτῷ δεσπόζειν οὐδὲν προσῆκεν. Cic. pr. Sull. cp. 26.

alligati cum adulatione] Haec inusitata structura editores offendit, ut *cum* aut eiicerent, ut Oberl. et Weikert., aut uncis includerent, ut Seebod. Dronk. Orell., aut emendarent, ut Schulting. *omnium* vel *humili*, Schulz. *comi* vel *Caesarum*, Hand. Turs. Vol. II. p. 142. *civium*, Eckstein. *omni*, alii aliter. Osann. defendit *cum* collatis verbis cp. 7. *cum gratia venit*, approbante Boettich. Bachius locum sic expedire studet, ut *cum adulatione* non cum partic. *alligati* iungat, sed referat ad sequentia *satis servi videntur*, ut *cum* significet vitae conditionem, in qua quis versetur, quasi haec ipsi adhaereat. cf. Hand. Turs. Vol. II. p. 145 sq. *Alligati* autem absolute ab eo intelliguntur *servi*, qui quum essent viliores ac nequiores, vincirentur, quibuscum contemptim comparentur oratores. Unde hanc sententiam loci extricavit: an id habent concupiscendum, quod, quamvis alligati sint velut infimi servi, tamen cum adulatione (i. e. adulationi indulgentes) nec imperatoribus unquam satis servi esse videntur nec nobis satis liberi? Quae explicatio nec Rup. nec mihi placet: *alligati* semel Colum. I, 9. hac signif. absoluta positum est. Mihi in mentem venit *summissa*, sicut est Quint. XI, 1, 30. *summissa adulatio.*

Me vero dulces, ut Virgilius ait, Musae] Virg. Georg. II, 475—76. *Me vero primum dulces ante omnia Musae, Quarum sacra fero ingenti percussus amore Accipiant.*

remotum a sollicitudinibus et curis] Cic. Epp. ad Attic.

bus et curis et necessitate cotidie aliquid contra animum faciendi in illa sacra illosque fontis ferant; nec insanum ultra et lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar. Non me fremitus salutantium nec anhelans libertus excitet, nec incertus futuri testamentum pro pignore scribam, nec plus habeam quam quod

XV, 14. *magna cura et sollicitudine me liberaris.* Quint. XI, 1, 44. *Nam ut orantem pro capite sollicitudo deceat et cura:* Eckstein. in Ed. Walth. et Prolegg. p. 51: haec refert ad ἓν διὰ δυοῖν eiusque figurae speciem, ubi loco adiectivi cum substantivo coniungendi duo substantiva ponuntur.

nec — experiar] Virg. Georg. II, 500—502. *Quos rami fructus, quos ipsa volentia r u r a Sponte tulere sua, carpsit, nec ferrea i u r a Insanumque forum aut populi tabularia vidit.* ibiq. Heyn. *Insanum* dicitur *forum* (tobender — lärmender Markt) insano clamore praecipue litigantium perstrepens; *lubricum*, quod causae, quae in eo aguntur, incerti sunt eventus. Sil. Ital. VII, 542—43. *Insanae spectate tribus! pro lubrica rostra Et vanis fora laeta viris.* Curt. VII, 8, 24. *lubrica fortuna.* Cf. Boettich. Lex. Tac. Schuetz. Lex. Cicer. s. v. *Pallens fama* transitive dicitur pallorem efficiens; nam pallet orator, qui anxie auram popularem captat, quum populo displicet, quum rem suam male egisse videtur, ut recte explicat Oberl. *Pallens morbus* Virg. Aen. VI, 275. *cura* Martial. Epigr. XI, 7, 6. *Pax marcens* Tac. German. 36. *Nec eam solitudinem languere patior, quam mihi affert necessitas, non voluntas* Cic. Off. III, 1. ibiq. Beier. De usu verborum intransitivorum pro transitivis apud Latinos cf. Vechner. Hellenolex. p. 91. Heus., apud Graecos Matth. Gr. Gr. Vol. II. §. 496. 2.

Non me fremitus salutantium nec anhelans libertus excitet] Iam primo mane solebant clientes et liberti patronos aut de iure consulturi aut salutaturi adire, qui honos praecipue divitibus orbis ad hereditates eorum captandas habebatur, ita ut alter alterum in his officiis praestandis et sportulis praeripiendis cursu citato antevenire studeret. Cf. Hor. Sat. I, 1, 10. et locos a Rup. citatos: Iuven. I, 95—116. 128. III, 126—136. Martial. III, 36. IV, 8. X, 82.

nec incertus futuri testamentum pro pignore scribam etc.] Iam inde ab Augusto (Suet. Aug. 66. 101.) mos obtinebat apud Romanos, ut Imperatores aut ad gratum in eos animum et reverentiam significandam aut *pro pignore*, i. e. securitatis causa et ad partem bonorum legitimis heredibus servandam, coheredes scriberentur, quum crudeles et avari, ut Calig. Suet. 38., Nero Suet. 32., Domitianus Suet. 12., testamenta,

possim, cui velim, relinquere, quandoque fatalis et

in quibus heredes non scripti essent, rescindere solerent. Delatorum quoque calumniae frequentes erant de testamentis v. Suet. Domit. 12. *Confiscabantur alienissimae hereditates vel exsistente uno qui diceret, audisse se ex defuncto, heredem sibi Caesarem esse.* Tac. Ann. XVI, 11. 17. 19. Agric. 43. *satis constabat lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum vel honore iudicioque: tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret a bono patre non scribi heredem nisi malum principem.* Plin. Paneg. 33. *Nulla iam testamenta secura.* 43. *In eodem genere ponendum est, quod testamenta nostra secura sunt: nec unus omnium, nunc quia scriptus, nunc quia non scriptus, heres es* c. annott. Schwarz. et Gesn. Strodtbeck. in commentat. de Materninae personae in Dial. de oratt. obviae vultu ironic. p. 7. inter alia de h. l. observat, pellucere his Materni verbis Tacitum, cuius socer Agricola tristi necessitate adactus sit, ut hanc rationem servandi suis patrimonium iniret. Quod si ita se haberet, conferri inde aliquantulum ad determinandum natale tempus libelli. Cf. Klossmann. Prolegg. in Dial. p. 35. Praeterea annotandum est, verbis *futuri testamentum pro pignore scribam* hexametrum paene effici, quorum versuum exempla plura apud Tacit. leguntur: cf. Hess. ad Tac. Germ. 39. Bach. ad Ann. I, 1. Sic I, 21. *damnatos sibi iam miscent flagrantior inde*, vd. Lennep. ad Terent. Maur. p. 276.

quandoque fatalis et meus dies veniat] *quandoque enim* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. *quandocunque* Edd. Put. seqq. *quandoque* Osann. Orell. Walth. Bach., quod pro *quandocunque* dicitur: Liv. I, 31. *ut, quandoque idem prodigium nunciaretur, feriae per novem dies agerentur.* I, 24. XXIX, 10. Tac. Ann. I, 6. IV, 38. *Fatalis dies* aeque ac *meus dies* signif. mortem naturalem. Suet. Ner. 49. (Nero) *caussatus nondum adesse fatalem horam.* Plin. Epp. I, 12. *Est luctuosissimum genus mortis, quae non ex natura nec fatalis videtur.* Suet. Caes. 89. *Percussorum autem fere neque triennio quisquam supervixit neque sua morte defunctus est.* Senec. Lud. cp. 1. *ex quo suum diem obiit.* Pithoeus et Cuiacius legi maluerunt *fatalis meus dies*, ut legitur in Orell. Inscriptt. Latt. nr. 3023. sive 4777. *neque ullus unquam nos diunxisset nisi hic tuus fatalis dies.* Ibid. nr. 4758. *fatalem diem peragere.* Sic *fato fungi* Tac. Ann. XI, 2. *f. obire* VI, 10. *concedere* II, 71. vd. Boettich. Prolegg. p. LXIX. — Pro *veniat* Codd. Edd. Seebod. Dronk. Osann. Walth. Bach. *veniet* cett. Edd. Ritter. autem exhibens *quandoque enim fatalis et tuus dies veniat* haec verba ut suspecta de glossemate probante Rupert. uncis inclu-

meus dies veniat, statuarque tumulo non moestus et atrox, sed hilaris et coronatus, et pro memoria mei nec consulat quisquam nec roget.

sit, in quo suspirio a pia anima orationi Materni inserto particula *enim* ex optimo libro reposita interpolatorem prodat, qui interposuerit, quae cum ceteris non cohaereant et salva sententia abesse possint, et qui pro sua Latinitatis scientia *fatalis et meus* scripserit pro *et meus fatalis.* Orell. proposuit: *relinquere: quandoque* (i. e. et quando) *fatalis et meus dies veniet, statuar tumulo* etc. Forsitan locus sic constitui possit: *relinquere: quandoque enim fatalis et meus dies veniat, statuar* etc.

statuarque tumulo non moestus et atrox, sed hilaris et coronatus] Schulz. laudans Kirchmann. de re funeb. Rom. III, 16. intellexit de statua in sepulcro erecta; Hauff. et Dronk. de sepultura; Eckstein. de combustione, ut ipse non moestus et atrox, qualis vultus vi interfectorum esse soleat, sed hilaris et coronatus, quippe qui sua morte obierit, rogo imponatur. Romani defunctis, quos honore affectos cupiebant, aut coronas sepulcrales imponebant, aut ante eos in funere efferebant, quae etiamnunc in monumentis sepulcralibus conspiciuntur: vd. Kirchmann. I, 11. Sepulcra quoque coronata fuerunt. ib. IV, 3.

et pro memoria mei nec consulat quisquam nec roget] *Memoria mei* intellige de titulis, imaginibus, statuis, columnis aliisque honorum monumentis. *Consulat* i. q. referat ad senatum, quem his rebus interponebant ipsi principes; *roget* sc. principem, num liceat titulos, imagines al. in monumentis sepulcralibus ponere. Nam memoria hominum aut condemnatorum aut, dum viverent, invisorum solebat damnari. Vd. Instit. de iud. §. 3. *cuius poena animae amissionem sustinet, et memoria rei etiam post mortem damnatur.* Gruter. Inscriptt. p. CCCLIV. 2. (cui suspectus est). *M. Annaeo Lucano Cordubensi beneficio Neronis fama conservata.* Artemid. I, 5. ὡς μηδὲ ἀποθανὼν ἔχειν ὄνομα. τούτους γὰρ μόνους ἐκ νεκρῶν δείπνοις οὐ καλοῦσιν οἱ προςήκοντες. vd. Gronov. ad h. l. *Memoria mei,* ut *tui memoria* Ann. I, 43. *fama sui* II, 13. *invidia tui* IV, 40., est structura Tacito usitatissima, de qua vd. Boettich. Lex. Tac. p. 208 sq. Ruddimann. Instit. Vol. II. p. 50. Ramshorn. Gr. §. 157. 2. Praep. *pro* saepe studium partium et commodi exprimit, ponituque a Tacito, ubi alii scriptores solo dativo vel praepos. *de* utuntur. Hist. IV, 58. *nunquam apud nos verba feci aut pro vobis sollicitior aut pro me securior.* Agric. 12. *nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius.* Boettich. Lex. Tac. s. *pro.*

Cap. XIV.

Vixdum finierat Maternus concitatus et velut instinctus, quum Vipstanus Messalla cubiculum eius ingressus est, suspicatusque ex ipsa intentione singulorum altiorem inter eos esse sermonem, Num parum tempestivus, inquit, interveni secretum consilium et causae alicuius meditationem tractantibus? Minime, minime, inquit Secundus; atque adeo vellem maturius intervenisses. Delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo, quum Maternum, ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret, exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta, utque poetas defendi decebat, audentior et poetarum quam

Cap. XIV. *concitatus et velut instinctus*] Haec sunt referenda ad *audentiorem et poetarum quam oratorum similiorem orationem.* Cic. Divin. I, 31. *Furor appellatur, quum a corpore animus abstractus divino instinctu concitatur.* Quint. X, 1, 90. *Lucanus ardens et concitatus* dicitur. Vd. Doederl. Lat. Synon. Vol. I. p. 158.

quum Vipstanus Messalla] *Vibcnius* Cod. vet. Ursin. Cod. Farn. ap. Lips. et Schluttig. at *Urbanius* ap. Bekker. sicut Cod. Par. Ed. Spir. *Urbanus* Cod. Vind. vett. Edd. *Vipsanius* Lips. Pichen. al. *Vipstanius* Broter. *Vipstanus* Ryck. Iac. Gron. Ern. recentt., sicut nomen exhibent lapides ap. Ursin. Spon. Gruter. vd. Walth. ad Ann. XI, 23. Ryck. ad XIV, 1. Eckstein. Prolegg. p. 14.

suspicatusque ex ipsa intentione singulorum altiorem inter eos esse sermonem] *Intentione* sc. vultus, recte Ern., non attentione ut Schulz.; nam ex improviso in cubiculum intrantes, ubi plures colloquuntur, ex ipso eorum vultu cognoscere possumus, utrum de rebus seriis gravibusque, an de iocosis levibusque agant. *Altior* i. q. gravior: Quint. III, 8, 42. *altior quaestio.*

Minime, minime, inquit Secundus, atque adeo] Pro recte bis posito *minime* in Codd. et Edd. semel Dronk. Osann. Orell. exhibuerunt, quod aptissime convenit interlocutori alterum refellenti intentiore sermone, quum Secundus aegre ferat, Messallam animo informasse sententiam, se ingratum fore disputantibus, ut bene annotavit Eckstein. *Atque adeo* explicat *immo* Hand. Turs. Vol. I. p. 505.

laeta, utque poetas defendi decebat, audentior et poetarum quam oratorum similior oratio] *Laeta oratio* est oratio pedestris, quae ad poeticam proxime accedit. Sic ἄνθος, ἀνθί-

oratorum similior oratio. Me vero, inquit, et sermo ipse infinita voluptate affecisset, atque id ipsum delectat, quod vos, viri optimi et temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declamatorio studio ingenia vestra exercetis, sed eiusmodi etiam dis-

ἰων et ἀνθηρός a Graecis usurpantur vd. Ernest. Lex. technol. Gr. s. vv. et Lat. s. *laetus*. Dialog. 20. *laetitia et pulchritudo orationis*, cp. 21. *laetitia nitorque nostrorum temporum*, cp. 22. *loci laetiores*, cp. 23. *laetissima quaeque*. Cic. de Orat. I, 18, 81. *laetum genus verborum*. Plin. Epp. III, 18, 10. *laetior stilus*. De discrim. adiectiv. *audens* et *audax* cf. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 58. Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 258.; *audens* rarius de rebus dicitur: *spes audentior* Valer. Flacc. IV, 284.

Me vero, inquit (sc. Messalla), *et sermo ipse infinita voluptate affecisset*] Supple: si maturius vestro sermoni intervenissem.

viri optimi et temporum nostrorum oratores] Messalla amicos suos optimos viros appellat cp. 30. *Ita enim est, optimi viri;* cp. 41. *Credite, optimi et in quantum opus est disertissimi viri.* Deinde tenendum est, *oratores* cum vi positum esse, ut recte explicant Heumann. et Wopkens. Observv. miscell. Vol. VII. 3. p. 391., ut sententia h. l. sit: Vos, viri optimi, qui nostris temporibus, quibus oratorum summa paucitas est, verae eloquentiae sustinetis laudem. Cf. Dial. 1. *nostra potissimum aetas* etc., cp. 15. *quum oblitus et tuae et fratris eloquentiae* etc., cp. 30. *is est orator* sq., cp. 32. *ut denique oratorem esse fateatur.*

declamatorio studio] Vd. Dial. cp. 31. 35. *Declamationes* (*declamare, declamitare, declamator*), μελέται (μελετᾶν) in scholis rhetorum exercitationis causa dicebantur, de quarum origine vd. Quint. II, 4, 41. *Nam fictas ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phalereum institutum fere constat. — Latinos vero dicendi praeceptores extremis L. Crassi temporibus coepisse Cicero auctor est: quorum insignis maxime Plotius fuit.* Quo genere declamationum usus sit Cicero refert Senec. Controv. L. I. praef. Ellendt. Prolegg. ad Cic. Brut. p. LXXXVIII. Quum postea scholastici declamatores suasorias iudicialesque materias sive controversias fictas veritati dissimillimas tractarent et a vera imagine orandi multum recederent, factum est eorum licentia et inscitia, ut eloquentiam valde corrumperent. Quint. II, 10, 3. IV, 12, 17. De ratione et utilitate declamandi vd. II, 10., X, 5, 14. *Declamationes vero, quales in scholis rhetorum dicuntur, si modo sunt ad veritatem accomodatae et*

putationes assumitis, quae et ingenium alunt et eruditionis ac litterarum iucundissimum oblectamentum quum vobis, qui illa disputatis, afferunt; tum etiam iis, ad quorum aures pervenerint. Itaque Hercule non minus probari video in te, Secunde, quod Iulii Asiatici vitam componendo spem hominibus fecisti plurium eiusmodi librorum, quam in Apro, quod nondum a scholasticis controversiis recessit et otium suum mavult novorum rhetorum more quam veterum oratorum consumere.

orationibus similes, non tantum, dum adolescit profectus, sunt utilissimae, quae inventionem et dispositionem pariter exercent, sed etiam quum est consummatus ac iam in foro clarus. Alitur enim atque enitescit velut pabulo laetiore facundia et assidua contentionum asperitate fatigata renovatur. De his declamatt. cf. Cresoll. theatr. rhetor. IV. 6.

disputationes assumitis] Codd. Farn. Vaticc. 1862. 4498. Edd. Dronk. Osann. Orell. recentt. praeter Rup., qui *adiungitis* lect. Codd. Par. Vind. cett. Edd. recepit. Cap. 31. *exclamationes assumere.* Cic. de Orat. I, 12, 54. *tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi assumet.* Brut. 40, 150. *et Servius eloquentiae tantum assumpsisse.* De frequentissimo usu huius verbi ap. Quint. vd. Lex. Bonnell.

quum vobis — tum etiam iis] Codd. Par. Vind. Edd. *quum — tum* praeter Bach., qui *quum* in Cod. Farn. omissum eiecit, cuius additamenti necessitatem parum perspiciens sic h. l. explicuit: iucundissimum oblectamentum afferunt primum vobis, tum etiam iis, ad quorum cett. At vid. Cic. pr. Arch. 12. *quum dignitate tum etiam venustate.* pr. Planc. 42. *quum luctu tum etiam metu.* Meliora eum edocebit Stuerenburg. ad Cic. pr. Arch. cp. 12. p. 164. Ed. 1832. p. 188. Ed. 1839., ubi de formulis *cum — tum* et *tum — tum* subtiliter disputans illam quater apud Tac. Ann. XII, 32. in. XV, 48. in. Dial. 7. 14. legi annotavit. — Cod. Farn. Orell. Boettich. Walth. Ritt. Bach. *iis* pro *his* lect. Codd. Par. Vind. cett. Edd. cf. Kuehner. ad Cic. Tusc. I, 3, 5. de frequenti confusione et de differentia hor. pronomm.

Iulii Asiatici vitam] *Iuli* Cod. Farn. Cf. de *Asiatico* Hist. II, 94.

a scholasticis controversiis] Vd. Dial. 31. *Scholasticus* a scriptoribus aetatis argenteae attribuitur vel rebus, quae in scholis rhetorum tractantur, vel hominibus, i. e. rhetoribus. *Scholasticae controversiae* Quint. IV, 2, 92. *materiae* XI, 1, 82. *declamationes* Gell. XV, 1. *scholasticae et umbraticae lit-*

Cap. XV.

Tum Aper, Non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere? Nam hunc tuum sermonem saepe excepi, quum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae neminem hoc tempore oratorem esse contenderes, atque id eo credo audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris, quum eam gloriam, quam tibi alii concedunt, ipse tibi denegares. Neque illius,

terae Plin. Epp. IX, 2, 3., de rhetoribus dicitur Dialog. 15. 26. 35. 42. Suet. Rhet. 6. Quint. XII, 11, 16.

Cap. XV. *Non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari*] Dial. 18. *vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse.* Ann. II, 88. *dum vetera extollimus, recentium incuriosi.* III, 55. *nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque aetas multa laudis et artium imitanda posteris tulit.* Agric. 1, ibiq. Walch. Horat. Art. poet. v. 173. *laudator temporis acti se puero.* Plin. Epp. I, 16, 8. *Neque enim debet operibus eius obesse, quod vivit. An si inter eos, quos nunquam vidimus, floruisset, non solum libros eius, verum etiam imagines conquireremus; eiusdem nunc honor praesentis et gratia, quasi satietate languescet.* VI, 21. init. *Sum ex iis, qui mirer antiquos: non tamen ut quidam temporum nostrorum ingenia despicio.*

fratris tui] Fuit *M. Aquilius Regulus*, causidicus et delator improbissimus, qui sub Nerone et Domitiano multis bonis viris exitium, sibi vero hereditatibus captatis aliisque pravis artibus maximas divitias paraverat. A Plinio, qui Epp. I, 5. II, 20. VII. 6. eum hominem flagitiosissimum descripsit, Martialis dissentit, a quo Epigr. I, 13. 83. 112. virtutes, et IV, 16. eloquentia eius Tullianae praeferenda celebrantur; de qua dissensione cf. Gierig. ad Plin. Epp. I, 5. I. Held. üb. d. Werth der Briefsammlung d. Plinius p. 38. Tac. Hist. IV, 42. *Magnum eo die pietatis eloquentiaeque famam Vipstanus Messalla adeptus est, nondum senatoria aetate ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari. — Igitur Messalla non causam neque reum tueri, sed periculis fratris semet opponens flexerat quosdam.* Occurrit Messallae truci oratione Curtius Montanus in scelera Reguli acerrime invectus.

atque id eo, credo, audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris] *antiquis eo credo audacius, quod maligni in iis* Codd. Farn. Vaticc. nisi quod 1518. *maligne in iis; antiquis eo credo audatius, quod malignus his* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *antiquis, esse credis audacius, quo malignitatis* Rhen.;

inquit, sermonis mei poenitentiam ago, neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum Aper, quanquam interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. Et quod quibusdam solatio est, mihi auget quaestionem, quia video etiam Graiis accidisse, ut longius absit ab Aeschine et Demo-

Lips. aut *contenderes. atque id eo credo audacius*, aut *contenderes parem antiquis. eo credo audacius quod maligni in iis opinionem;* ex his Rhen. et Lips. coniecturis vulgatam conflavit Pith., quam primus recepit Ern. et tum recentt. *Opinio malignitatis* (Scheelsucht) i. q. suspicio malign., ut Dial. cp. 2. *maligne opinari*, cp. 23. 25. *malignitas et invidia*, *malignitas* Hist. I, 1.

sermonis mei poenitentiam ago] *Poenitentiam agere* Curt. VIII, 8, 23. Zumpt. Quintil. IX, 3, 12. Plin. Epp. VII, 10. *agere poenitentiam poenitentiae.* Petron. cp. 132. *poenitentiam agere sermonis mei coepi* ibiq. Burm. nec h. l. immemor. *Ille sermo meus* est intelligendus, qui neminem hoc tempore oratorem esse contendebat.

quanquam saepe in contrarium disputes] Dialog. cp. 24. *sumere sibi contradicendi partes*, Quint. II, 15, 26. *contra disputare*, Cic. de Orat. I, 34, 158. *in contrarias partes disputare.* Tacitus solet praep. *in* cum neutr. adiectiv. pro adverbio ponere vd. ad Dial. 2.

Ac velim] *At* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. Dronk. Osann. Orell. Hand. Turs. Vol. I. p. 423. *ac* recte cett. Codd. Edd., nam part. copulativa, non adversativa opus est, quum Messalla procedat ad illos rogandos, ut causas differentiae exponant. Vd. Hand. l. l. p. 496.

ut causas — conquiro] De causis cf. Dial. 25—35. Quint. XI, 3, 18. *infinitam habet differentiam. Plerumque* i. q. nonnunquam, saepe, persaepe, sicut *plerique* i. q. multi. Liv. XL, 46. *ex infestis hostibus plerumque fideles socii, interdum etiam cives fiunt.* Tac. Germ. 13. *et ipsa plerumque fama bella profligant* ibiq. Bach. Walch. ad Agric. p. 108. Ann. IV, 9. 57. Suet. Caes. 62. ibiq. Brem.

Et quod quibusdam solatio est, mihi auget quaestionem] Sententia h. l. est: Quod quosdam solatur, Graecos quoque ab antiqua eloquentiae laude descivisse, ita ut in causas huius differentiae non amplius inquirant, id maiore me cupiditate causas cognoscendi incendit, cur et Graecorum et Romanorum eloquentia fuerit corrupta.

Graiis] *gratis* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. *Graiis*

sthene Sacerdos iste Nicetes et si quis alius Ephesum

Put. seqq. *Graius* forma rara apud scriptores aureae aetatis, frequens est apud poetas (vd. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 585.) et script. poster. Hor. Art. poet. v. 323. Cic. N. D. III, 21. Rep. II, 4. ibiq. Mos. Ochsn. ad Cic. Eclog. p. 310. Corn. Nep. praef. 3. ibiq. Brem. et Daehn. Dederich. ad Dict. Cret. II, 42.

ut longius absit ab Aeschine et Demosthene] *abiisset* superscr. in Cod. Farn. *absit* Codd. Par. Vind. Edd. Pro *Aeschines et Demosthenes* in Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Ber. Rhen. in Castigatt. p. 446. *Aeschine ac Demosthene* proposuit, Lips. *Aeschine et Demosthene* recept. ab omnib. Edd. Orellio recte in annott. probatur *ab Aeschine et Demosthene* in marg. Ed. Francf., quod bona Latinitas requirit et quia inter *absit* et *Aeschine* facile *ab* excidere poterat. Sic Dial. 23. *prope abest ab infirmitate.* Hand. Turs. Vol. I. p. 38. 62. praeeunte Seyfert. Gram. Lat. T. IV. p. 181. observat, verbis *abesse, abalienare, abducere, absterrere* semper componi praepositionem, ubi separatio vel remotio fiat a rebus animatis, saepe omitti, ubi a rebus inanimatis fiat: *abesse publicis consiliis* Liv. XXVI, 13. *seditione* VIII, 32. *officio* Cic. de Offic. I, 14. (Beier.) *urbe* Epp. ad Fam. V, 15., sed Brut. 62, 222. *Multum ab his aberat L. Tafius* i. e. multo inferior erat his. Tenendum autem, Ciceronem plerumque, Quintil. semper sive de rebus animatis sive inanimatis loquuntur *abesse* componere c. praeposit. *a* vd. Clav. Cicer. et Bonell. Lex. Quint. s. v. cf. de structura verbb. composit. c. praeposit. Reisig. Vorles. §. 419. Haas. annot. 577. Ramsh. Gr. §. 142. 8. 6. (verbb. compos. c. praeposs. *a, de, ex*). Bach. *abiisset* recepit, quum *abire ab aliqua re* vel *aliqua re* idem valeat quod *discedere, recedere*, ut Ann. VI, 22. *ne nunc incepto longius abierim*, et plusqpf. *abiissem*, quod pendeat ab infin. *accidisse*, ideo ponatur, quia Messalla exprimere voluerit eo ipso tempore, quo loquatur, istum Nicetem tantopere iam *recessisse* sive remotum fuisse ab Aeschine et Demosthene. Vd. Walch. ad Agric. 6. extr. De Aeschine et Demosthene cf. Dial. 25.

Sacerdos iste Nicetes] *sacerdos iste enitet* Codd. et vett. Edd. *Dositheus* Rhenan. in Castigatt. l. l. *Sacerdos iste Nicetes* ex emend. Lips. in Lect. antiq. I, 16. ab Edd. seqq. receptum est. Fuit Smyrnaeus, quem pariter ac Quintilianum Plinius Secundus (Epp. VI, 6.) Romae frequentabat, rhetor et sophista satis clarus, sed genere dicendi inflato et dithyrambico a vetere eloquentia alienus. Fragmenta eius exstant Senec. Controv. I, 5. p. 108. 7. p. 124. 8. p. 130. IV. 25. p. 285 sq. 29. p. 316. VI, 31. p. 338. 33. p. 352. 34. p. 363. Bip. vd. Philostr. Vit. Soph. I, 19. Kays. Westerm. Gesch. d. griech. Beredts. §. 86.

et si quis alius] Haec formula a Graecis desumpta (*καὶ εἴ τις*

vel Mytilenas contentis scholasticorum clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut ab Asinio recessistis.

ἄλλος) a Tacito frequentatur: Ann. VI, 43. *Hiero et si qui alii delectum capiendo diademati diem haud concelebraverunt.* XII, 38. *Persea Lucius Paullus et si qui alii vinctos reges populo Romano ostendere.* Bach. ad Hist. I, 37.

Mytilenas] Praestat haec scriptura confirmata lect. *Mythilenas* Cod. Farn. et nummis ap. Eckhel. Doctr. Num. Vett. T. II. p. 303. vd. Plehn. Lesbiac. p. 11. Ruhnk. ad Vell. Pat. II, 18. Eckstein. ad h. l. Cic. Epp. ad Fam. IV, 7. ad Attic. VII, 7. (recept. ab Orell. e Cod. Medic.), recepta a Dronk. Bekk. Boett. Rup. Walth. Bach. Ritt. pro *Mitylenas*, quae exstat in plerisque Edd., quanquam dubitarim, num scriptura *Mityl.* in plerisque Codd. graec. et lat. reperta prorsus sit damnanda. vd. Herzog. ad Caes. B. C. III, 102.

contentis scholasticorum clamoribus quatit] *contentus schol. et clamoribus* Codd. Farn. Par. Vind. Edd. praeter Ernest. Broter. Seebod. Orell. al. recentt., in quas *contentis* ex emend. Pith. receptum eiecta copula *et.* F. A. Wolf. verm. Schrift. p. 163. »Qui *contentum* vocarit contenta voce loquentem, neminem scimus, ne poetam quidem: nec vero illud huc pertineret. De commotis plausibus auditoriorum sermo est, non de Stentorea rhetoris declamantis voce.« *Contenta voce dicere* Cic. Orat. 17, 56. *contente dicere* Tusc. II, 24, 57. *contentissime clamitare* Appul. Flor. n. 8. *Quatere* de fama garrula poetis usitatum. Valer. Flacc. II, 122. *et motis quatit oppida linguis.* V, 273. *omnemque quatit rumoribus Arcton.* Sil. Ital. IV, 7. *Terrificis quatit attonitas rumoribus arces* ibiq. Drakenb. Clamores discipulorum, quos Nicetes declamationibus suis efficiebat, tanti erant, ut Ephesus et Mytilenae resonarent, concuterentur.

Afer aut Africanus] Cf. ad Dial. 13. *Iulius Africanus*, fil. Iul. Africani e Santonis, Gallica civitate, a Tiberio damnatus vd. Tac. Ann. VI, 7., fratrem vel cognatum habuit Sextium Africanum, qui census per Gallias egit 813. U. C. Ann. XIV, 46. Laudatur a Quint. X, 1, 118. XII, 10, 11. Fuit adulator abiectus, qui orator legationem Gallicam Romam duxit 813. ut Neroni caedem matris feliciter patratam gratularetur; vd. Tac. Ann. XIV, 10. Quint. VIII, 5, 15. ibiq. Spald. Meyer. fragm. oratt. Rom. p. 246. Westerm. Gesch. d. röm. Beredtsamk. §. 84. 31.

aut vos ipsi a Cicerone aut ab Asinio recessistis] *nos* Cod. Farn. *aut sinio* Ed. Spir. *aut Asinio* Codd. Par. Vind. Edd. nisi quod Walth. et Ritt. *aut ab Asinio* e Cod. Farn. recte receperunt,

Cap. XVI.

Magnam, inquit Secundus, et dignam tractatu quaestionem movisti. Sed quis eam iustius explicabit quam tu, ad cuius summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura quoque et meditatio accessit? Et Messalla, Aperiam, inquit, cogitationes meas, si illud a vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostrum adiuvetis. Pro duobus, inquit Maternus, promitto. Nam et ego et Secundus exsequemur eas partes, quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse.

quanquam omissio praepositionis post particc. copulativas et disiunctivas altero loco repetendae satis frequens ap. Tac. est: Agric. 35. *simul in frontem simul et latera* ibiq. Walch. et Walth. Ann. VI, 51. *quanquam mater in Liviam et mox Iuliam familiam adoptionibus transierit.* Dialog. 28. *Ego de urbe et his — vitiis loquar.* De consuetudine scriptt. aureae aetatis, praesertim quum incuria librariorum praepositt. saepe sint omissae, dissentiunt VV. DD. cf. Reisig. Vorles. §. 418. Haas. annot. 576. Soldan. ad Cic. pr. Ligar. 8. p. 134. Ramsh. Gr. §. 151. 2.

Cap. XVI. *dignam tractatu*] *Consilia tractatu dura* Liv. XXV, 32. (tofacea) *aspera tractatu* Plin. H. N. XVII, 7, 4. cf. Böttich. Lex. Tac. p. 451, qui exempla aliorum supinorum apud alios script. minus usitatorum e Tacito collegit, ut *occupatu* Hist. IV, 15. *rescriptu* Ann. IV, 40. *mutatu* Hist. II, 62.

quaestionem movisti] E tacita emend. Lips. pro *movistis* lect. Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd. receperunt Pichen. Gronov. recentt. praeter Dronk. Osann. et Bach., qui ad Messallam et Aprum refert, quum ad solum Messallam sit referendum, qui quaestionem excitavit. *Movere controversiam* Dial. 35. *mentionem* Liv. XXVIII, 11. Suet. Caes. 79. *actionem* Liv. V, 24. c. annot. Drakenb. vd. Forcell. Comparanda est locutio Graec. *ἐγείρειν — κινεῖν μῦθον — λόγον*, de qua vd. Wyttenb. ad Plutarch. de ser. Num. Vind. p. 83. Dial. 1. est *magnae quaestionis pondus.*

explicabit] Codd. Farn. Vaticc. Dronk. Osann. Bekk. Böttich. Walth. Bach. *explicaverit* Codd. Par. Vind. cett. Edd.

non tam omisisse quam nobis reliquisse] In disputando et disserendo *omittuntur* sive *transmittuntur*, de quibus dicere volumus, quia aliena sunt, aut non satis digna vel gravia videntur; *reliquuntur* vero, quae aliis tractanda vel disputanda reservamus. Vd. Kritz. ad Sallust. Iug. 31. Doederl. Lat. Syn. Vol. III. p. 284 sq. Beneck. ad Cic. Catil. III, 8. *hoc certe, Quirites, quod sum dicturus, neque praetermittendum neque*

Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti, et ipse satis manifestus est iamdudum in contrarium accingi nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam. Non enim, inquit Aper, inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra con-

relinquendum est. Offic. III, 2. *qui negant, eum locum a Panaetio non praetermissum, sed consulto relictum.*

Aprum enim] Hand. Turs. Vol. II. p. 382. »Saepe in demonstratione alicuius rei oratio ex sententia aliqua ad aliam transgreditur, quae aut veritatem istius diligentius persequitur, aut aliquid declarat, quod cum ea cohaeret. In quo nexu nos disputationis progressum designare et vocabulis *nun, nun aber* uti solemus.«

et ipse satis manifestus est iamdudum in contrarium accingi] Structura adiect. *manifestus* c. infinit. activ. et passiv. est Graeca, sed usitata poetis Latinis et scriptoribus posterioribus vd. Matth. Gr. Gr. §. 335. Vechner. Hellenolex. p. 303. ed. Heus. Iani Gram. poet. p. 145 sq. Ramshorn. Gr. §. 168. N. 2. Böttich. Lex. Tac. p. 265. Krueg. Untersuch. Fasc. III. p. 417. Bach. Prolegg. Vol. I. p. XXVI. explicans αὐτὸς δῆλός ἐστι παρασκευάζεσθαι. Tac. Ann. II, 57. *postque rarus in tribunali Caesaris Piso, si quando assideret, atrox ac dissentire manifestus* ibiq. Bach. Stat. Theb. X, 753. *Exempta manifestus casside nosci.* — *Accingi in contrarium* i. q. contrariam sententiam defendere, se parare ad contrariam sententiam defendendam — ad adversarii partes suscipiendas. *Accingere se* sive *accingi* frequentatur a Virgilio, Livio, Tacito in magnis rebus suscipiendis, quae loquendi ratio ducta est ex eo, quod qui aliquid serii facere parabant, cingulo vestes alioquin fluxas constringebant. vd. Ruhnk. Dict. ad Ter. p. 139. Böttich. Lex. Tac. s. v.: *accingi ad spem* — *ultionem* Tac. Hist. IV, 79. *in audaciam* Ann. III, 66. *in discrimen* Liv. II, 12.

Non enim] »Οὐ γάρ ponitur, ubi *negatio* aut unum tantum vocabulum afficit aut certe maiore quadam vi effertur. Quint. X, 1, 8. *Non enim solum nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura* etc. 1, 109. *Non enim pluvias, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed vivo gurgite exundat.*« Herbst. ad Quint. X, 1, 8. Notanda videtur quaedam negligentia orationis, quum quattuor enunciationibus se excipientibus praefixa sit particula causalis: *Nam et* — *Aprum enim* — *Non enim* — *Ego enim:* cuius structurae exempla vd. Quint. X, 1, 8. 9., ubi Herbst. aliis exemplis e Quint. allatis conferri iubet usum loquendi Graecc. ap. Xenoph. Anab. III, 2, 32. V, 6, 4. cf. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. LXXXII.

inauditum et indefensum — *damnari*] Tac. Ann. VI, 77.

spiratione damnari, sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis. Ego enim quum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intelligo; ac mihi versantur ante oculos Ulixes et Nestor, quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen, ut utrique superstites essent. Ex quo apparet

inauditum et indefensum — rapere; Hist. I, 6. *inauditi atque indefensi*; II, 10. *indefensum et inauditum.* Aetate Ciceronis dicebatur *indicta* sive *incognita causa* aliquem damnare, quod legibus vetitum fuisse constat. vd. Rup. ad Hist. I, 6. Sic Cic. Nat. D. II, 29. *Vestra enim solum legitis, vestra amatis: ceteros causa incognita damnatis.* — *Conspiratio* est voc. medium, quo de industria usus est Aper. vd. Reitz. de Ambig. p. 119. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 15.

quos vocetis antiquos] »Ambiguam vocabulorum *antiquus, vetus, vetustus* notionem, ubi de scriptoribus usurpantur, illustrarunt Ernesti ad Suet. Tiber. c. 70. et F. A. Wolf. in Prolegg. ad Pseudo-Cic. or. pr. Marcell. p. XXII. N. cl. Gierig. ad Plin. Libr. IX. ep. 22. Hac de re dignus est qui legatur Auct. Dial. de Oratt. c. 16 et 17. ubi Aper Ciceronem, Caesarem, Caelium, Calvum, Brutum etc. quia ante principatum Augusti floruerint negat iure accenseri antiquis, sed repugnante loquendi usu nugatur.« Weichert. poett. Latt. reliq. p. 98. annot. 11. Vd. ad cp. 19. *prior populus.* Sic apud Graecos *antiqui* vocabantur, qui usque ad Alexandrum vixerunt. Ad vv. *quum audio antiquos* suppl. dici.

ac mihi versantur ante oculos Ulixes et Nestor] *Ulyxes* Cod. Farn. Edd. Put. Ber. *Ulysses* Edd. Alc. seqq. *Ulixes* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Dronk. recentt., qua scriptura optt. Codd. confirmata Romanis constanter usi videntur. vd. Schneidewin. ad Ibyc. Carmm. Reliq. p. 139 sq. Hess. comment. I et III. in Tacit. German. cp. 3. Eckstein. Prolegg. p. 35. *Ulixes et Nestor* tanquam antiquissimi et clarissimi oratores commemorantur. De Nestore vd. Hom. Il. 1, 249. τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Cic. de Sen. 10. *ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio,* ad quem loc. vd. Hess. in Edit. interpret. Graec. Th. Gazae.

quorum aetas mille fere et trecentis annis] E Codd. Farn. Vaticc. (ubi *mile* de quo vd. ad cp. 8.) Brot. Ern. recc. *ducentis* Codd. Par. Vind. cett. Edd. ante Brot., quae computatio propius abest ab rationibus temporis, quum inter Ulixis et Vespasiani

non multo plures quam quadringentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem. Quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur, ad naturam saeculorum ac respectum immensi huius aevi perquam breve et in

imperium mille fere et septuaginta anni effluxerint. Vd. Fischer und Soetbeer Griech. u. Röm. Zeittafeln p. 3 sq. de aera Troiana.

quadringentos annos] Sic Mercerus et Lips. in marg. pro *trecentos* lect. Codd. et vett. Edd. emendandum censuerunt, quos omnes Edd. deinceps sunt secuti. Si annos accurate computabis, quum Cic. de Divin. II, 57. Demosthenem abhinc trecentos annos fuisse referat et Dial. 17. legatur, a Ciceronis interitu usque ad hunc diem, i. e. a. 828. U. C., quo dialogus habitus fingitur, centum et viginti annos colligi, amplius quadringenti anni efficiuntur. Demosthenes autem veneno sumpto periit in insula Calauria Olymp. 114, 3. 10. d. Pyanepsion. sive mens. Octob. 322. a. Ch., quo tempore fere Hyperides orator, acerrimus libertatis defensor contra Macedones ab Antipatro crudelissime necatus est. vd. Plutarch. Demosth. 28. Phoc. 29. Vitt. X. oratt. p. 849. c. Phot. Myriob. cod. 22. Eckstein. ad h. l.

fortasse longum videatur — aevi] E Cod. Farn. *videtur* receperunt Ritt. et Bach., ille quod sequi oportuisset *videatur*, si *forsitan* pro *fortasse* dedisset, hic quod indicativus respondeat sequenti in *proximo est*, neque propter praeced. *referas* Latinitas requirat coniunctivum. Retinui coniunctivum, ac de differentia utriusque partic. conferri iubeo Hand. Turs. Vol. II. 720. et de rariore structura part. *fortasse* c. coniunct. p. 727. — Pro *immensi huius aevi* in Codd. Farn. Vaticc., unde Bröter. et recentt. praeter Dronk. et Osann., *huius immensi aevi* Codd. Par. Vind. cett. Edd. exhibent.

perquam breve et in proximo est] Solent Latini scriptores neutra adiectivorum vel etiam substantiva cum praepositionibus composita saepe pro adverbiis, vel, ubi locus fert, pro adiectivis usurpare, quod genus dicendi ex imitatione Graecorum profectum est, qui et singularem et pluralem (Romanis inusitatum) ponunt: ἐν τῷ ἐλαφρῷ εἶναι Theocrit. 22, 212. ibiq. Kiessl. ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι Herodot. III, 154. ibiq. Valck. ἐν ἀργοῖς Soph. Oed. R. 287. Herm. ἐξ ἀέλπτων Aiac. 716. ibiq. Lob. ἐκ τοῦ εὐπρεποῦς Herod. VII, 57. ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου Thuc. VI, 47. Sic Tac. Agr. 1. *pronum magisque in aperto fuit*, 15. *ex facili* ibiq. Walch., *pro certo* Liv. V, 17. *de improviso* Sall. Iug. 38. Vd. Kritz. ad Cat. 8. Pabst. Ecl. Tac. p. 307. Boett. Lex. Tac. s. *in*, mea annot. ad. cp. 2. et Roth. ad Agric.

proximo est. Nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus, quo eadem positio caeli siderumque, quae quum maxime est, rursum exsistet, isque annus horum, quos nos vocamus, annorum duodecim millia nongentos quinquaginta quattuor complectitur, incipit Demosthenes vester, quem vos veterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno quo nos, sed ferme eodem mense exstitisse.

p. 218. sq. Ad sententiam vd. Plin. Epp. IV, 24. allatus ab Ecksteinio: *si computes annos, exiguum tempus: si vices rerum, aevum putes.*

ut Cicero in Hortensio scribit, is est] Scripsit hunc dialogum 709. U. C. in honorem amici defuncti, in quo philosophiam contra Hortensium eius studium vituperantem tuetur ac defendit simulque cives ad illud excitare studet. Cuius libri eximii de laudibus philosophiae a Cicerone ipso saepius memorati, ut Finn. I, 1, 1. Tusc. II, 2, 4. III, 3, 6. Divin. II, 1., argumentum et fragmenta collecta exhibet Orell. Cic. Opp. T. IV. P. II. p. 479—486. Vid. Kuehner. Cic. in philos. merit. p. 50. — Bach. male cum Cod. Farn. omisit *est*, quod abesse nequit.

quae quum maxime est] Vd. Dial. 37. Est locutio elliptica pro *ut quum maxime*, de qua aliisque similibus, quae ad superlativum circumscribendum ponuntur, cf. Ramsh. §. 155. 5. et Reisig. Vorles. §. 229.; Eckstein. ad h. l. Hist. I, 29. IV, 55. vd. Boettich. Lex. Tac. s. *cummaxime.*

isque annus — complectitur] Sic numerum annorum exhibet Serv. ad Virg. Aen. I, 269. *Tria sunt genera annorum: aut enim lunaris annus est* XXX. *dierum: aut solstitialis* XII. *mensium: aut secundum Tullium magnus, qui tenet* XII. *millia nongentos quinquaginta quattuor annos, ut in Hortensio.* »*Et horum annorum, quos in Fastis habemus, magnus* XII. *millia DCCCCLIV amplectitur.*« Ad III, 284. *magnum annum esse voluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. Et hoc fit, ut diximus, secundum Ciceronis Hortensium post annos* XII. *millia nongentos quinquaginta quattuor, solstitiales scilicet.* Solin. Polyh. de Phoenic. cp. 33. Quum Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd. numerum uno centenario minorem DCCC. offerrent, a Nic. Loensi emendatum receperunt Heum. Ern. recentt. De *magno anno* cf. Cic. Nat. D. II. 52. Somn. Scip. 7. Macrob. ad Somn. Scip. II, 11. de variis *magni anni* spatiis Censorin. de die nat. c. 18. Ideler Handb. d. math. u. techn. Chronol. T. I. p. 193 sq. Broter. et Dronk. ad h. l.

incipit — exstitisse] De hoc pleonasmo vd. ad Dial. 11.

Cap. XVII.

Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, ut puto, Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum temporum disertis anteponere soletis, sed Ciceronem et Caesarem et Caelium et Calvum et

— Pro *fere* in Codd. Par. Vind. Edd. ex corrupt. lect. Cod. Farn. *fama* Bekkerum *ferme* emendantem secuti sunt Boettich. Ritt. Bach. Cf. de utraque partic. Hand. Turs. Vol. II. p. 690 sq.

Cap. XVII. *Menenium — Agrippam*] Praenomen *Agrippa*, quod postea demum cognomen factum est (vd. Rup. ad Liv. II, 32.), postponitur nomini gentili *Menenius*, ut apud scriptores exstat *Manlius Gnaeus*, *Vinicius Publius* vd. Ruhnk. Schol. ad Suet. Tib. 1. *Agrippa Menenius Lanatus*, vir facundus, consularis, orator a patribus cum M. Valerio 261. U. C. 492. a. Ch. ad plebem missus, quae in sacrum montem secesserat, fabula de membris humanis contra ventrem conspirantibus prisco illo et horrido dicendi modo narrata animos civitati reconciliavit, de quo vd. Liv. II, 32. ibiq. Rup. Dionys. Halic. Arch. VI, 42 — 87. Aurel. Vict. de vir. illustr. cp. 21.

Caesarem] Vd. Dial. 21. 25. 34. 38. Cic. Brut. 72. 74. Tac. Ann. XIII, 3. Quint. X, 1, 114. Ellendt. Prolegg. p. CXXVI. Meyer. fragm. p. 178 sq. Fragm. oratt. nulla exstant vd. Dial. 21. Westerm. Gesch. d. röm. Beredts. §. 68.

Caelium] *et alium* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. (at cp. 18. *celius* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put.) *Caelium* Ed. Put., quam aliae sunt secutae, aliae exhibent *Coelium*, quae scriptura praestare videtur Eckstein., quanquam illa confirmatur lapidibus et Graec. Καίλιος solaque probatur Niebuhr Röm. Gesch. Vol. I. p. 394. Ed. II. Orell. in Ed. Cic. Mueller. Etrusk. I. p. 116. Drakenb. ad Liv. III, 65. *M. Caelius Rufus* (vd. Dial. 18. 21. 25.) nat. a. 672. U. C. a. d. V. Cal. Iun., quo Calvus, Puteolis a patre equestri liberalibus artibus institutus ad Ciceronem et M. Crassum, quorum disciplina uteretur, adductus est. Postea quaestura, tribunatu, aedilitate et praetura functus in bello civili a Caesaris partibus stetit. Sed quum praetor 706. U. C. absente Caesare leges turbulentas promulgaret et urbe eiectus in agro Thurino cum Milone ergastulis solutis servos sollicitaret, ab equitibus Caesaris est interfectus vd. Caes. B. C. III, 20 — 22. Moribus fuit iracundus, prodigus, lascivus et inconstans, quippe qui ab Atratino filio de vi et veneficio accusatus a. 700. a Cicerone oratione, quae exstat, defensus sit, quum se ipse quoque defendisset. Eloquentiae eum eximia cum laude studuisse et inter praeclaros oratores Latinos habitum esse testimonia veterum docent. Cic.

Brutum et Asinium et Messallam: quos quidem cur an-

Brut. 79, 273. *eius actionem multum tamen et splendida et perurbana commendabat oratio. Graves eius conciones aliquot fuerunt, acres accusationes tres, eaeque omnes ex rei publicae contentione susceptae; defensiones, etsi illa erant in eo meliora, quae dixi, non contemnendae tamen saneque tolerabiles.* Quint. X, 1, 115. *Multum ingenii in Caelio et praecipue in accusando multa urbanitas dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset.* Cf. de eius moribus mitissimum iudicium Niebuhr. Rhein. Mus. II, 4. p. 598. Exstant eius epistolae XVII. ad Cicer. libr. VIII. Epp. ad Fam. insertae, quibus Manut. vit. Cael. praemisit vd. in Ed. Graev. T. I. p. 348. De fragm. oratt. cf. Meyer. oratt. fragm. p. 193. de vit. et oratt. Ellendt. Prolegg. p. CIX sq. Onomast. Tullian. P. II. p. 113 sq. ed. Orell. et Baiter.

Calvum] *C. Licinius Calvus* (cf. Dial. 18. 21. 23. 25. 34.) natus 672. U. C. patre Licinio Macro, probabili annalium scriptore et oratore, orator et poeta cum Cicerone, a quo pater repetundarum accusatus manum sibi intulerat, simultatem multasque inimicitias exercebat. Rhetoribus Graecis magistris usus et nullis magistratibus functus eximia sui ingenii felicitate industriaque effecit, ut cum Cicerone de principatu eloquentiae posset contendere, mortemque viribus acerrimo studio nimiisque vigiliis corporis infirmioris fractis acceleravit, quam circiter a 706. U. C. eum obisse verisimillimum est. Nonodecimo aetatis anno ad accusationem Vatinii faciendam forum ingressus tanta eloquentiae laude postmodum floruit, ut Ciceronis aemulus et vehementissimus obtrectator fieret nec unquam cum eo, licet mutuas sibi epistolas mitterent, in gratiam rediret. Ex qua simultate orta sunt iudicia iniquiora, quae ab utroque lata legimus in alterum in Dialogo et Cic. Brut. 82, 283. *qui orator quum fuisset litteris eruditior quam Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi et exquisitius afferebat genus: quod quanquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se atque ipse sese observans metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem et a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur. Tum Brutus, Atticum se, inquit, Calvus noster dici oratorem volebat. Inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur.* Quint. X, 1, 115. *Inveni, qui Calvum praeferrent omnibus, inveni, qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse. Sed est et sancta et gravis oratio et custodita et frequenter vehemens quoque. Imitator autem est Atticorum fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus sibi,*

tiquis temporibus potius ascribatis quam nostris non video. Nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, se-

non sibi quid detracturus fuit. Commemorantur fragm. oratt. in Vatinium (2), pro C. Catone, pro Messio, in Drusum, in Asitium, quae vd. ap. Meyer. fragm. p. 201—205. Weichert. p. 112 sq. De Calvo poeta haec sunt tenenda, eum maximam quidem vitae partem eloquentiae forensi et otium ad animum relaxandum tantum poesi tribuisse, tamen cum Catullo ob morum et studiorum poeticorum similitudinem iunctum non multa carmina scripsisse, quae laudatores Ovidium, Propertium aliosque praeter Horatium et imitatores nacta sunt, et fuerunt amatoria eaque petulantiora, Io carmen heroicum, epigrammata famosa et epistola ad uxorem, in numeris et verbis duriora, quorum fragm. collegit Weichert. in comment. de C. Lic. Calv. poeta, in poett. Latt. reliq. p. 89 sq. Vd. Ellendt. Prolegg. p. CXVIII sq. Westerm. Gesch. d. röm. Beredts. §. 70.

Brutum] *M. Iunius Brutus* (vd. Dial. 18. 21. 25.), fil. M. Bruti et Serviliae, nat. 669. mort. 711. U. C. post pugnam Philippensem, cuius vita satis nota est ex historia Romana, familiarissimus fuit Ciceroni, qui ei inscripsit *Brutum*, *Oratorem*, *Tuscul. Disputt.*, *Libros de Natur. Deor. et de Finib. Bonor. et Malor.* magnique fecit eius philosophiam et eloquentiam, ut veteres non recte statuisse videantur, qui eum philosophum maiorem quam oratorem fuisse dicerent. Vd. Dial. 21. Quint. X, 1, 123. *Egregius vero multoque quam in orationibus praestantior Brutus suffecit ponderi rerum: scias eum sentire quae dicit.* Westerm. l. l. §. 70. Scripsit orationes pro rege Deiotaro (Dial. 21. habit. Nicaeae in Bithynia 707. U. C. vd. Cic. Epp. ad Attic. XIV, 1. Plutarch. Brut. 6.), concionem Capitolinam, pro Appio Claudio Pulchro, laudationem App. Claudii, laudationem Catonis, declamationes, libros historicos, carmina lasciva Plin. Epp. V, 3., libros de virtute, περὶ καθήκοντος, de officiis, de patientia et epistolas Graecas Latinasque. Sed quae nunc feruntur Bruti epistolae, non multum post Bruti mortem fictae videntur. Cf. Plutarch. vit. Brut. Wetzel. praef. Cic. Epistol. p. 11. Ellendt. Prolegg. p. CCXXVII sq. Meyer. fragm. p. 205 sq. et ad Cic. Brut. p. 9. Onomastic. Tullian. P. II. p. 319. Orell. et Baiter.

quos quidem cur antiquis temporibus — non video] De structura loci vd. Stuerenb. ad Cic. pr. Archia. 1. p. 19. Ed. 1832.

Tiro] *M. Tullius Tiro* praeter multos libros de Ciceronis quoque vita scripsit, qui memorantur ab Asconio Pediano ad or. pr. Milon. cp. 14. *Et legimus apud Tironem, libertum Ciceronis, in libro quarto de vita eius oppressum a Clodio L.*

ptimo Idus Decembris occisus est, quo anno Divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Quintum Pedium consules suffecit. Statue sex et quinquaginta annos, quibus mox Divus Augustus rem publicam rexit; adiice Tiberii tres et viginti et prope quadriennium Gai ac

Caecilium praetorem. Cf. disputat. historia de M. Tullio Tirone, M. T. Cic. liberto, script. ab I. C. Engelbronner. Amstelod. 1804. 8. Tironiana collegit A. Lion in Seebod. Archiv. f. Philol. 1824. p. 246 sq.

septimo Idus Decembris — Divus] Lips. *Decembris* omiss. in Codd. et vett. Edd. adiecit vd. Pighii Annal. ad a. 710., quo die Cicero prope villam Caietanam occisus est vd. Schirlitz. Vorschul. z. Cic. p. 222. ibiq. laudat. Plutarch. Cic. 47. 48. Appian. IV, 4. Dion. Cass. XLVII, 10. 11. Liv. ap. Senec. Suasor. 7. Valer. Max. V, 3. — Bach. *Divus* in Cod. Farn. omissum eiecit, quum statim aptiore loco repetatur. Retinui ob aliorum Codd. et Edd. auctoritatem et quod Augusti nomini semper fere in hoc Dial. praemitti soleat.

Statue — adiice — colliguntur] I. e. si statuis — adiicis — colliguntur. Saepe enim a Graecis et Latinis pro conditionali enunciatione simplex ponitur, quod genus dicendi multo gravius atque magis oratorium quam vulgare. Cic. Tusc. II, 12, 28. *Rogo hoc idem Epicurum: maius dicet esse malum mediocrem dolorem, quam maximum dedecus* ibiq. Kuehner. Quint. XII, 10, 36. *Subtilitate vincimur: valeamus pondere.* IX, 4, 120. Horat. Satir. I, 1, 45 sq. ibiq. Heindorf. II, 6, 48 sq. Bentl. Ruddiman. Instit. P. II. p. 356. Stallb. Ramsh. §. 193. 5. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Heroid. 4, 139. Dissen. ad Tibull. I, 6, 53. et ad Demosth. de Coron. p. 284. de Graecis.

Statue sex et qninquaginta annos] Codd. Farn. Vaticc. exhibent *novem et quinquaginta annos*, Codd. Par. Vind. et Edd. ante Lips. *octo et quinquaginta*, quem *sex et quinq.* emendantem omnes Edd. sunt secuti praeter Dronk. et Osann. *octo et quinq.* revocantes. Lips. emendatio confirmatur computatione inde a Ciceronis morte facta, Ciceronem interfectum esse VII. Id. Dec. 711. U. C. et Augustum mortuum XIV. Cal. Sept. 768. vd. Suet. Aug. 8. *primum cum M. Antonio Marcoque Lepido, dein tantum cum Antonio per duodecim fere annos, novissime per quattuor et quadraginta solus rem publicam tenuit.*

Gai] Bekk. (sicut Hist. I, 48. — num e Cod. Farn.?) Boettich. Ritt. Bach. (ubivis in suis Edd. Tac.), quae scriptura confirmatur lapidibus ap. Gruter. p. 250. 574., multis bonis Codd. vett. scriptor. Latin., ut Guelferbytt. (Gudian. II.) Cicer., et orthogr. Graec. Γάϊος, commendata a Schneider. quo-

bis quaternos denos Claudii et Neronis annos atque ipsum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum ac sextam iam felicis huius principatus stationem, qua Vespasianus rem publicam fovet: centum et

que Elementarlehr. d. Lat. Spr. I. 1. p. 232 sq. et Weichert. de Luc. Var. p. 18., qui recte statuunt, nomina *Gaius* et *Gnaeus* scribenda et pronuncianda, si ponantur integra, sin siglis et notis, nisi litteris *C* et *Cn* non exaranda esse. *Cai* exhibent Edd. vett. usque ad Pichen., a quo *Caii* illatum est. De forma genit. in *i* confirmata lapidibus (Orell. Inscriptt. 512. *Iuli,* 515. *Claudi,* 563. *Mummi*) et bonis Codd. (ut Farn. ubi Dial. 14. *Iuli* et cp. 17. *Atti*) cf. Haas. annot. 54. ad Reisig. Vorles., qui invitis etiam Codd. apud Tacitum *ii* retinendam censet.

atque ipsum — longum et unum annum] Codd. Farn. Vatic. Pithoe. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt. *atque unum — longum et unum* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *atque unum — unum* Edd. Put. seqq., donec Lips. emend. et seqq. *atque ipsum — unum.* *Longus annus* dicitur, quia inter Neronis et Vitellii principatum unus annus cum XXII diebus intercessit, non dicitur longus, ut Bach. annotavit, quia intra illud temporis spatium res iusto plures atque graviores erant gestae, quare ille annus ipse longior esse videbatur quam *vulgaris* annus esse solet. Cum Hand. Turs. Vol. II. p. 490. recte *et unum* explicandum *et tamen unum.* add. Agric. 15. c. annott. Walch. p. 222.

ac sextam iam felicis huius principatus stationem] *Statio* proprie est militum; deinde aetate argentea in universum dicitur de quovis munere alicui demandato. Sic de imperii spatio et de ipso imperio Vell. Pat. II, 124. Ruhnk. *ut stationi paternae succederet.* Ib. 131. Suet. Claud. 38. *ad susceptam stationem* ibiq. Schol. Ruhnk. Anton. Pii Epist. ap. Fronton. p. 258. Ed. Rom. *hunc diem, quo me suscipere hanc stationem placuit.* Ceterum duo sunt, quae h. l. offenderunt interpretes: alterum, quod *statio* de uno anno imperii usurpetur, qua difficultate motus Schulting. *secutam* probabiliter coniecit, alterum, quod Vespasianus non per totum principatum, sed sexto demum eius anno rem publicam fovisse dicatur.

rem publicam fovet] Ut medicus fomenta et remedia aegrotis curandis adhibet, quibus membra affecta et dolores foveat (Agric. 45. *fovere deficientem* - θεραπεύειν), sic Vespasianus rem publicam aegram tam longa pessimorum principum dominatione bellisque civilibus misere vexatam curat eiusque malis mederi studet. Sic recte h. l. accepit Rupert., cui improbata est Bach. interpretatio, Vespasianum cum gallina pullos fovente

viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. Nam ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fatebatur ei pugnae interfuisse, qua Caesarem inferentem arma Britanniae arcere littoribus et pellere aggressi sunt. Ita si eum, qui armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel vo-

comparantis. Alio sensu legitur Liv. XXVI, 38. *rem Romanam fovere.*

centum et viginti anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur] Codd. Farn. Vatic. 1518. Edd. post Puteol., in qua iam error Codd. Vaticc. 1862. 4498. Par. Vind. Ed. Spir. C. X. correctus est. Vd. Dial. 24. *quum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.* Sextus autem annus principatus Vespasiani est a. Cal. Iul. a. LXXIV. usque ad Cal. Iul. a. LXXV. Ex more computandi Romanis usitato proprie sunt anni CXVIII vel ex nostro more anni CXVII, menses II. et dies XI, sicut annotavit Orell., ut CXX efficiant numerum summatim comprehensum, quo Tacitus in maiore numero uti solet. *Colligere* rarius est in computando: German. 37. *Ex quo si ad alterum Imperatoris Traiani consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur.* Plin. H. N. XIII, 13, 27. *Ad quos* (consules) *a regno Numae colliguntur anni* DXXXV. Ne quis autem miretur, 120 annos aetatem unius hominis dici, conferat Agric. 44., ubi Agricola, qui excessit sexto et quinquagesimo anno, medio in spatio integrae aetatis ereptus dicitur. Vd. Plin. H. N. VII, 48. de spatio et longinquitate vitae hominum exempla afferens. Wesseling. ad Herodot. I, 162. nec h. l. immemor suspicatur, scriptorem dialogi respexisse ad aetatem Arganthonii, de quo vd. Cic. de Senect. 19.

ipse — senem] Senem vero illum nisi post a. 800. U. C. in Britannia videre non potuit, ut Brot. annotavit.

fatebatur — agressi sunt] *fatebatur* Cod. Farn. Bekk. Bött. Walth. Ritt. Bach. *fateretur* in cett. Codd. et Edd. *Britannis* e Bip. temere receperunt Oberlin. et Lünemann. Est synesis implicita, qua substantivum ex anteced. voc. ductum est substituendum, cuius exempla collegit Ramsh. §. 206. 4. 6. Caes. B. C. I, 39. *Domitius navibus Massiliam pervenit atque ab iis receptus urbi praeficitur* ibiq. Herzog. Liv. XXXVIII, 29. *quattuor menses obsidionem Same sustinuit; quum ex paucis cotidie aliqui eorum caderent* ibiq. Drakenb. Sallust. Catil. 39. ibiq. Kritz. Iul. Caesar a. 699 et 700 cum exercitu Britanniam ingressus non ultra Cantium processit. Vd. Agric. 13. ibiq. scriptores a Walch. et Rup. laudatos. Caes. B. G. IV, 20—36. V, 4—23.

luntas vel fatum aliquod in urbem pertraxisset, idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se a Divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. Ex quo colligi potest et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse: nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extre-

si pertraxisset — idem et — audire potuit] *et quidem* Codd. Farn. ap. Bekk. Par. Vind. vett. Edd. *et quidem et* Cod. Farn. e collat. Schluttig. *idem* ex emend. Rhen. seqq. *idem et* Walth. Ritt. Bach. Structura h. l. satis frequens est apud Latinos et imprimis apud Tacitum, qui in enunciatis conditionalibus plusquamperf. coniunctivi in protasi et praeteriti in apodosi indicativum ponunt, ut rem quidem non factam significent, sed quam certa conditione posita fieri potuisse aut debuisse cogitant. Tac. Hist. IV, 34. *quem si statim impellere maturasset, solvere obsidium potuit.* I, 64. *prope in proelium exarsere, ni Valens admonuisset.* III, 9. *Quod si affuisset fides, aut opprimi universis Vitellianorum viribus duae legiones potuere, aut retro actae deserta Italia turpem fugam conscivissent.* Agric. 31. *Brigantes — ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuere.* Vd. Ramshorn. Gr. §. 193. 7. Zumpt. §. 519. Bach. ad Ann. I, 35. Rupert. III. Ind. Vol. IV. p. 843. Tacit.

actionibus] *Actio* est oratio vel habita vel scripta, qua significatione nihil frequentius apud Plin. et Quintil. vd. Lex. s. v. Quint. X, 1, 22. *legere actiones, ut Demosthenis atque Aeschinis inter se contrarias.* XII, 10, 51. *neque aliud esse* (videtur) *oratio scripta quam monumentum actionis habitae.* Plin. Epp. II, 5. IX, 13. Sic satis notae sunt Ciceronis actiones Verrinae. Dial. 26. *temporum nostrorum actores memorantur.*

Proximo quidem congiario] I. e. proxima quidem distributione congiarii, quae facta est a. 826. U. l. *Congiarium* proprie est vas, quod congium, mensuram sex sextariorum, capit deinde, nomen muneris, quo liquida congio in plebem ad eius favorem captandum distribuebantur, quae antiquitus erant vel oleum Liv. XXV, 2., vel vinum Plin. H. N. XIV, 14, 17., vel sal ib. XXXI, 7, 14, postea vero largitionibus invalescentibus frumentum vel adeo pecunia, quae ab Imperatoribus populo dari solebat. vd. Tac. Ann. I, 11. III, 29. Suet. Tit. 20. 54. Calig. 17. A quo discernebatur *donativum*, quod ab Imperatoribus militibus distribuebatur vel ob auspicium imperii vel ob adoptionem vel ob victoriam. vd. Suet. Ner. 7. Tac.

mum duravit. Ne dividatis saeculum et antiquos ac veteres vocitetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoscere ac velut coniungere et copulare potuerunt.

Cap. XVIII.

Haec ideo praedixi, ut, si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus acquiritur, eandem do-

Ann. XII, 41. ibiq. Rup., quod tamen discrimen a scriptoribus posterionibus saepe neglectum videmus. Cf. Broter. Excurs. ad h. l. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 27. Schwarz. ad Plin. Paneg. 25. et Excurs. 30. I. Zimmermann de congiario ad Plin. Paneg. 25. Vitemberg. 1712. 4.

duravit] I. e. vitam produxit. Dicitur de hominibus: Ann. III, 16. c. annot. Rup. *neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nostram ad iuventam duraverunt.* Germ. 30. ubi v. Hess. Quint. III, 1, 9. (Gorgias) *ultra Socratem usque duravit.*

Ne dividatis — potuerunt] Ed. Cod. Farn. *ne — vocitetis* receperunt Bekk. Bött. Walch. Ritt. Bach. pro vulg. *nec — vocetis.* Non silentio praetermittenda est coniectura ab Ecksteinio proposita, in quam incidit quoque Fr. Hessius in annott. mss. mecum communicatis, pro *veteres* legendum esse *recentes,* primum quod, ubicunque adiectiva *vetus* et *antiquus* in Dialogo 15. 16. et apud alios scriptores Plin. Paneg. 11. Epp. III, 6. vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. IV. p. 84. legantur, *vetus* praemitti soleat, deinde quod sententia loci flagitet, quum saeculum non dividatur, nisi *antiqui* ac *recentes* copulentur, nomenque ineptum sit, si idem homo veteres cum illis, qui sua aetate vivant, coniungere possit. Sic *antiquus* contraria habet adiect. vel *recens* vel *novus.* Agric. 10. *Livius veterum, Fabius Rusticus recentium eloquentissimi auctores vocantur.* Plin. Epp. VIII, 14. *cui semper fuit curae sic iura publica ut privata, sic antiqua ut recentia tractare.* Quint. II, 5, 23. *suaserim et antiquos legere — et novos.* — Verba *coniungere* et *copulare* coniuncta leguntur Cic. Finn. II, 14, 45.

Cap. XVIII. *si qua ex horum — acquiritur*] *Acquirere* i. q. comparare, quaerere vd. Suet. Claud. 36. *quum adultero Silio acquiri imperium credidisset.* Iustin. III, 6. *dummodo inimicis suis hostes acquirerent.* 7. *sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia aut ex suspicione proditionis infamiam.* Plin. Epp. I, 10, 6. *quae licet fortuita et inania putentur, illi tamen plurimum venerationis acquirunt.* — Vocc. *famae gloriaeque* coniuncta legi Sall. Iug. 4 et 48. Plin. Epp. VI, 29, 3. Paneg. 10. annotavit Eckstein.

cerem in medio sitam et propiorem nobis quam Ser. Galbae aut C. Carboni, quosque alios merito antiquos

in medio sitam] *In medio situm* sive *positum est* (ἐν μέσῳ κεῖται) id, ad quod undique cuivis aditus patet, cuius quivis particeps fieri potest, vel quod omnibus notum est. Ter. Phorm. prol. 17. *in medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam* ibiq. Ruhnk. Dict. Plin. Paneg. 88. *Paratum id quidem et in medio positum, novum tamen* ibiq. Schwarz. Cic. Divin. in Caec. 11. *Atque ego haec, quae in medio posita sunt, commemoro. Sunt alia magis occulta furta.* De Orat. I, 3, 12. *Quod hoc etiam mirabilius debet videri, quia ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e fontibus hauriuntur, dicendi autem omnis ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur.*

Serv. Galbae] Cf. Dial. 25. *Servius Sulpicius Galba* e nobilissima gente oriundus, temporum suorum eloquentissimus, propraetor Hispaniae 604. U. C. quum Lusitanorum, a quibus primum turpi clade affectus, deinde ad pacem faciendam provocatus esset, novem vel adeo triginta millia summa perfidia trucidasset reliquosque servos in Galliam vendidisset, a. L. Scribonio Libone trib. pl. et a M. Catone Cens. acerrime accusatus et absolutus 610. U. C. consul factus est. Cf. U. I. H. Becker Viriath u. die Lusitanier p. 15 sq. et 96 sq. Causam egit pro publicanis 616. U. C. Temporibus Livii (Epitom. lib. 49) exstabant eius tres orationes. Cic. Brut. 21, 82. *Sed inter hos aetate paulum his antecedens sine dubio Ser. Galba eloquentia praestitit; et nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur a proposito ornandi causa, ut delectaret animos, ut permoveret, ut augeret rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur. Sed nescio quomodo quem constat eloquentia praestitisse, exiliores orationis sunt et redolentes magis antiquitatem quam aut Laelii aut Scipionis aut etiam ipsius Catonis; itaque evanuerunt, vix iam ut appareant.* Cf. Ellendt. Prolegg. p. XXXI sq. Meyer. fragm. p. 166. Westerm. Gesch. d. r. B. §. 37.

aut C. Carboni] *aut* e Cod. Farn. primus recepit Ritt. iam commendatum in annot. ab Eckstein., quum saepius scriptores ea particula usi sint ad coniungendas enunciati partes, non ad disiungendas, ut Cic. Orat. 1, 4. *in poetis non Homero soli locus est aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel secundis vel etiam infra secundos*, de quo loc. cf. Hand. Turs. Vol. I. p. 527. Plin. Epp. I, 16, 5. *Praeterea versus facit, quales Catullus aut Calvus. C. Papirius C. F. Carbo*, trib. pl. seditiosus 623. U. C., partium Gracchanarum

vocaverimus. Sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes et quos utinam ne in illa parte imitatus esset

socius, triumvir agris dividundis cum C. Graccho et Fulvio, auctor legis Papiriae de tribunis reficiendis et tertiae tabellariae, post praeturam a 629. gestam consul creatus 634. a plebe ad optimates defecit adeoque L. Opimium, C. Gracchi interfectorem, prospero successu defendit. Sed a L. Licin. Crasso accusatus, ut certam condemnationem effugeret, cantharidas sumpsit. Praeclarum eum fuisse oratorem et causarum patronum, sed iuris legumque non admodum peritum testatur. Cic. de Orat. I, 10, 40. et 27, 105. *Carbo, quoad vita suppeditavit, est in multis iudiciis causisque cognitus. Hunc qui audierunt prudentes homines, in quibus familiaris noster L. Gellius, qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem et volubilem et satis acrem, atque eundem et vehementem et valde dulcem et perfacetum fuisse dicebat; addebat industrium etiam et diligentem et in exercitationibus commentationibusque multum operae solitum esse ponere. Hic optimus illis temporibus est patronus habitus, eoque forum tenente plura fieri iudicia coeperunt.* Cf. Ellendt. Prolegg. p. XXXV. Westerm. Gesch. d. r. B. §, 41. Meyer. fragm. p. 110.

quosque alios merito antiquos vocaverimus] Codd. Farn. Vaticc. Dronk. et seqq. *antiquos merito vocaremus* cett. Codd. et Edd., nisi quod a Broter. in annott. commendatum *vocaverimus* substituerunt Bip. et Oberl. Wolf. verm. Schrift. p. 161. *vocaverimus* explicat vocare licet, Bach. vocare solemus, qui ad Ann. I, 76. exempla perf. coniunct. collegit laudato Ramsh. §. 164. 5. a. Eius generis attractionis, quo ex enunciato primario nomen in secundarium relativum transfertur, ut h. l. *quosque alios voc.*, exstant ap. Tacit. Ann. II, 74. *consultatum inde inter legatos, quique alii senatorum aderant.* Hist. I, 53. *et Treveri ac Lingones, quasque alias nationes Galba perculerat.* Cf. Pabst. Ecl. Tac. p. 309. Krüger Untersuch. aus d. Geb. d. Lat. Spr. Fasc. III. p. 179. Bach. ad Ann. XIII, 8.

sunt enim horridi — informes] De adiect. *horridus* cf. Ern. Lex. techn. Gr. s. v. Oratio et elocutio *horrida* est, quae non est arte structa et composita, cui opponitur nitens, elegans, polita, luminibus et ornatu oratorio distincta et numerosa. Dial. 20. *tristis et impexa antiquitas.* Quint. II, 5, 23. *rudis saeculi squalor*, VIII, 5, 34. *vetus horror*, X, 2, 17. *horride atque incomposite.* Cic. Orat. 45, 152. Catonis orationes *horridulae* dicuntur. Synon. *rud. et inf.* vd. Tac. Dial. 20. *rudi caemento et informibus tegulis.* Ann. XII, 35. *rudes et informes saxorum compages.*

et quos utinam imitatus ne in illa parte esset] *quos utinam imitatus esset* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *quos utinam*

Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero. Agere enim fortius iam et audentius volo, si illud ante praedixero, mutari cum temporibus formas quoque et genera di-

imitatus non esset ex emend. Rhen. seqq. et Rup. *et quos utinam ne im. esset* Heum. *et quos utinam nulla parte imitatus esset* Codd. Farn. (e. coll. Niebuhr.) Vaticc. Broter. (Oberl. et Lünem. *imit. n. p. e.*) *utinam in illa parte imitatus esset* Cod. Farn. e coll. Schluttig. *utinam ne in illa parte imitatus esset* Muret. e coniectura, cui suffragatur Cod. Farn., recepta a Bekk. Ritt. et probata Eckstein. in annot. Lect. *nulla p. im. es.* explicat Ernestius: Et tales, ut optandum sit, ut ab eorum imitatione se abstinuissent Calvus, Caelius etc. Secundum lect. *ne in illa parte* reprehenduntur a Tac. Caelius, Calvus et ipse Cicero, quod horridam et impolitam orationem Galbae, Carbonis aliorumque imitati sint quam vim vehementiamque, quae illis a vett. scriptoribus, quos supra laudavimus, tribuitur. Sic legitur Dial. 21. *nec quenquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet, qua antiquus est.*

ante praedixero] Hand. Tursell. Vol. I. p. 385: »A vocabulo *ante* distinguimus praepositionem *prae* notione ab ordine desumpta: quapropter haec proprie dicitur de re prius agenda et de quacunque praestantia. At vulgaris usus haec ab antiquissimis iam temporibus miscuit. — Igitur *ante* etiam ponitur de eo, quod prius fit, aut prae aliis rebus conficitur: quare coniungitur cum verbis *praeoccupare*, *praeparare*, *praecogitare*, *praescire*, et aliis huius generis, et cum adverbio *prius*.« Dial. 28. *prius praedixero*. Cic. Phil. VI, 3. Plin. Epp. X, 15. *ante praedicere*. Flor. II, 12, 14. *Sed multo prius gaudium victoriae populus Romanus quam epistolis victoris praeceperat* (non *percep.*) ibiq. Duker. Tac. Ann. XI, 7. *nihil a quoquam expeti nisi cuius fructus ante providerit* (Hand. *praevid.*) ibiq. Walth. et Bach. Ramsh. Gr. §. 208. 1. a. Böttich. Lex. Tac. Prolegg. p. LXLIII.

mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi] Dial. 19. *cum conditione temporum formam quoque ac speciem orationis esse mutandam*. Iustin. XXXI, 5, 9. *Reverso Carthaginem statim cum loco fortunam belli mutatam*. De sententia cf. Quint. II, 5, 24. 8, 2. Cic. de Orator. III, 9, 34. *si paene innumerabiles sint quasi formae figuraeque dicendi, specie dispares, genere laudabiles.* Schuetz. Lex. Cic. Bonnell. Quint. s. v. *forma*.

Catoni seni] *M. Porcius Cato*, Priscus sive Maior, Sapiens vel qui a censura summa severitate gesta *Censorius* dicitur, Tusculi natus 519. mort. 605. U. C., tot et tam praeclaris ingenii animique virtutibus et rebus domi bellique gestis

cendi. Sic Catoni seni comparatus C. Gracchus ple-

multisque scriptis praestitit, ut a summis Romanorum scriptoribus, velut a Cicerone, Livio, Quintiliano, iure ac merito laudatus optimus orator, optimus imperator, optimus senator haberetur (Plin. H. N. VII, 27.). Homo novus summos magistratus adeptus, quaesturam 548., aedilitatem 554., praeturam 555., consulatum 558., censuram 569., et fortitudine bellica insignis, cuius eximia documenta edidit sub Fabio Maximo ad Capuam 538. et ad Tarentum, tribunus militum 545. in Sicilia et sub Consule Claudio Nerone in pugna ad Senam 546., postea in Hispania citeriore, unde triumphans Romam rediit, et legatus sub M'. Acil. Glabrione in pugna ad Thermopylas, in re publica strenue et fortiter cum magna integritate atque abstinentia gerenda morum antiquorum tenacissimum, luxuriae omnisque saeculi corruptelae acerrimum vindicem et neglecta optimatium gratia vehementissimum civium in magistratibus gerendis improborum adversarium se exhibebat. Quo factum est, ut in multorum invidiam et odium incurreret, quos aut ipse accusaret aut a quibus accusaretur. De litteris autem Latinis tam praeclare meruit, ut iure eloquentiae Romanae parens sit habendus. Excellens enim multiplici doctrina et singulari iuris scientia permultos scripsit libros eosque praestantissimos, quorum reliquias tantum praeter librum de re rustica ad nos pervenisse summopere dolendum est, quas satis negligenter collegit A. Lion in Catonianis. Gotting. 1826. 8., diligentius oratt. fragm. Meyer. p. 16—92. Sunt *orationes* amplius 150, quas Cicero adhuc legit, *de re rustica*, *Originum* l. VII, *de re militari*, *epistolae*, *epistolicae quaestiones*, *de liberis educandis*, *carmen de moribus*, *commentarius*, *quo medetur filio*, *servis*, *familiaribus*, *apophthegmata* et *de oratore*. Egregius locus de laudibus Catonis est Liv. XXXIX, 40. Quint. XII, 11, 23. *M. Censorius Cato, idem orator, idem historiae conditor, idem iuris, idem rerum rusticarum peritissimus, inter tot operas militiae, tantas domi contentiones, rudi saeculo litteras Graecas aetate iam declinata didicit, ut esset hominibus documento, ea quoque percipi posse, quae senes didicissent.* Cic. Brut. 17, 65. *Catonis vero quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit aut quis novit omnino? et quem virum, di boni! mitto civem aut senatorem aut imperatorem; oratorem enim hoc loco quaerimus: quis illo gravior in laudando, acerbior in vituperando, in sententiis argutior, in docendo edisserendoque subtilior? Refertae sunt orationes amplius centum quinquaginta, quas quidem adhuc invenerim et legerim, et verbis et rebus illustribus, licet ex his eligant ea, quae notatione et laude digna sint: omnes oratoriae virtutes in iis reperientur. Iam vero Origines eius quem florem aut quod*

nior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Cras-

lumen eloquentiae non habent? Cf. Cic. Cato M. Plutarch. et Corn. Nep. vit. Cat. Ellendt. Prolegg. p. XIX sq. Westerm. G. d. r. B. §. 23—27. Kraus. vett. hist. Rom. vitt. et fragm. p. 89—125.

C. Gracchus plenior et uberior] Vd. Dial. 26. 40. *C. Sempronius Gracchus*, multo ingeniosior et eloquentior fratre Tiberio, in quo tamen melior mens voluntasque erat, ad cuius mortem ulciscendam et consilia persequenda excitatus quum triumvir agris dividundis factus pro lege Papiria et contra legem Iuniam frustra contendisset, in Sardiniam quaestor 628. U. C. missus est, unde, quum post biennium inimici successorem mittere nollent, sponte sua e provincia decedens Romam rediit orationeque ad populum habita reditus sui inexspectati rationem reddidit et accusatus quasi socios sollicitarit coniurationisque Fregellanae particeps fuerit a populo absolutus et tribunus pl. in a. 630. creatus est. In tribunatu leges promulgavit populares, quibus statum rei publicae adeo labefactavit tantasque turbas movit, ut a. 633. auctoritate senatus ab L. Opimio consule interficeretur. Praecipuum suorum temporum oratorem fuisse testimoniis Ciceronis, Quintiliani (I, 10, 27.) aliorumque docemur, quum 17. oratt. eius paucae reliquiae supersint collectae a Meyer. p. 116—126. Exstabat praeterea liber epistolarum ad Corneliam, egregiam matrem (Quint. I, 1, 6.) scriptarum. Catonem Gracchosque coniunctos commemoraverunt Quint. II, 5, 21. XII, 10, 10. Plin. Epp. I, 20, 4. *Hic ille mecum auctoritatibus agit ac mihi ex Graecis orationes Lysiae ostentat, ex nostris Gracchorum Catonisque, quorum sane plurimae sunt circumcisae et breves: ego Lysiae Demosthenem, Aeschinem, Hyperidem multosque praeterea; Gracchis et Catoni Pollionem, Caesarem, Caelium, in primis Marcum Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse quae maxima.* Fronton. Epp. III, 16. in Ed. Orell. Dialog. p. 127. *oratores veteres, quorum aut pauci aut praeter Catonem et Gracchum nemo tubam inflat.: omnes autem mugiunt vel stridunt potius.* Cic. Brut. 33, 125. *Sed ecce in manibus vir et praestantissimo ingenio et flagranti studio et doctus a puero, C. Gracchus. Noli enim putare, quenquam, Brute, pleniorem et uberiorem ad dicendum fuisse. Et ille, Sic prorsus, inquit, existimo, atque istum de superioribus paene solum lego. Immo plane, inquam, Brute, legas censeo; damnum enim illius immaturo interitu res Romanae litteraeque Latinae fecerunt. — Eloquentia quidem nescio an habuisset parem neminem. Grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis: manus extrema non accessit operibus eius: praeclare inchoata multa, perfecta non plane. Legendus, inquam,*

sus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero,

est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuventuti. Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest. — Cf. Plut. vit. C. Gracch. Ellendt. Prolegg. p. XXXI sq. Westerm. G. d. r. B. §. 39 et 40.

politior et ornatior] Cic. pr. Cael. 3. *laus ingenii, quod ornate politeque scripsisti.* Plin. Epp. I, 16, 2. *Audivi causas agentem acriter et ardenter nec minus polite et ornate* ibiq. Gier. Ern. Lex. techn. Lat. s. vv.

Crassus] Dial. 26. 34. 35. *L. Licinius Crassus* (nat. a. 614. mort. 663. U. C.) iam anno aetatis vicesimo primo (non *nonodecimo* Dial. 34.) 635. U. C. C. Carbonem (vd. supra) accusavit, 636. legem tulit de colonia Narbonensi deducenda, ut causae popularis aliquid attingeret. In causa pro Licinia, virgine Vestali, acta 640. eloquentissimus fuit. Quaestura 645. (non 643. vd. Meyer. ad Cic. Brut. 36, 138.) et tribunatus eius 647. taciti magistratus fuerunt. Legem Serviliam de iudiciis ab equitibus ad senatum transferendis suasit 648. Aedilitate 651., praetura 655. et consulatu 659. una cum Q. Mucio Scaevola sibi familiarissimo functus est, in quo pro Q. Caepione dixit et cum collega legem Liciniam Muciam tulit de sociis in sua civitate regendis, qua bellum sociale excitatum est. In censura 662. contra collegam Cn. Domitium, quocum ei discordia fuit, orationem habuit. Denique quum 663. vehementissima contentione in L. Marcium Philippum consulem, hominem popularem, dixisset, cum febri domum rediit dieque septimo lateris dolore consumptus est. v Cic. de Orat. III, 1, 2. Famam primi suae aetatis oratoris et patroni iurisperitorum eloquentissimi nactus est, quem nemo veterum maioribus laudibus extulit quam Cicero, qui eum in libris de Oratore una cum Antonio personam primariam induxit: cf. Brut. cp. 38—44. et 53., unde cp. 38, 143. tantum transscripsi. *Equidem quanquam Antonio tantum tribuo, quantum supra dixi, tamen Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Erat summa gravitas, erat cum gravitate iunctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis lepos, Latine loquendi accurata et sine molestia diligens elegantia, in disserendo mira explicatio, quum de iure civili, quum de aequo et bono disputaretur, argumentorum et similitudinum copia.* Sub Caesaribus memoria Crassi evanuit. Cf. Ellendt. Prolegg. p. LXVIII—LXXVI. Westerm. G. d. r. B. §. 49—51. Meyer. fragm. e XII. oratt. Crassi p. 146—157. collegit.

distinctior et urbanior] Quint. XII, 10, 39. *Annon in privatis et acutus et non asper et non indistinctus et non supra modum elatus M. Tullius?* ibiq. Buttmann. Cic. Brut. 17, 69. *Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus*

Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis elaboratus. Nec quaero, quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi, nec statim deterius esse, quod

utantur, quos appellant τρόπους, et sententiarum orationisque formis, quae vocant σχήματα: non verisimile est, quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato — ubi Bernhard. in Ed. Meyer. h. v. bene sic explicavit: »Qui prudenter et callido temperamento locis suis quaeque lumina distinguere novit et per varias sedes disponere, ne forte nimius ornatus pictum efficiat sermonem et aequabilem: v. de Orat. III, 25. Vox ab usu pictorum repetenda: de quo v. Quintil. VIII, 5, 26.« Add. Cic. Brut. 27, 92. (Demetrii Phalerei orationem) *illustrant quasi stellae quaedam translata verba atque immutata.* — Quid sit *urbanus* optime definiit Quint. VI, 3, 17. *Nam et urbanitas dicitur: qua quidem significari video sermonem praeferentem in verbis et sono et usu proprium quendam gustum Urbis et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem: denique cui contraria sit rusticitas* [et peregrinitas ib. XI, 3, 30.]. Ib. 107. *Nam meo quidem iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu neque verbis neque ore gestuve possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis quam in toto colore dicendi, qualis apud Graecos ἀττικισμός ille redolens Athenarum proprium saporem.* Cf. Ern. Clav. Cic. s. v. Ern. Lex. technol. Graec. s. πολιτικός et Lat. s. *urbanus*. Rup. ad Tac. Hist. II, 88. Hand. Lehrb. d. lat. St. p. 47. Westerm. G. d. r. B. §. 54.

dulcior] *Dulcis* orator is est, qui utitur genere dicendi mediocri, temperato, remisso, quod praecipue cum naturali quadam venustate et suavitate coniunctum est; quae dulcedo a Graecis γλυκύτης et ἡδονή dicitur. Cf. Cic. Off. I, 1. *nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere*, coll. Orat. 27, 92. *cuius oratio quum sedate placideque loquitur* etc. Brut. 31, 121. *dulcis dicitur Theophrastus*, Quint. X, 1, 73. *Herodotus*, 77. *Hyperides* ubi vd. Herbst. Cf. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

hoc interim] Agric. 3. 20. 25.

non esse unum eloquentiae vultum] *Forma, figura, facies, species* et *vultus* ut synonyma fere de varietate et commutatione orationis usurpantur: Quint. IX, 2, 63. *et dare actioni varios velut vultus.* XII, 10, 69. *plures igitur etiam eloquentiae facies.*

plures species] Vd. Dial. 25. *plures formas dicendi etiam*

diversum est; vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. Num dubitamus inventos, qui prae Catone Appium Caecum ma-

iisdem saeculis nedum diversis exstitisse. vd. Cic. de. Orat. III, 7.

vitio autem malignitatis — in fastidio esse] De sententia h. l. cf. ad cp. 15. init., de *vitio* Herzog. ad Caes. B. C. III, 28., de formula *in laude — fastidio*, Dial. 19. *in honore*, 32. *in consuetudine esse* Otto ad Cic. Finn. I, 10, 32., quae orta ex Graecismo est, velut ἐν πράγμασιν, ἐν λόγοις εἶναι.

prae Catone] *pro* Codd. et Edd. usque ad Schulz., qui emendat. Groslot. *prae* probatam Schurzfleisch. et Oudendorp. ad Appul. Metam. IV. p. 269. primus recepit post eumque recentt., quae commendatur et sententia loci eam flagitante et ob frequentem confusionem praepositt. *prae* et *pro* in Codd., de qua vd. Walth. ad Tac. Ann. III, 5. Ruhnk. Dict. ad Ovid. Her. 3, 121. Scriptores enim Latini praepos. *prae* in comparationibus sic utuntur, ut nomen, cui praeponitur, modo deterius, modo superius esse significetur. Corn. Nep. Eumen. 10. *omnes prae illo parvi futuros* ibiq. Brem. Liv. III, 26. *parvum Lavinium prae ea urbe, quae conderetur, futurum* ibiq. Drakenb. Caes. B. G. II, 30. *nam plerumque hominibus Gallis prae magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemptui est.* Ramsh. §. 150. 2. Pleonasmi, qui inest in particc. *prae* et *magis*, exempla offerunt Ter. Hec. IV, 1, 17. *praeoptares potius* ubi vd. Ruhnk. Dict. Cic. in Pison. 7. *ut emori potius quam servire praestaret.* Divin. in Caec. 6, 21. *qui se ab omnibus desertos potius quam abs te defensos esse malunt.* Reisig. Vorles. §. 457.

Appium Caecum] Dial. 21. *Appius Claudius Caecus*, homo ambitiosissimus, qui insita familiae ferocia ac superbia neque senatum neque populum neque leges satis verebatur, ut ex magistratibus et ex rebus ab eo gestis intelligimus, multos annos princeps fuit civitatis regendae, consulatum bis (a. 447. 458.) gessit, censuram (442.) et dictaturam. Quum sententia senatus inclinaret ad pacem et foedus cum Pyrrho faciendum (a. 474.), Appius Claudius oratione luculenta a Cicerone adhuc lecta (Brut. 16, 61. ibiq. Meyer.) eum revocavit, quam Niebuhr. Röm. Gesch. Vol. III. p. 570. satis ingeniose refingere conatus est. Primus fuit scriptorum Romanorum, qui sermone pedestri usus est et carmen finxit. Praeterea eum quoque *actiones* et librum de *usurpationibus* scripsisse traditum est a Pomponio de orig. iur. cp. 3, 36. De eius vita cf. Drumann. Gesch. R. Vol. II. p. 170.; de eloquentia Ellendt. Prolegg.

gis mirarentur? Satis constat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis

p. X sq. Westerm. G. d. r. B. §. 21. Meyer. fragm. p. 1 sq. Ceterum h. l. illustrat Senec. Epp. 114. *Multi ex alieno saeculo petunt verba, duodecim tabulas loquuntur; Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt, ad Appium usque et ad Coruncanium redeunt.*

Satis constat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse] Pro *nec — quidem* in Codd. Farn. (teste Schluttig.) Par. Vind. et Edd. usque ad Ern. emendationem a Gronov. in annott. commendatam *ne — quidem* (Cod. Farn. teste Schrautio) receperunt, Ern. Brot. recentt. praeter Dronk. Osann. Rup. Bach. cf. annot. ad cp. 10. — Non defuisse Ciceroni obtrectatores testimonio sunt Ciceronis ipsius aliorumque vett. scriptt. loci. Cic. Tusc. II, 1, 3. de opt. gen. or. 4, 11. Quint. XII, 1, 22. *Transeo illos, qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidem satis tribuunt: quanquam neque ipsi Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, quem dormitare interim dicit; nec Cicero Bruto Calvoque, qui certe compositionem illius etiam apud ipsum reprehendunt; nec Asinio utrique, qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis persequuntur.* Ib. 10, 12 — 14. unde haec exscripsi. *Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant ut tumidiorem et Asianum et redundantem et repetitionibus nimium et in salibus aliquando frigidum et in compositione fractum, exsultantem ac paene, quod absit, viro molliorem. Postea vero quam triumvirali proscriptione consumptus est, passim qui oderant, qui invidebant, qui aemulabantur, adulatores etiam praesentis potentiae non responsurum invaserunt. Ille tamen, qui ieiunus a quibusdam atque aridus habebatur, non aliter ab ipsis inimicis male audire quam nimiis floribus et ingenii affluentia potuit. — Praecipue vero presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierant.* Ib. IX, 4, 1. ibiq. Spald. *Asinius Pollio*, obtrectator aliorum quoque scriptorum ut Caesaris, acerrimus fuit Ciceronis vd. Meyer. fragm. oratt. p. 211. Schirlitz. Vorschul. z. Cicer. p. 244. Hand. Lehrb. d. Lat. Stils p. 58. Ed. I.: item eius filius *Asinius Gallus*, orator clarus, contra cuius libros de *comparatione patris et Ciceronis* Claudius Imperator Ciceronis defensionem satis eruditam composuit vd. Sueton. Claud. 41. Plin. Epp. VII, 4, 4. ibiq. Gier. Praeter hunc eius obtrectator fuit *Largius Licinius*, cuius liber *Ciceromastix* fertur v. Gell. N. A. XVII, 1. Tum *Rufus* quidam ap. Iuven. VII, 213 et 14. *Sed Rufum atque alios caedit sua quaeque iuventus, Rufum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.* ibiq. Rup. et Heinr. Add. Ammian. Marcell. XXII, 16. de *Didymo Chalcentero: qui in illis sex libris, ubi nonnunquam imperfecte Tul-*

pressus, sed supra modum exsultans et superfluens et parum Atticus videretur. Legistis utique et Calvi et

lium reprehendit, sillographos imitatus scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur.

inflatus et tumens] De utroque voc. cf. Ern. Lex. technol. Lat. et Graec. s. ὄγκος. Quint. XII, 10, 12. *tumidus.* Hand. Lehrb. d. Lat. Stils p. 123. has reprehensiones potius refert ad oratoriam vim dicendi quam ad genus sermonis. De voc. *pressus* vd. ad Dial. 2. Quint. X, 1, 102. *minus pressus* dicitur *Servilius Nonianus.* Cic. Brut. 13, 51. *Asiatici oratores — parum pressi et nimis redundantes.*

sed supra modum exsultans et superfluens] Quint. XII, 10, 12. *redundans et exsultans.* Ibid. X, 2, 16. *compositis exsultantes* opponuntur. VIII, 3, 56. *Nam et tumida et exilia et praedulcia et abundantia et arcessita et exsultantia sub idem nomen cadunt.* Cic. Brut. 91, 316. *Is* (Molo) *dedit operam —, ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentes coerceret.* ubi v. Ellendt.

et parum Atticus] *et parum antiquus* Codd. Farn. Vaticc. Par. Vind. vett. Edd. (*parvum* Put. Riv.) et mult. recentt. Confirmari videtur haec lectio, cuius patrocinium susceperunt Doederl., Dronk., Orell., Eckstein. et Bach. verbis cp. 22. *Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat.* Aper enim callide ostendit, Ciceronem, quem Messalla antiquis temporibus ascripsit, aequalibus suis antiquorum oratorum, ut Catonis, C. Gracch. aliorumque eiusdem aetatis, admiratoribus, qui in eo πίνον (vd. Ern. Lex. techn. Gr.) sive *vetustatis colorem* (Front. p. 243.) desiderabant, *parum antiquum* videri. Sic *antiquum* genus dicendi in laude fuit apud Romanos aetatis posterioris: Plin. Ep. I, 16, 2. de Pompeii Saturnini eloquentia. *Adsunt aptae crebraeque sententiae, gravis et decora constructio, sonantia verba et antiqua* ibiq. Gier. Aurel. ap. Front. p. 50. [illegible] Rom. *Nihil ego umquam cultius, nihil antiquius, nihil reconditius, nihil Latinius legi.* Ex Doederl. interpretatione Lat. Syn. Vol. I. p. 99. *parum antiquus* i. q. Graeculis quam antiquis Romanis similior. Quum Cicero se ad imitationem Graecorum, quorum institutione quoque usus est, contulisset, maluit eos imitari quam veteres Romanorum oratores horridos et impolitos. Mihi contra praestare visa est emendatio Ursini et Lips. *et parum Atticus* probata Pichen. Gronov. Heumann. Ern. Brot. Schulz. Bekk. Boettich. Rup. Ritt., qui annotavit, quomodo *Atticus* corrumpi potuerit, ex scribendi ratione veteribus probata *anticus* apparere, quocum consentit Eckstein. in

Bruti ad Ciceronem missas epistolas, ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum ex-

Ind. Ed. Walth. Vol. IV. p. 426. Exemplum confus. vv. *Atticus* et *antiquus* exhibet Gesner. ad Veget. R. R. II, 17. At maius huic emendationi pondus affert Quint. XII, 10, 14. *Praecipue vero presserunt eum* (M. Tullium), *qui videri Atticorum imitatores concupierant.* Ex quo numero fuit Asinius Pollio, Ciceronis obtrectator, qui pariter ac Brutus, Calvus al. Atticum dicendi genus potissimum imitabantur, ita tamen ut, quae meliora in Atticis essent, minus feliciter imitarentur, sed exilitatem, ieiunitatem et siccitatem consequerentur, quam Cicero reprehendit Brut. 82, 284. Qui licet Atticos oratores optimos imitationeque dignissimos haberet, tamen mediam quasi viam inter Atticorum tenuitatem et Asianorum abundantiam ingressus est, ut utriusque dictionis praestantiam dicendo consequeretur. Cf. Westerm. G. d. r. B. §. 55. Cic. de opt. gen. or. cp. 3 et 4., unde haec transscribam e §. 11. *Quare quoniam nonnullorum sermo iam increbuit, partim se ipsos Attice dicere, partim neminem nostrum dicere: alteros negligamus.* §. 13. *Ex quo intelligitur, quoniam Graecorum oratorum praestantissimi sunt ii, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes: hunc si quis imitetur, eum et Attice dicturum et optime, ut, quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere id sit Attice dicere.* Tusc. II, 1, 3. Orat. cp. 7 — 9., unde huc transcribam e cp. 7, 23. *Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbuit, qui aut dici se desiderant Atticos, aut ipsi Attice volunt dicere, ut mirentur hunc* (Demosthenem) *maxime, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. Quid enim sit Atticum, discant eloquentiamque ipsius viribus; non imbecillitate sua metiantur.* E cp. 9, 28. *Putant enim, qui horride inculteque dicat, modo id eleganter enucleateque faciat, eum solum Attice dicere.* E cp. 9, 29. *Ornate vero et graviter et copiose dicere aut Aticorum sit, aut ne sit Aeschines neve Demosthenes Atticus.* Ib. cp. 23. Brut. cp. 82 — 84. Praeterea comprobatur haec emendatio duobus locis Dial. cp. 18. *et* [illegible] *utinam* etc. et cp. 22. *Nam priores eius orationes* etc. Huc refero Senec. Controv. L. V. p. 362. Bip. de Asinio Pollione Cic. obtrectatore. *Asinius, qui bellum cum omnibus Atticis gerebat, quum donaret illi Caesar talentum, in quo XIV sestertia sunt Atheniensium more, ἢ πρόςθες, φησὶν, ἢ ἄφελε, ἵνα μὴ Ἀττικὸς ᾖς.* Ergo isti Attici oratores Romanorum, qui anguste et exiliter et sicce dicebant, Ciceronem reprehendebant non ut *parum antiquum*, sed ut *parum Atticum*, quum Atticum dicendi genus non in exilitate et siccitate et ieiunitate et inopia, sed in ornatu et gravitate et copia orationis poneret.

sanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque diiunctum; rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audisse tanquam solutum et enervem, a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum atque elumbem. Si me interrogas, omnes mihi videntur verum dixisse. Sed mox ad singulos veniam: nunc mihi cum universis negotium est.

exsanguem et attritum] De Calvo vd. cp. 17. Adiect. *exsanguis* usus est Auct. ad Herenn. IV, 11. *veniunt ad aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari.*

otiosum atque diiunctum] *Otiosus* i. q. lentus, languidus, supinus, ut intelligitur e Quint. VIII, 2, 19. *At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit.* X, 1, 76. *tanta vis in eo* (Demosth.), *tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt, tam nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet invenias.* Contrarius *otioso* est *sibi instans:* X, 1, 74. *Densus et brevis et semper sibi instans Thucydides.* Dial. 21. Bruti *libri lentitudinis ac teporis* memorantur, cp. 22. Cicero *lentus est in principiis* etc. Quint. X, 2, 17. *otiosi et supini, si quid modo longius circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuisse.* — *Diiunctum* e Cod. Farn. Bekk. Boett. Bach. Ritt. *disi.* reliq. Codd. et Edd., quam priorem formam exhibet Cic. de Divin. II, 36. Epp. ad Attic. VII, 1. ad Fam. I, 9. *Diiunctus* est, cuius oratio non vincta numeris, sed in minutas sententias divisa et brevioribus incisis expressa circuitu verborum careat. Vd. Eckstein. ad h. l. et Ern. Lex. techn. Lat. s. *dissipatus* et Gr. s. λύειν. Orell. comparavit, quod de Lysia et sophistis dixit Plat. Phaedr. p. 218. A. διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ῥητόρ.

solutum et enervem] Ern. in Clav. Cicer. sic explicat *solutus.* »Orator *solutus* est primo, qui facilem et volubilem linguam habet (Cic. Brut. 47.), deinde in actione remissior (Ib. 62.), tertio, qui verba apte collocare, quod vincire dicitur, nescit (Orat. 52.).« Cf. Herbst. ad Quintil. X, 4, 1. *soluta componere.* Huc pretinent eiusdem quoque verba IX, 4, 142. *duram potius atque asperam compositionem malim esse quam effeminatam et enervem.*

fractum atque elumbem] Ut Quint. XII, 10, 12. refert, Ciceronem et in *compositione fractum ac paene viro molliorem* aequales incessebant. Cf. de his reprehensionibus Ciceronis Hand. in Ersch. et Grub. Encyclop. Sect. I. Vol. 17. p. 216., qui interpretatur *solutus* haltungslos, *enervis* matt, *fractus* kraftlos, *elumbis* lahm.

Sed mox — negotium est] Pro lect. Codd. et vett. Edd.

Cap. XIX.

Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent, quem usque ad Cassium Severum faciunt, quem primum affirmant

nec ex coniect. Ursin. a Lips. margini ascripta *nunc* receperunt Pichen. et seqq. praeter Osann., quod Schrautius in Cod. Farn. legisse sibi visus est; de qua confus. ob compendium scripturae n̄c vd. Schwarz. ad Plin. Paneg. p. 217. Cf. Cic. Divin. II, 25, 54. *de quibus dicam equidem singulis, quoad videbitur; sed dicendum etiam est de universis.* Quint. X, 1, 42. *Verum antequam de singulis loquar, pauca in universum de varietate opinionum dicenda sunt.*

Cap. XIX. *quem usque — quem primum*] Cod. Farn. Ed. Spir. *qui usque ad cassium quem reum faciunt, quem —*, Codd. Vaticc. *quem usque ad Cassium Severum quem reum faciunt, quem primum;* Put. emendavit vulgatam *quem usque ad Cassium Severum faciunt, quem primum*, qua tamen non acquierunt Broter. Ern. Osann. Orell. Boettich. al., quos offendit aut molesta repetitio pron. relat., aut insolentior locutio *terminum faciunt*, aut ellipsis subiecti in apodosi, ut locum corruptum coniecturis sanari posse sperarent, quarum nulla tamen mihi probari potuit. Nam primum repetitio pronom. relativ. eodem casu positi offensioni esse non potest, quum apud optt. scriptt. reperiatur. Sic Cic. Nat. D. II, 2. *quae anus tam excors inveniri potest, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat?* Tusc. I, 21, 48; 25, 61. *illa vis quae tandem est, quae investiget occulta, quae inventio atque excogitatio dicitur?* ubi v. Kuehn. Deinde de vv. *terminum faciunt* tenendum est, a Latinis verbum *faciendi* sicut a Graecis ποιεῖν ita poni, ut alius verbi vicem sustinens eius universam vim denotet, quod multis exemplis comprobavit Kuehn. ad Cic. Tusc. IV, 14, 51. *Itaque in hominibus solum exsistunt: nam bestiae simile quiddam faciunt, sed in perturbationes non incidunt.* E Boettich. explicatione in Lex. Tac. s v. *faciunt* i. q. producunt. Orell. affert exemplum Planci in Epp. Cic. ad Fam. X, 18, 2. *cautius illud erat consilium — cum collega consentiente, sic milites faciunt* (i. e. consentiunt) *hostibus obviam ire.* Postremo exempla subiecti, cuius vicem sustineat pronomen, omissi in structura accusativi cum infinitivo et ex antecedd. facile supplendi (ut h. l. *eos*) frequentia esse docent Kritz. ad Sall. Cat. 31, 7. Iug. 46, 6. Pabst. Ecl. Tac. p. 315. Zumpt. Gr. §. 605. Wopkens. Lectt. Tull. p. 53. Cic. Nat. D. I, 3. *existimant, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto.*

Cassium Severum] Dial. 26. De eius loco natali nihil certi constat: falso VV. DD. perhibent, eum Longulanum

flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via, non fuisse. vd. Weichert. de L. Var. etc. p. 190. Sub Augusto magna eloquentiae laude floruit, sed fuit sordidae originis, maleficae vitae, orandi validus per immodicas inimicitias. Augustus adversus eum ut hominem dicacem et petulantem, qui scriptis procacibus viros (ut Maecenatem) feminasque illustres diffamasset, cognitionem de famosis libellis specie legis maiestatis constituit eumque iudicio iurati senatus Cretam relegavit. Ubi quum eadem actitando recentia veteraque odia advertisset, bonis exutus interdictoque igni atque aqua in insulam Seriphum amotus est, in qua miserrima vita transacta mortuus est, quo anno incertum; secundum Hieronym. in Euseb. Chron. a. 34. p. Ch. (787. U. C.). Cf. Tac. Ann. I, 72. IV, 21. Quam praeclarus orator fuerit, qui relicta illa vetere atque directa dicendi via novam ingressus est, quam mutata temporum conditio et mutati hominum mores et iudicia postularent, praeter Tacitum relatum legimus apud Quint. et Senec. Controv. Quint. X, 1, 116. *Multa si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Severus, qui, si ceteris virtutibus colorem et gravitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret. Nam et ingenii plurimum est in eo et acerbitas mira et urbanitas eius summa, sed plus stomacho quam consilio dedit. Praeterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.* Senec. Excerpt. Controv. III. praef. p. 395 sq. Bip. *Oratio eius erat valens, culta, ingentibus plena sententiis. Nemo minus passus est aliquid in actione sua otiosi esse, nulla pars erat, quae non sua virtute staret, nihil, in quo auditor sine damno aliud ageret. Omnia intenta aliquo petentia; nemo magis in sua potestate habuit audientium affectus. — Verum eloquentia eius longe maior erat quam lectio. — Primum tantundem erat in homine, quantum in ingenio: corporis magnitudo conspicua, suavitas valentissimae vocis. — Deinde ipsa, quae dicebat, meliora erant quam quae scribebat. Vir enim praesentis animi et maioris ingenii quam studii magis placebat in his, quae inveniebat quam quae attulerat. Iam vero iratus commodius dicebat. — Uno die plures privatas agebat, — publicam vero nunquam amplius quam unam uno die. Nec tamen scio quem reum illi defendere nisi se contigerit: adeo nunquam ullam materiam dicendi nisi periculis suis habuit.* Celebratur Cassii accusatio C. Nonii Asprenatis, veneficii rei, sed filii, non patris, quem defendit Asinius Pollio (v. Weichert. l. l. p. 197.) instituta 745. U. C. Cf. Weichert. Exc. I. de C. Non. Asprenate p. 301 sq. De Cassio Severo vd. Eckstein. in Ed. Walth. Madvig. Opuscc. acad. p. 17. Andr. Schott. de clar. ap. Senec. rhetor. p. 404 sq. Meyer. fragm. oratt. p. 225 sq. Bonnell. de mut. sub prim. Caesar. eloq. Rom. condic. p. 7 sq.

infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad id dicendi genus contendo, sed iudicio et intellectu. Vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum conditione temporum et diversitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. Facile perferebat prior ille populus, ut imperitus et rudis, impeditissimarum orationum spatia; atque id ipsum laudi

flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via] Dial. 32. *cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Flectere* i. q. deflectere (c. praepp. *a* vel *de* usitatissimum Cic. vd. Schuetz. Lex. s. v.) signif. intrans. legitur Tac. Ann. I, 13. *fessusque clamore omnium, expostulatione singulorum flexit paulatim* c. annot. Bach. XIII, 3. *postquam ad providentiam sapientiamque flexit, nemo risui temperare.* Cf. Boett. Lex. Tac. s. v. Ramshorn. Gr. §. 162. 2. Reisig. Vorles. §. 174. Haas. annot. 319. et annot. nostr. ad Dial. 4. *Directa via* non est ex interpr. Schulz. severior et horridior antiquiorum eloquentia, sed iter, quod non per ambages aut anfractus, sed recta ad eloquentiam ducit. Sic Cic. Finn. I, 18. init. *O praeclaram beate vivendi et apertam et simplicem et directam viam!* Or. pr. Cael. 17. *directum iter ad laudem.*

iudicio et intellectu] *Intellectum* non interpretor delectum c. Schulz., sed intelligentiam, prudentiam (Einsicht, Kunstverstand) c. Eckstein. Dial. 31. Tac. Ann. VI, 36. *quis neque boni intellectus neque mali cura.* Quint. X, 1, 50. *virtutes eius non aemulatione — sed intellectu sequi.* Cf. Boett. Lex. Tac. et Bonnell. Quint. s. v.

cum conditione temporum et diversitate aurium — mutandam] Dial. 18. De voc. *auris* vd. annot. ad Dial. 10. Sententia h. l. est: mutata temporum conditione, h. e. mutata liberae rei publicae forma in civitatem, quae nunc unius imperio regitur, indeque nata diversitate iudiciorum hominum formam quoque ac speciem orationis esse mutandam.

prior ille populus] *ille* pr. *iste* e Cod. Farn. Bekk. Boett. seqq. praeter Rup. et Walth. *Prior populus* Tac. Ann. XI, 24. *priores* III, 55. Quint. IX, 2, 41. *prius aevum* Hist. I, 1. *vetus populus* Ann. IV, 32. *vetus res publica* XI, 23. *vetus aetas* Agric. 2. ibiq. Walch., qui bene annotavit, adiectivis *prior, vetus, vetustus, antiquus* et *priscus* apud scriptores argenteae aetatis denotari tempora liberae rei publicae usque ad proelium Actiacum.

impeditissimarum orationum spatia] *impeditissimarum* pro *imperitissimarum* lect. Codd. et plerarumque Edd. etiam Dronk. et Osann. ex emendat. Muret. primus recepit Schulz., tum recentt., quae confirmatur verbis huius capitis: *si dicendo quis diem*

dabatur, si dicendo quis diem eximeret. Iam vero longa principiorum praeparatio et narrationis alte re-

eximeret etc. et *nec accipiunt tempora, sed constituunt,* et cap. 20. *quis quinque in Verrem libros exspectabit? quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina* etc. Quint. VIII, 6, 41. *Verumtamen talis est ratio huiusce virtutis, ut sine appositis nuda sit et velut incompta oratio; oneretur tamen multis. Nam fit longa et impedita, ut in quaestionibus eam iudices similem agmini totidem lixas habenti quot milites.*

id ipsum — eximeret] *Diem dicendo eximere* (Cic. Epp. ad Attic. IV, 3.), vel *consumere* (Verr. II, 39.), vel *tollere* (Cic. Legg. III, 18.), vel *extrahere* (Valer. Max. II, 10, 7. Caes. B. C. I, 32. ibiq. Herz.) dicebatur primum, qui in senatu sententiam rogatus in ea dicenda nimium temporis consumeret et aliena quaeque proferret, ne ante solis occasum, quae legg. XII. tabb. extrema tempestas erat, res eo die transigeretur et senatus consultum fieret vd. Gell. N. A. IV, 10. ibiq. interprett.; deinde, qui in foro et iudiciis aut reus aut actor dicendi tempus ex lege Pompeii clepsydra definitum data opera extraheret alterique praeriperet vd. Dial. 38.

Iam vero] Dial. 6. 20. 29. 40. Hae particc. transitum orationis efficiunt et lectorem attentum reddunt ad novum argumentum vel ad aliam rem veram, quacum explicatione Hand. Turs. Vol. III. p. 150. consentit Reisig. Vorles. §. 258., qui eas interpretatur: *um nun aber auf das zu kommen.*

principiorum] Cic. de Orat. II, 78 et 79. Quint. IV. prooem. 6. *Sequitur enim, ut iudicialium causarum, quae sunt maxime variae ac multiplices, ordo explicetur: quod prooemii sit officium, quae ratio narrandi, quae probationum sit fides, — quanta vis in perorando.* Ib. IV, 1, 1 sq. *Quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominasse: — oratores quoque* [pariter atque citharoedi] *ea, quae priusquam causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos praeloquuntur, eadem appellatione signarunt.* 5. *Causa principii nulla est alia, quam ut auditorem, quo sit nobis in ceteris partibus accommodatior, praeparemus. Id fieri tribus maxime rebus — constat, si benevolum, attentum, docilem fecerimus.* Ern. Lex. techn. Lat. s. *principium.*

narrationis] Cic. de Orat. II, 80, 326 sq. Quint. IV, 2., unde haec tantum transferam e §. 31. *Narratio est rei factae aut ut factae utilis ad persuadendum expositio: vel, ut Apollodorus finit, oratio docens auditorem, quid in controversia sit. Eam plerique scriptores — volunt esse lucidam, brevem, verisimilem. — Eadem nobis placet divisio.* Ern. l. l. s. *narratio.*

petita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus, et quicquid aliud aridissimis Hermagorae Apollodori libris praecipitur, in honore

divisionum] Bach. accipit de *partitione*, quam Quint. IV, 5, 1. sic definit. *Partitio est nostrarum aut adversarii propositionum aut utrarumque ordine collata enumeratio.* At distinguit divisionem a partitione V, 10, 63. *Divisione autem adiuvari finitionem docet eamque differre a partitione: quod haec sit totius in partes, illa generis in formas.* VII, 1, 2. *Sit igitur — divisio rerum plurium in singulas, partitio singularum in partes discretus ordo et recta quaedam locatio prioribus sequentia annectens.*

et mille argumentorum gradus] Quint. V, 10. de argumentis. §. 1. *Nunc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur omnia, quae Graeci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant, quanquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiamsi vis eodem tendit.* §. 11. — *Argumentum* (est) *ratio probationem praestans, qua colligitur aliquid per aliud, et quae, quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmat.* Ern. Lex. techn. Lat. s. v. — *Argumentorum gradus* (a Lips. et seqq. recept. pro *genera* in Codd. Par. Vind. vett. Edd. it. Dronk. Osann.) vel *cursus* (cf. Dial. 20.) ut explicat Orell., exsistunt, quum ex artis rhetoricae praeceptionibus argumentis levioribus scite succedunt graviora atque in omnium gravissimo desinimus argumentari.

et quicquid aliud aridissimis — libris] *Aridi* (ξηροί — *ieiuni — sicci*) *libri* dicuntur, qui nihil nisi nuda praecepta continent, quique omni orationis nitore destituti lectorem non delectant. Cic. de Orat. II. 38, 159. *Genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum.* Quint. II, 4, 3. *arida narratio.* III, 1, 3. *ieiuna atque arida traditio.* Transfertur *aridus* ad oratores quoque XII, 10, 13. *Ille tamen* (Cicero), *qui ieiunus a quibusdam atque aridus habebatur, non aliter ab ipsis inimicis male audire quam nimiis floribus et ingenii affluentia potuit.*

Hermagorae] Quum duo fuerint *Hermagorae* rhetores, qui librorum rhetoricorum scriptores Romae, diversis quidem temporibus, vixerunt, nomina eorum a vett. scriptt. non ubivis accurate distincta saepius dubitationem VV. DD. attulerunt, uter sit intelligendus, ut Bach. ad h. l. Fuit enim Hermagoras a Tac. laudatus Temno, Aeolidis in Asia urbe oriundus, Theodori Gadareni discipulus, Carion dictus, qui sub Augusto Romae cum praeceptore et Apollodoro vixit ibique aetate provectior mortuus est. Libros eius commemorat Suidas s. Ἑρμαγόρας, quos Westerm. G. d. gr. Ber. §. 83. 11. Hermagorae

erat, et si quis odoratus philosophiam videretur atque

natu maiori assignat. Cf. Spalding. ad Quint. III, 1, 16. 19. II, 15, 14. Schott. de clar. ap. Senec. rhetor. p. 400. Alter Hermagoras, quem Nastius interpr. vern. p. 209. falso h. l. intellexit, item Temnites fuit, rhetor multo clarior, qui circa ipsam Ciceronis aetatem primum Rhodi, deinde una cum Caecilio et Dionysio Romae rhetoricam coram multis auditoribus docuit, a quo commemoratur, ut de Invent. I, 6, 8. I, 11, 16. Brut. 76, 263. 78, 271., saepissime a Quintil. l. l. III, 3, 9. 5, 14. etc. Scripsit multos libros de rhetorica, in qua fecit velut propriam viam. Westerm. l. l. §. 81. et 83. Bernhard. Grundr. d. Griech. Litter. Vol. I. p. 402. C. G. Pideriti comment. de Hermagora rhetore. Hersfeld. 1839. 8.

Apollodori] Copulam *et* cum Cod. Farn. expunxit Bach. asyndeton statuens, cuius e Tac. multa exempla congessit ad Ann. XI, 5., e quibus unum tantum XIII, 55. huc pertinet, quum alia sit ratio substantivorum quam nomm. propr. *ἀσυνδέτως* positorum, de qua h. l. agendum est. Solent enim Latini non solum in magistratuum, sed etiam in aliorum hominum nominibus, si bini coniunguntur, copulam omittere, quae hic illic ab editt. male intrusa est. Tac. Ann. XIII, 55. *Tiberio, Germanico.* Germ. 34. *Druso, Germanico* ibiq. Hess. Cic. Off. II, 17. *Dicebat idem Cotta, Curio* ibiq. Heusing. et Beier. Lael. 11, 39. *Tum et cum iis et inter se coniunctissimos fuisse M'. Curium Ti. Coruncanium memoriae proditum est.* c. annot. Klotz. p. 152. Brut. 42, 154. *Quumque discendi caussa duobus peritissimis operam dedisset L. Lucilio Balbo, C. Aquillio Gallo* (ubi Peter. bene *et* ab Ellendt. et Meyer. servatum eiecit). Vell. Pat. II, 20. *Non erat Mario, Sulpicio Cinna temperatior.* II, 39. *Gallias primum Domitio, Fabio, nepote Paulli — intratas* c. annot. Kraus. Liv. IV, 30. *Consules fiunt L. Papirius Crassus, L. Iulius.* vd. Ramshorn. §. 188. a. — *Apollodorus*, rhetor Pergamenus, praeceptor Caesaris Augusti Apolloniae fuit (Suet. Aug. 89. Quint. III, 1, 17.), cuius sectam qui sequebantur *Apollodorei* sunt appellati vd. Quint. l. l. §. 18., a quo saepius commemoratur. vd. Bonnell. Lex. Quint. Ind. p. 986. Diligenter de eo haec scripsit Strab. XIII, 4, 3. Vol. V. p. 463. Tzsch.: *ὁ ῥήτωρ ὁ τὰς τέχνας συγγράψας καὶ τὴν αἵρεσιν Ἀπολλοδώρειον παραγαγών, εἴ τις ποτ᾽ ἐστί· πολλὰ γὰρ ἐπεκράτει· μείζονα δὲ ἡ καθ᾽ ἡμᾶς ἔχοντα τὴν κρίσιν· ὧν ἐστι καὶ ἡ Ἀπολλοδώρειος αἵρεσις καὶ ἡ Θεοδώρειος. Μάλιστα δὲ ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν λόγων γενόμενον· μαθητὴν δ᾽ ἔσχεν ἀξιόλογον Διονύσιον, τὸν ἐπικληθέντα Ἀττικόν, πολίτην αὐτοῦ· καὶ σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος.* Libros Apollodori Graecos *τέχνης* nomine editos C. Valgius Rufus poeta, illius discipulus, in Latinum

ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in caelum laudibus ferebatur. Nec mirum: erant enim haec nova

converterat, cuius interpretatione utebatur Quintilianus, qua verisimillimum est eos auctos et, quum aridissimi essent, copiosius et ornatius expolitos esse. Quint. l. l. §. 18. *Sed Apollodori praecepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in Latine tradendo fuit C. Valgius, Graece Atticus. Nam ipsius sola videtur Ars edita ad Matium, quia ceteras missa ad Domitium epistola non agnoscit.* Veneficii reus factus et damnatus, licet ab Asinio Pollione defenderetur, Massiliam se contulit, ubi rhetoricam docuit (Senec. Controv. II, 13. p. 180. Bip.) et 82 annos natus mortem obiit (Lucian. Macrob. cp. 23.). Cf. Spalding. ad Quint. l. l. Weichert. de C. Valg. Ruf. poet. in poett. Latt. reliq. p. 233 sq. Schott. de clar. ap. Senec. rhetor. p. 400. Westerm. G. d. r. B. §. 79.

et si quis odoratus philosophiam videretur atque] *et si quis odoratus philosophiam* Codd. Par. Vind. vett. et recentt. Edd. praeter Broter. Dronk. Osann. Orell. Ritt., qui *quod si quis* e Codd. Vaticc. receperunt. Bekk. e Cod. Farn., ubi *videtur* (sic e collat. Schluttig.) sive *videretur* exstare ait, *videretur* primus recepit, quem secuti sunt Boett. Walch. Ritt. Bach.; *atque* omiss. est ab Heum. Oberlin. Dronk. Orell., uncis inclus. a Rup., pro quo *antiquam* e coniectur. Seebod. Dronk., *et ex ea* Forcell. s. *odoror*. *Odorari* signif. rarissima h. l. i. q. primoribus labris aliquid attingere vel levius degustare, quum a canibus venaticis desumptum ab aliis scriptoribus, imprimis a Cicer., notione investigandi vel explorandi ponatur. Verr. II, 4, 13. *Quo postquam venerunt, mirandum in modum (canes venaticos diceres) ita odorabantur omnia et investigabant, ut, ubi quicquid esset, aliqua ratione invenirent.* IV, 2, 54. Ad sententiam h. l. cf. Cic. Orat. 27, 95 et 96.

locum aliquem] *Locus* i. q. quaestio, causa, pars alicuius doctrinae (Hauptstück, Materie, Partie, Gedanke). Cic. Tusc. I, 24, 57. *Ex quo effici vult Socrates, ut discere nihil aliud sit nisi recordari. Quem locum multo etiam accuratius explicat.* Divin. II, 1. — Mos erat veterum oratorum, ex orationibus egredi locosque communes laetos et plausibiles vel ex historia (ut laudem Siciliae Cic. in Verr. II, 1 sq.) vel ex fabulis (ut rapt. Proserpinae v. ib. IV, 48.) vel ex philosophia (de luxuria, avaritia) depromptos iis interponere ad conciliandos probationibus suis iudices, mitigandos, concitandos. Haec pars orationis appellata est *digressio* a Cic. de Inv. I, 51., a Quintil. *egressio, egressus, excessus* [v. Dial. 22.], *excursus*, a Graecis παρέκβασις, de qua cf. Quint. IV, 3.

et incognita, et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. At Hercule pervulgatis iam omnibus quum vix in cortina quisquam assistat, quin elementis studio-

philosophorum placita] *Placita maiorum* Tac. Ann. XIV, 22. *medicorum* Plin. H. N. IV, 22, 28. *Catonis* de olivis XV, 5, 6., quo vocabulo Ciceronem, apud quem leguntur decreta, praecepta, dogmata phil., usum esse falso scripsit Boettich. Lex. Tac. s. v.

At Hercule] Dial. 21. Hand. Turs. Vol. I. p. 437.: »Sententia, quae opponitur, potest cum graviori asseveratione proferri. Quare apponuntur vocabula *pol*, *edepol*, *hercle*. Tacitus hac dictione utitur ad confirmandam veritatem rei, quae mira aut magna videri possit.« Cf. Ann. I, 3. 17. 26. III, 54. XII, 43.

quum vix in cortina quisquam assistat] *Cortina* proprie est vas rotundum et concavum ad varios usus, ut ad colores coquendos, ad aquam recipiendam, quale sculptum esse in opere anaglypto tripodem Delphicum repraesentante in Becker. August. T. I. Tab. V. O. Mueller. Denkm. d. alt. K. T. I. Tab. XI. nr. 41. annotavit Bach. Dicitur de tripode Delphico a Virg. Aen. III, 92., de spatio inter terram et coelum ab Enn. ap. Varron. L. L. VI, 3. Muell. *Quaeque freto cava coeruleo cortina receptat.* Recte Lips. *cortinam* intellexit de subselliorum iuxta tribunal loco, quo non advocati solum, sed scribae, praecones atque id genus operae forenses consistebant. Nicol. Loensis Epiphyll. IX, 5. accepit de tribunalis clavo hemicyclo testudinato; longius etiam arcessita est interpretatio Scaliger. ad Varr. L. L. VI, 3. Emendatio Ursin. et Muret. *in corona* probata Gesner. in Thesauro et Hand. Turs. Vol. II. p. 604. recepta est ab Heumann. Schulz. Bip. Oberlin. Orell. Rup. — *Assistere* est vocab. proprium de iis, qui dicentibus in iudiciis praesto sunt: Dial. 6. 20. 39. Quint. II, 12, 6. IX, 2, 76. Lipsius h. l. parum recte de asseclis et fautoribus oratorum accipit, qua signific. exstat Plin. Epp. VI, 6, 6. ubi vd. Gier. Sic *stare* proprie dicuntur, qui in concionibus praeter magistratus adsunt coronamque efficiunt, ut bene annotavit Peter. ad Cic. Brut. 88, 289.

quin elementis — imbutus sit] Mureti emendationem *quin* probatam Lips. in annott. receperunt Heum. Ern. Brot. et recentt. pro *qui* lect. Codd. Edd. vett. et Lips. Pith. Bernegg. Gron. Bip. Seebod. Dronk. Osann. *qui — imbutus non sit* Pichen. *si non* Acidal. Heum. Exempla particc. *si* vel *etsi non — at* vel *at certe* coniunctarum Eckstein. e Tac. haec collegit. Dial. 21. *si non universae*, *at partes earum*. Germ. 33. *si non*

rum, etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos judices, qui vi et potestate, non iure et legibus cognoscunt, et nec accipiunt tempora, sed constituunt, nec

amor nostri, at certe odium sui ubi vd. Hess. Ann. XII, 39. *etsi non proelium, at certe bellum.* cf. Hand. Turs. Vol. I. p. 427. Vol. II. p. 604. De particpp. *instructus* — *imbutus* cf. annot. ad Dial. 2.

eloquentiae itineribus] I. e. itineribus ad eloquentiam, ut supra *dicendi via.* Sic *iter* metonymice positum legimus apud optt. scriptt. Cic. de Orat. I, 60, 256. *iter antiquitatis,* II, 57, 234. *iter disputationis,* Legg. I, 13, 37. *iter sermonis,* Epp. ad Attic. IV, 2. *iter amoris et officii,* Quint. prooem. 6. *cuius prima aetas manifestum iter ad ingenii lumen ostendit.* Similis metaphora est Dial. 32. *per omnes eloquentiae numeros isse.* Ad sententiam h. l. cf. quae Westerm. G. d. r. B. §. 82. de forma orationis mutata cum conditione temporum et diversitate aurium exposuit.

utique] Dial. 22. 23. Bene de h. v. Herbst. ad Quint. X, 1, 20.: »*Utique dass doch ja* primum est optantis aut suadentis ac praecipientis, quo significatu cum coniunctivo (Cic. Attic. IV, 8.) et imperativo vel partic. Fut. Pass. iungitur; deinde in quibusvis enunciationibus vim *affirmandi asseverandique* accipit, ut sit nostrum *schlechterdings, durchaus, jedenfalls.* Cf. §. 24. 57. 113. 2, 10. 5, 12. 7, 14. 19. 30. Nonnullis tamen horum locorum interpretari licet *certe, wenigstens,* ut 1, 113. 2, 10.« Fabr. ad Liv. XXI, 48. 54.

vi et potestate — cognoscunt] Sic Codd. Farn. Vaticc. 1518. 4498. Par. Vind. Edd. ante Lips. et Pithoeus, unde repositum est a Dronk. et recentt. praeter Rup. pro *aut* e coniect. Lips. a seqq. Edd. recept. Synon. *vis et potestas* saepius a scriptt. Latt. coniunguntur: *vis et potestas* Terent. Heaut. IV, 3, 31. Gell. N. A. XII, 10. *vis ac potestas* Tac. Hist. II, 39. III, 11. *vis et potentia* Germ. 42. ubi v. Hess. Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 82. refert *potestatem, potentiam* et *potentatum* ad homines, qui animi viribus usi ad voluntatem suam aliquid efficiant (intellectuelle, durch Willensfreiheit bestimmte Wirkung), *vim* et *robur* ad res quoque, quae sponte nihil efficere possint (mechanische Wirkung). — *Cognoscere* (it. *cogn. causam*) est voc. forense, quod de iudice, magistratu et oratore dicitur cf. Schuetz. Lex. Cic. s. v.

et nec accipiunt tempora, sed constituunt] Cod. Farn. *nec* omis. *et* perperam eiecerunt Heum. et Schulz. Bach. in annot.

exspectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem revocant et festinare se testantur.

Cap. XX.

Quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem? qualia sunt fere principia Cor-

mavult *et non.* Hand. Turs. Vol. II. p. 325. comparat Graec. *κοὔτε — τε* ap. Soph. Philoct. v. 1321. *Accipiunt tempora* iudices, qui arbitrio litigantium permittunt, quantum temporis sibi ad dicendum sumere velint, nec eos intra praescriptas horas perorare iubent. Ad sententiam cf. Quint. IV, 5, 10. *Festinat enim iudex ad id, quod potentissimum est, et velut obligatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat; si vel occupatus vel in aliqua potestate vel etiam si moribus incompositus, cum convicio efflagitat.* IV, 1, 72. *Aliquando tamen uti, nec si velimus, eo* (prooemio) *licet, quum iudex occupatus, quum angusta sunt tempora, quum maior potestas ab ipsa re cogit incipere.*

testantur] *Testari* absolute i. q. certissime affirmare, profiteri, ut non statuenda sit cum Heumann. et Schulz. ellipsis *deos* vel *homines.* Cic. pr. Muren. cp. 37. *ego quod facio — me omnium vestrum causa facere clamo atque testor.* Corn. Nep. Themist. cp. 4. *Themistocles unus restitit et universos pares esse aiebat, dispersos testabatur perituros* — ubi Brem. bene explicavit *testari:* certissime affirmare, quasi testes alicuius rei locupletissimos citare possis.

Cap. XX. *Quis nunc feret — praefantem?*] Broter. *feret*, quod exstat in Codd. et Ed. Spir., revocavit pro *ferat* a Put. (non a Beroald. ut ap. Walth.) mutat. et a seqq. recept., quem recentt. secuti sunt. Sic Senec. Controvv. L. V. prooem. p. 321. Bip. *Quis enim ferret hominem de siphonibus dicentem* etc. — Scripturam *valitudinis* oblatam a Cod. Farn. Edd. Spir. Put. Ber. Alc. Ritt. praeferunt alteri *valetudinis* Beier. ad Cic. Offic. I, 27. Vol. I. p. 213. Lael. 2. Ramshorn. §. 81. p. 231. Ritter. ad Tac. Ann. I, 5., quae, licet in aliis bonis Codd scriptt. Latt. scriptura *valit.*, in aliis *valet.* inveniatur, confirmata locc. Horat. Satir. II, 2, 88. Epp. I, 4, 10. iure probata est Heusing. ad Cic. Off. I, 21. Spalding. ad Quint. XI, 1, 58. Osann. ad Dial. 23.

principia Corvini] Aliter iudicavit Quint. IV, 1, 8 sq. *quaedam in his quoque commendatio tacita, si nos infirmos et impares agentium contra ingeniis dixerimus, qualia sunt pleraque Messallae prooemia. Est enim naturalis favor pro laborantibus, et iudex religiosus libentissime patronum audit, quem*

vini. Quis quinque in Verrem libros exspectabit? quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa

iustitiae suae minime timet. VI, 3, 76. de Curione. *Hoc genus dicti consequens vocant quidam atque illi simile, quo Cicero Curionem semper ab excusatione aetatis incipientem facilius cotidie prooemium habere dixit, quia ista natura sequi et cohaerere videantur.*

libros exspectabit] Exhibent *exspectabit* Codd. Farn. (at *exspectavit* superscr. *b* e coll. Schluttig.) Vaticc. Par. Edd. Broter. et recentt. *expectavit* Cod. Vind. Ed. Spir. *exspectaverit* ex emend. Put. sqq. *Libri* i. q. orationes vd. annot. ad Dial. 3. *Exspectare* aliquid significat tam diu morari, dum aliquid factum vel ad finem perductum sit (ἀναμένειν — abwarten). *Exspectabit* igitur *quinque in Verrem libros* is, qui in iudicio morabitur, donec hae quinque orationes habitae sint; vel qui eas usque ad finem patienter audiet, quam interpret. Schulz. non debebat improbare Rup. Sic Cic. pr. Cluent. 2. *extremum exspectare.* Ceterum refert Plin. Epp. I, 20, 10. oratt. Verrin. tantum editas esse. Cf. de h. v. Petersen. Spec. II. Annott. in Tac. p. 17., qui Hist. II, 7. recte *exspectari bellum* pro *belli exitum* revocavit (de quo loc. vd. Kiessl.) et Ann. II, 60. *opperiens aegritudinem* explicat aegritudinis eventum. Hist. II, 46. *non exspectavit militum ardor vocem imperatoris.* Horat. Sat. I, 5, 9. *coenantes* (i. e. dum coenaverint) *haud animo aequo Exspectans amicos* c. annot. Heindf. Caes. B. C. II, 37. *Curio reliquas copias exspectare — parabat*, i. e. tam diu morari, donec copiae venerint, simulque spectare, num venturae sint, quae est Herzog. explicatio.

quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina] Ulpian. Dig. XLIV. 1. 2. pr. de exceptionibus. *Exceptio dicta est quasi quaedam exclusio, quae opponi actioni cuiusque rei solet ad excludendum id, quod in intentionem condemnationemve deductum sit.* Erant exceptiones aut peremptoriae, quae litem finiebant, aut dilatoriae, quae eam tantum differebant. Reus autem contra actionem ita se tueri poterat, ut aut factum negaret, aut iure factum esse contenderet, aut novum aliquid afferret, quo actionem elideret, quae ratio proprie *exceptio* appellabatur. Cf. Eckstein. ad h. l. Zimmern. Röm. Rechtsgesch. Vol. III. §. 91 sq. Rein. Röm. Privatr. p. 448 sq. Formulas exceptt. vd. ap. Brisson. de form. p. 402—406. »*Formula* in re forensi est modus, norma, ratio lege praescripta sive in verbis sive in factis servanda, ut ritus et ratio testamentorum, certa et concepta verba in actionibus, stipulationibus, iudiciis etc.« Forcell. Dial. 38. Exempla talium formularum exhibet Cic. Off. I, 12. III, 13. 15. 16. al. vd. Ern. Clav. Cic. s. v. In iudiciis vero, ut annotavit Eckstein.,

volumina, quae pro M. Tullio aut A. Caecina legimus? Praecurrit hoc tempore iudex dicentem, et nisi aut cursu argumentorum aut colore sententiarum aut

saepissime de eo agebatur, utrum recta formula electa sit ab actore necne, et, si quidem recta, an ad rem, de qua disceptabatur, apte concepta.

immensa volumina] Sic non dicuntur, quasi longiora fuerint, sed quae, quum intra claustra interpretationis interdictorum contineantur neque ultra exspatientur amoenis egressionibus, non aeque lectu sint iucunda atque ceterae orationes Ciceronis, quae in latioribus eloquentiae campis vagantur atque exsultant; iam vero quae minus grata nobis contingunt, eadem videri solent prolixa et immensa. vd. Beier. ad Cic. pr. Tull. p. 2. *Volumen* i. q. oratio scripta: Plin. Epp. III, 18. de Paneg. — *eadem illa spatiosius et uberius volumine amplecti* ibiq. Gier.

pro M. Tullio] Fragmenta huius orationis ab A. Maio et Amad. Peyronio nuper in palimpsestis Mediolanensis et Taurinensis Biblioth. inventa edita sunt una cum fragmm. oratt. pr. Scaur. et Flacc. a Cramero et Heinrich. Kil. 1816. 4., postea a Beier. c. fragm. oratt. in Clod. pr. Scaur. pr. Flacc. Lips. 1825. 8. Collecta exstant in Orell. quoque Ed. Cic. Vol. II. P. I. p. 382—392. et in Analectt. liter. cur. I. Huschk. p. 77—290. illustrata commentariis et excursibus a Ph. Ed. Huschk., qui hanc orationem 683. U. C. a Cicerone habitam esse existimavit.

A. Caecina] *A. Caecina* Volaterranus defensus est a Cicer. circa a. 685. U. C. Vd. Orator. 29, 102. *Tota mihi causa pro Caecina de verbis interdicti* [de vi, hominibus armatis] *fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus, verba ambigua distinximus.*

cursu argumentorum] *Cursum argumentorum* accipio de apta, dilucida, nullis ambagibus aut digressionibus interpellata dispositione argumentorum, ita ut ab infirmioribus ad potentiora celeriter progrediatur orator. Quint. VI, 4, 22. *Ne illud quidem ignorare advocatum volo, quo quaeque ordine probatio apud iudices sit proferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est, ut potentissima prima et summa ponantur.* VII, 1, 17 sq. IX, 4, 138. *in prooemiis plerumque summissi, — in narratione pleni atque expressi, in argumentis citati atque ipso etiam motu celeres sumus.* Sic eadem metaphora usus dixit Cic. de Orat. I, 35, 160. *cursum verborum* et II, 10, 39. *cursum orationis* de celeritate et flumine orationis. Quint. Declam. IX, 19. legitur *cursus defensionis.*

colore sententiarum] *Color* (sic χρῶμα τῆς λέξεως Dion. Halic. Ep. II. ad Amm. cp. 2. p. 793.) primum a rhetoribus di-

nitore et cultu descriptionum invitatus et corruptus est, aversatur dicentem. Vulgus quoque assistentium et affluens et vagus auditor assuevit iam exigere laetitiam

citur ea forma ac species orationis, quae non ad singulas eius partes, sed ad totum habitum et tenorem pertinet, quemadmodum color et succus non in singulis articulis corporis insidet, sed aequabiliter per id fusus totum occupat (das vorherrschende Colorit der Rede). Cf. Cic. de Orat. III, 25, 96. Deinde, ut h. l. *color* sensu praegnanti est color clarus et laetus, quo oratio vel poesis pingi et ornari solet (das belebende, lebhafte Colorit, der Redeschmuck, ut Freund. Lex. Lat.). Cic. Brut. 87, 298. de Orat. III, 25, 100. Solebant autem oratores huius saeculi sententiis levibus et frigidis ad aures iudicum et auditorum deleniendas orationem onerare, quae nimia frequentia sententiarum reprehenditur a Quint. VIII, 5, 25 sq. De v. *color* cf. Ern. Lex. techn. Lat.

nitore et cultu descriptionum] *Nitor et cultus* de ornatu atque elegantia orationis coniuncta exstant Dial. 23. Quint. X, 1, 124. XI, 1, 48. XII, 10, 79. Sulpic. Vict. Inst. rhet. p. 246. nitorem elocutionis in eo ponit, ut verba non sint sordida et vulgaria et de trivio sumpta, sed electa de libris et hausta de liquido fonte doctrinae. Cf. Ern. Lex. techn. Lat. s. *ornare*. — De descriptt. vd. Cic. Topic. 22. *Descriptio est, quam Graeci χαρακτῆρα vocant: — qualis sit avarus, qualis assentator, ceteraque eiusdem generis, in quibus natura et vita describitur* [Charakterschilderung]. Auct. ad Herenn. IV, 51. extr. Quint. IX, 4, 138. Schulz. non recte intellexit egressiones sive excursus, ut sunt Cic. Verr. II, 1 sq. Siciliae laus, IV, 48. Proserpinae raptus.

aversatur dicentem] Cod. Farn. Edd. Put. Riv. *adversatur*, Codd. Par. Vind. cett. Edd. *aversatur* praeter Bach., qui ad Tac. Hist. I, 1. *adversari* aliquem vel aliquid interpretatur fugere, evitare, velut quis fugit adversarium, ubi Kiessling. recte *aversatus* tuetur. Nam *aversari* (ἀποτρέπεσθαι — den Rücken Jemanden zuwenden) proprie est vultum ab aliquo avertere ad significandum fastidium aut indignationem aut pudorem. De confus. utriusque verbi cf. interprett. ad Hist. I, 1 et 38. *Aversari* aliquem vel aliquid meton. i. q. fastidire, respuere, aspernari. *Aversatur dicentem* h. l. i. q. cum fastidio audit, qua significatione legitur Dial. 9. *aures tuae respuant* et cp. 34. *iudex respuit*.

Vulgus quoque assistentium et affluens et vagus auditor] Dial. 23. *non auditores sequuntur, non populus audit*. De v. [illegible] vd. ad Dial. 19. *Affluere* (ἐπιῤῥεῖν vd. Wyttenbach. [illegible] p. 239. ed. Schaef.) de magna hominum multitudine

et pulchritudinem orationis, nec magis perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem quam si quis in scena aut Roscii aut Turpionis Ambivii exprimere ge-

in aliquem locum conveniente vel undique accurrente frequentatur a Tacit. vd. Boettich. Lex. Tac. s. v. Ann. IV, 41. *multitudo affluentium*. XIV, 8. *affluere ingens multitudo cum luminibus*. Ex Schulz. interpret. *affluens et vagus auditor* est is, qui ad coronam circumstantium temere accedit et ab ea discedit. Huc pertinet locus de auditoribus Quint. III, 4, 6. *Qui vero defendunt, tria faciunt genera auditorum: unum, quod ad delectationem conveniat, alterum, quod consilium accipiat, tertium, quod de causis iudicet.*

perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem] *Impexus*, quod a poetis usurpatur de capillis, hoc uno loco metonym. positum de oratione est inornatus, incomptus. Cic. Orat. 23, 73. *Nam ut mulieres esse dicuntur nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat: sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat.* Auctor. ad Herenn. IV, 31. *nuda atque inornata inventio.* Sic infr. *Attii aut Pacuvii veternus.* Comparari potest *impexus* c. Gr. πoκoειδής ap. Longin. XV, 5. de Aeschylo: ἐνίοτε μέντοι ἀκατεργάστους καὶ οἱονεὶ ποκοειδεῖς τὰς ἐννοίας καὶ ἀμαλάκτους φέροντος. Ern. Lex. techn. Gr. p. 143. non debebat conferre v. εὐπίνεια cum impexa antiquitate, quod in bonam fere partem dicitur, sicut ἀρχαιοειδές, ἀρχαιοπρεπές et ἀρχαιολογεῖν vd. Ern. l. l., sed potius vv. πῖνος (vd. Dionys. Halic. de Comp. p. 300. ed. Schaef.) et ἀρχαιοπινές. A Quint. II, 5, 23. *rudis saeculi squalori* opponitur *noster hic cultus.*

in scena aut Roscii aut Turpionis Ambivii] Cod. Farn. *scenam*, Cod. Vind. *cena*, Par., *scena*, ut prima exhibuit Ed. Alc. pro *coena* in prior. Edd.; *aut Turpionis aut Ambivii* Codd. et vett. Edd. *aut* ante *Ambivii* cum Lips. deleverunt seqq. Seebod. Dronk. et Osann. *aut Roscii aut Turpionis* exhibent, quod receptum a Bach. probatum est Boettich. quoque et Eckstein. in annott. — *Q. Roscius Gallus*, Lanuvii natus 625. U. C. et mort. 693., L. Sullae dictatori carissimus, amores ac deliciae Ciceronis, qui eum declamandi praeceptorem habuit et oratione, quae exstat, defendit, summus fuit aetatis suae artifex scenicus, qui excellenti arte ac venustate id consecutus erat, ut in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere Roscius diceretur. Scripsit librum, in quo eloquentiam cum histrionia comparavit. vd. Macrob. Sat. II, 10. Quanti Cicero fecerit eius artem maximis laudibus celebratam, qua plurimum in eloquentia se profecisse profitetur, intelligitur ex multis locis: de Orat. I, 18, 129 et 130. 59, 251. III, 26, 102. pr. Arch. 8. Brut. 84, 290. etc. vd. Onomast. Tull. P. II. p. 514. ed. Orell. et Bait. Wieland. et Schmid. ad Horat. Epp.

stus velit. Iam vero iuvenes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid

II, 1, 82. Nec omittenda est scita observatio Walch. ad Agric. p. 120. annot., ex hoc Apri iudicio prorsus contrario Ciceroniano manifestum esse, quantopere tum mores et sensus venustatis fuerint mutati. Quod Lang. quoque Opuscc. p. 46. explanare studuit, qui allato loc. Quint. XI, 3, 184. addit, veteres artifices ad res magis et verba poetae gestum attemperasse tardiore quadam gravitate, recentiores ad saltandi decorem et mobilitatem. Bernhard. Grundr. d. Röm. Lit. p. 94. annot. 165. — *L. Turpio Ambivius* (in didascal. Terent. *L. Ambivius Turpio*) fuit histrio comicus aetate Terentii nobilissimus, cuius plerasque fabulas una cum L. Atilio Praenestino egit. Cf. Cic. Cat. 14. Symmach. Epp. I, 25, X, 2. Manso verm. Schr. p. 93.

et in ipsa studiorum incude positi] Sic Cod. Farn. Edd. Lips. et seqq. praeter Osann., qui *et ipsa* lect. Codd. Par. Vind. cett. Edd. revocavit; it. Schurzfl. Heum. Oberlin. Seebod. Dronk., qui tamen *et* expunxerunt. Cuius partic. vim Hand. Turs. Vol. II, p. 477. nostri quoque loci memor et ad *καί* Graec. respiciens bene sic explanavit: »Latini saepe coniungunt duas sententias duoque nomina per *et*, quorum alterum priori addit distinctiorem definitionem, idque illustrat et explicatione amplificat.« Cf. Walth. ad Tac. Ann. II, 56. III, 48. XIII, 28. Kritz. ad Sall. Cat. 19, 2. Wopkens. Lectt. Tull. p. 98. — Metaphora *in incude ponere*, quae ducta est a fabris ferrum sub incude tundentibus et elaborantibus, quibus similes sunt magistri, qui assidue pueris aliquid inculcant, ut rude ingenium et impolitum assiduitate laboris quasi sub incude formetur et expoliatur vd. Talaeum ad Cic. de Orat. II, 39, 162., repetenda est e fonte Graeco, quem ostendit F. Iacobs. in epist. ad F. G. Doering. p. 30. Pindar. Pyth. I, 86. *ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν* c. annott. Boeckh. T. II. p. 238. et Dissen. in Ed. Goth. Antipat. Thessal. Epigr. 24, 3. *στίχον Πιερίδων χαλκευτὸν ἐπ᾽ ἄκμοσιν* c. annott. Iacobs. Anthol. Graec. P. VII. p. 409. Cic. l. l. *Ego autem, si quem nunc plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus.* Horat. Art. poet. v. 441. *Et male tornatos incudi reddere versus.* Plaut. Pseudol. II, 2, 20. *haec mihi incus est: procudam — hinc multos dolos.* Apud Sidon. Apollin. Epp. VIII, 4. legitur *meditationis incus* et IV, 1. *philosophica incude formatus*; Carm. 23, 130. *hic cum semipede stilum polibat Smyrnaeae incude doctus officinae.* Cf. Diomed. Art. gram. init. laudatus ab Osann.

non solum audire — volunt] Dial. 22. *Nihil excerpere, nihil*

illustre et dignum memoria volunt, traduntque invicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt, sive sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit, sive locus exquisito et poetico cultu enituit. Exigitur

referre possis. Sicut *afferre* (vd. Dial. 16.) domo dicuntur oratores orationes in forum aut in iudicia, sic *referre* domum auditores, qui eorum orationibus attentas aures praebuerunt, ut locos sententiasque illustres et dignas memoria animo infixas domum reportarent. De discipulis in scholis tradita domum referentibus exstat Quint. II, 2, 8. *Ipse aliquid, immo multa cotidie dicat, quae secum auditores* (al. *audita*) *referant.*

traduntque invicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt] *Traduntque invicem* i. e. communicantque inter se; ponitur enim a scriptoribus argenteae aetatis *invicem* pro *inter se*. Dial. 25. *invicem se obtrectaverunt* (Corn. Nep. Arist. 1. *obtrectarunt inter se*). Quint. V, 13, 33. *At haec Cicero pugnare invicem ostendit.* I, 4, 16. *Quid O atque U permutatae invicem?* Iam apud Liv. IX, 3. legitur: *His invicem sermonibus — nox traducta est.* Cf. Krebs. Antibarb. p. 277. — Quum Roma praecipua studiorum sedes ac magistra sub Imperatoribus esset, iuvenes illuc e coloniis ac provinciis, ut litteris et eloquentiae potissimum quum in scholis rhetorum tum oratores claros in forum assectati operam darent, frequentes confluxerunt, qui, si quid Romae illustre et memoria dignum evenisset, ad suos scriberent. Quomodo res in urbe gestae per Acta diurna in provincias sint divulgatae, explanabimus ad Dial. 37. Cf. Westermann. G. d. r. B. §. 78.

sive sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit — enituit] Pro corrupta lect. Codd. et mult. Edd. *sive in suis* egregiam emendat. Muret. *sive sensus* probatam Acidal. et Freinshem. receperunt Heumann. Schulz. Oberl. seqq. praeter Seebod. Ed. II. *sive iis sensus* exhibentem. Dial. 21. 22. 23. 32. De utroque voc. cf. Quint. VIII, 5, 1 sq. *Sententiam veteres, quod animo sensissent, vocaverunt. Id quum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu cotidiano quasdam reliquias habet. Nam et iuraturi ex animi nostri sententia et gratulantes ex sententia dicimus. Non raro tamen et sic locuti sunt, ut sensa sua dicerent: nam sensus corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus, lumina autem praecipueque in clausulis posita sententias. Quae minus crebra apud antiquos nostris temporibus modo carent. Ideoque mihi et de generibus earum et de usu arbitror pauca dicenda.* Herbst. ad X, 2, 17, adde XII, 10, 48. Vell. Pat. II, 9. *Sane non ignoramus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem.* Plin. Epp. II, 3, 2. *sensus reconditi occursant* ubi v. Gierig. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Attii

Gutmann. bene interpretatus est: wenn ein Gedanke in scharfem (melius treffendem) oder kurzem Sinnspruche aufblitzte. *Arguta sententia* est, quae lepore et concinnitate animum afficit. Cic. Brut. 17, 65. *quis* (Catone) — *argutior in sententiis.* De opt. gen. or. 2, 5. *Sententiarum autem totidem genera sunt, quot diximus esse laudum: sunt enim docendi acutae, delectandi quasi argutae, commovendi graves.* Quint. XII, 10, 48. sententias utiles esse dixit, quod feriant animum et uno ictu frequentes impellant et ipsa brevitate magis haereant et delectatione persuadeant. Vd. Ern. Lex. s. *argutus* et *acutus. Effulgere*, sicut *enitescere* — *exsplendescere* — *emicare*, dicuntur ea, quae cum fulgore vel splendore emicant (aufblitzen). Quint. X, 6, 5. *Sed si forte aliquis inter dicendum effulserit extemporalis color.* Plin. H. N. IV, 1. *Omnis Graeciae fabulositas sicut et litterarum claritas ex hoc primum sinu effulsit.* Quint. X, 5, 14. *Alitur enim atque enitescit velut pabulo laetiore facundia.*

Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor] Codd. Par. Vind. vett. Edd. *exercetur enim;* Cod. Far. *exigetur* om. *enim*, unde Lips. *exigitur enim* recept. a seqq. praeter Ritter. *enim* omittentem. *Poeticus decor* i. q. poeticus cultus — ornatus (dichterische Ausstattung), non *decorum poetarum* ap. Cic. Off. I, 28., quod intelligi vult Rup. Frequentatur hoc voc. a Quintiliano, ut *decor compositionis* IX, 4, 44. 145. *decor scenicus* II, 10, 13. De sententia h. l. cf. Quint. II, 4, 3. Serv. ad Virg. Aen. X, 10. Senec. Suasor. III. p. 24. Bip. Lang. vind. trag. Rom. p. 35. Meiners. Gesch. d. Verf. d. Röm. Lit. p. 119. Westerm. G. d. r. B. §. 82. 13. De nimio studio oratorum, quo poeticum dicendi genus affectabant et versus vett. poetar. aut nomine adiecto aut omisso orationibus suis interposuerunt, cf. Quint. I, 8, 10 sq. *Denique credamus summis oratoribus, qui veterum poemata vel ad fidem causarum vel ad ornamentum eloquentiae assumunt. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam et ceteros, qui sunt proximi, vidimus Ennii, Attii, Pacuvii, Lucilii, Terentii, Caecilii et aliorum inseri versus summa non eruditionis modo gratia, sed etiam iucunditatis, quum poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent.*

non Attii aut Pacuvii veterno] *Accii* Cod. Farn. *Actii* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *Attii* Lips. et seqq. Quum scriptura huius nom. propr. mire fluctuet in Codd. scriptt. Latt. (ut nomm. *Nacca* — *Nacta* — *Natta* et *Vectius* — *Vetius* — *Vettius* vd. Walth. ad Tac. Ann. XV, 3.), quae a Graecis (Ἄττιος Dion. Halic. Arch. R. III, 70.) et in nummis multisque lapidibus (de quorum diversitate vd. Wesseling. Probabil. p. 120 sq.) per *tt* exprimatur, nunc forma *Attius* potior haberi

aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Vir-

coepta est a Schneider. Elementarl. d. Lat. Spr. P. I. p. 444. Beier. ad Cic. Off. III, 21. p. 343. Weichert. de L. Var. p. 9. Goeller. ad Cic. Orat. 11.; *Accius* ap. Cic. exhibet Orell. vd. Onomast. Tull. P. II. p. 4. Mueller. ap. Varron. L. L. V, 98. VII, 19. al. Nomina *Attii* et *Pacuvii* multis locis coniuncta leguntur, ut Dial. 21. Quint. X, 1, 97. Horat. Epp. II, 1, 35. Martial. Ep. XI, 91, 5. Vell. Pat. II, 9. vd. Weichert. poett. Latt. rell. p. 13. *L. Attius*, qui natus 584. U. C. vixit ultra 80 annum, a Cicerone, qui adolescens saepius cum eo se collocutum significat (Brut. 28, 107.), gravis et ingeniosus appellatur, a quo multae Graecorum tragoediae aut imitatione expressae aut in Latinum conversae sunt, ut Alcestis, Alcmaeon, Meleager, Philocteta, Phoenissae al. Scripsit quoque fabulas togatas praetextatas, quarum argumenta ex historia Romana petita erant, Decium sive Aeneadas et Brutum vd. sup. p. 7. Fabularum fragm. congessit Both. in poett. Latt. scenicc. Vol. V. P. I. p. 156 sq. Didascalicon libros conscripsit novem, quorum fragmenta collegit I. N. Madvig. in comment. de L. Attii didascalicis. Havn. 1831. 4. repetit. in Eiusd. Opuscc. acad. Havn. 1834. 8. p. 87 sq. *M. Pacuvius*, nat. Brundusii 534. U. C. mort. Tarenti 623, Ennii nepos ex sorore, hospes et amicus C. Laelii, tragoedias scripsit ex imitatione Graecorum, velut Duloresten (vd. H. Stieglitz. de Pacuvii Duloreste), Iphigeniam Tauricam, Antiopam al., fabulam togatam praetextatam Paullum (vd. Neukirch. de fab. tog. Rom. p. 73 sq.), quarum fragm. collegit Both. ll. p. 98 sq. A Cicerone, qui frequenter versus ex eius tragoediis citavit (vd. Onomast. Tull. P. II. p. 434 sq. ed. Orell. et Baiter.), summus tragicus laudatur de opt. gen. or. 1, 2., qui pariter atque Ennius et Attius non verba, sed vim Graecorum expresserit poetarum. Quint. X, 1, 97. *Tragoediae scriptores veterum Attius atque Pacuvius clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen Attio plus tribuitur: Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.* Cic. Orat. 11, 36. Gell. N. A. VII, 14. VIII, 2. Cf. de utroque poeta Regel. de re trag. Rom. p. 46 sq., qui bene observat, non tantum in singulis eos verbis aut in effingendis tragoediae personarum moribus multa novasse, sed etiam totam tragoediarum oeconomiam haud raro immutasse et proprio modo instituisse; in Pacuvio ubertatem ac doctrinam laudandam fuisse, quae cerneretur etiam in versibus magis ornatis elaboratisque, Attium contra laudem altitudinis et sublimitatis potissimum consecutum esse, minorem vero diligentiam et in elaborandis versibus atque in sermonis duritie vitanda collocasse.

gilii et Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior exstitit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum voluptate perveniunt. Quid enim, si infirmiora

veterno] *Veternus* s. *veternum* est morbus naturalis senum, qui languorem et torporem inducit (Schlafsucht). Cels. de medic. III, 20. *in hoc* (lethargicorum morbo) *marcor et inexpugnabilis paene dormiendi necessitas: λήθαργον Graeci nominarunt.* Metaphorice de socordia Cael. in Cic. Epp. ad Fam. VIII, 8. Deinde dicitur de situ vetustatis: Colum. R. R. IV, 24. *muscus — situque et veterno macerat* (vites). Apul. Metam. IX. p. 223. Elemenh. *totumque corium veterno atque scabiosa macie exasperati.* Unde transfertur ad situm ac squalorem orationis vetustate contractum. Sic apud Sidon. Apollin. Epp. I, 1. *veternosum dicendi genus imitari.* De re cf. Senec. Epp. 58. *quantum apud Ennium et Attium verborum situs occupaverit.* Horat. Epp. II, 2, 116—119. *Proferet in lucem speciosa vocabula rerum, Quae priscis memorata Catonibus atque Cethegis Nunc situs informis premit et deserta vetustas* c. annott. Schmid. Regel. de re tragic. Romanor. p. 29. »Ii enim veterum loci, ubi vituperantur antiqui Romanorum tragici, v. c. Tac. Dial. v. 20. Pers. Sat. I, 76 sqq. Martial. XI. 91. 5., omnes spectant solummodo ad obsoletam priscorum tragicorum dictionem, quae sane molli illi post Augustum aetati non magnopere poterat placere, et eo magis reprehendenda videri debebat, quo insulsius multi Attii Pacuviique veterem dicendi rationem imitarentur. Contra in universum testimonia veterum ita comparata sunt, ut nisi quis praeoccupato ad ea accedat animo, intelligere debeat, Romanos summi fecisse non solum recentiorem Augustei aevi sed etiam antiquissimam illam Livii, Ennii, reliquorum trago(•iam.«

ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus] Quanti fecerint hos poetas Romani, intelligitur e Quintiliano, quem cf. X, 1, 94 et 95. de *Horatio*; ib. 85. de *Virgilio*, ib. 90. de *M. Annaeo Lucano*, qui natus Cordubae in Hispan. a. 38. p. Ch. mort. 65. Pharsaliam X. libris scripsit summisque laudibus a Martiale quoque Epigr. VII, 21. 22. 23. et a Stat. Silv. II, 7. celebratus est. De *sacrario* vd. annot. ad Dial. 12.

auribus et iudiciis] Est ἓν διὰ δυοῖν pro *auribus iudicantium.*

cum voluptate perveniunt] Vd. annot. ad Dial. 7. p. 43.

Quid enim] Pro hac lect. sanissima *quis enim infirmiora* correxit Heum., *quid enim? nisi* Osann., male distinxerunt *quid enim? si* Seebod. Dronk. et Orell. (cf. Schmid. de inter-

horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur?

Cap. XXI.

Equidem fateor vobis simpliciter me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix

punct. harum interrogatt. ad Horat. Epp. I, 16, 8.), et praeter necessitatem coniecerunt *an* pro *si* Oberl. et *scilicet* pro *si* Orell., quem temere secutus est Gutmann. in interpret. vernacula. Est haec formula elliptica (vd. Zumpt. Gr. §. 769.), cui respondet Graeca *τί γάρ, εἰ* —, de qua cf. Viger. q. 147. Herbst. ad Xenoph. Memor. II, 6, 2., sic explicanda: Quid enim, si — credas, de hac opinione iudicandum erit? ad quam interrogationem facile quis respondeat, falsam esse huiusmodi opinionem iudicandum erit. Etenim M. Aper, ut demonstret, non ideo minus efficaces esse orationes, quia oratores laetius dicendi genus a veteribus diversum auditoribusque iucundius sequantur, exemplo utitur dicens, ne templa quidem aetatis suae ideo infirmiora haberi posse, quod non rudi caemento et informibus tegulis exstruantur, sed splendidiora marmore niteant et auro radientur. Sic orationes nostrae non ideo minus efficaces sunt, quia — perveniunt, ut templa horum temporum non ideo infirmiora sunt, quia — radiantur.

quia — radiantur] Cf. Germ. 16. *Ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi.* Utrum *radiantur* transitive an intransitive sit accipiendum, de eo dissentiunt secum VV. DD. Rothius enim ad Tac. Agric. p. 263. id interpretatur illustrantur vel distinguuntur, ubi simul hanc notionem explicat per translationem structurae ob similitudinem significationis factam, allatis exemplis e Tacito, ut Ann. XII, 19. *triumpharetur* (Mithridates) positum sit pro ne in triumpho duceretur (non ageretur), Germ. 20. *nec virgines festinantur* pro nec v. festinanter collocantur. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 79. annotavit, *radiare* apud poetas aureae et scriptores argenteae aetatis synonymum usurpari v. *fulgere*. Bach. *radiantur* pr. form. deponentis poetica habet. Ovid. Epp. ex Pont. III, 4, 103. *Scuta sed et galeae gemmis radientur et auro.* Sil. Ital. XVII, 395. *At contra ardenti radiabat Scipio cocco.* Senec. Epp. 115. *divitiarum radiantium splendor.*

Cap. XXI. *fateor — tenere*] Codd. et Edd. ante Lips. *fateor*, quod revocarunt Bip. et recentt. praeter Orell. et Rup., qui coniecturam Lips. *fatebor* a mult. Edd. temere receptam in textum admiserunt. Ceterum *fateri simpliciter* rarius di-

somnum tenere. Nec unum de populo Canuti aut Atti de Furnio et Coranio alios in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant: ipse mihi Calvus, quum

ctum videtur pro *fateri ingenue.* Obversati videntur Tac. loci Ciceronis: Brut. 85, 293. *Equidem in quibusdam risum vix tenebam* etc. 80, 278. *Itaque tantum abfuit, ut inflammares nostros animos: somnum isto loco vix tenebamus.*

Nec unum de populo Canuti aut Atti de Furnio et Coranio alios in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant] Sic h. l. desperatum exhibent Codd. Farn. Vaticc. Edd. Walth. Osann. nisi quod Farn. *Ganuti — attio — defurnio;* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Ber. Alc. Rhen. *nec unum de populo. Canuti aut Aride* (*Aridae* Cod. Vind. *Atide* Par.) *Furnio et Toranio* (Put. *Trotao*), *quique alios in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant;* Lips. et Pith. (nisi quod asterisco in marg. h. l. notavit) *nec unum de populo Canuti * aut Atti de Furnio et Toranio quique alios i. e. v. h. o. et h. m. p.* Quoniam autem a consilio meo alienum est, omnes coniecturas a VV. DD. excogitatas enotare, velut a Lips., Acidalio, Schulting., Schel., Schurzfleisch. al., quas Schulz. in Excurs. III. p. 171 sq. et Eckstein. in Ed. Walth. congesserunt, commemorabo tantum eas, quae ab editoribus recentt. in textum receptae sunt, ut ab Heum. Bekk. et Boettichero haec emendatio I. F. Gronovii: *Nec unum de populo Canutium aut Arrium Furniumve nominabo, quosque alios in eodem valetudinario haec ossa et haec macies probant;* a Bip. *tenere, nec unum de populo. Canutii, aut Attii, vel Furnii, vel Curiones aliis, in eodem valetudinario, haec ossa et hanc maciem probant;* a Schulz. et Oberlin. *Nec unum de populo, Canutium aut Arrium Furniumve nominabo, quique aliis in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant;* a Seebod. Ed. II. *Nec unum de populo, Canutium aut Arrium, Furnium aut Toranium . . . quique aliis — probant;* a Dronk.: *nec unum de populo. * Canutii aut Atti, vel Furnii aut Toranii quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant;* a Rupert.: *Nec unus de populo, Canutii aut Arrii et Furnii et Toranii quique alii — probant;* a Ritter.: *Nec unum de populo Canutium aut Arrium Furniumve curo, nec alios qui in eodem valitudinario haec ossa et hanc maciem probant,* addita explicatione: non futiles illos prioris aevi oratores curo, quibus haec ossa et haec macies (tenue et exile dicendi genus) unice probatur: ipsi praestantiores, ut Calvus, non satisfaciunt; Bach.: *nec unum de populo, Canutium aut Arrium de Furnio et Coranio, alios in eodem valetudinario haec ossa et haec macies probant,* qui verba sic interpretatur: haec ossa et haec

unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una

macies (qualia scilicet lectori in scriptis illorum offeruntur) probant non solum mediocres oratores, ut Canutium aut Arrium aliosque in eodem valetudinario (sc. cubiculo) esse (sive iacere) sed optimos quoque oratores, ut Calvum etc.; scriptorem enim mutata structura perrexisse: *ipse mihi Calvus.* Agmen claudat coniectura ab Fr. Hessio in commentatt. critt. mss. proposita, quae ad Eckstein. prope accedit: *Nec unum de populo Pacuvii aut Atti ut aridum atque deformem contemno* — vel: *Nec unius de populo Pacuvii aut Attii deformis est oratio, quamquam alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant.* Mihi quidem locum nova coniectura tentare supervacaneum est visum, qui in desperatis erit habendus, donec e bonis Codd. nondum collatis (in quo numero est Cod. Ottobonianus, qui Romae asservatur) medela ei possit adhiberi. Iam singula verba illustrabimus, quoad eius in loco adeo depravato fieri poterit. *Unus de populo*, ut τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς ap. Lucian. Somn. 9., significat hominem de vulgo, humilem atque abiectum, h. l. futilem, mediocrem oratorem: *ut unus e populo* Suet. Aug. 56. *unus de multis* Cic. Off. I, 30, 209. ibiq. Beier. Quum non satis liqueat, uter *Canutius* (*Cannutius* Orell. in Onomast. Tull. e Cod. Medic. Epp. Cic.) sit intelligendus, quorum alter *P. Canutius*, accusator Oppianici, Scamandri et Fabricii in causa Cluentiana, ut homo eloquentissimus et in primis ingeniosus laudatur a Cic. Brut. 56, 205. pr. Cluent. 10. 18. al., alter *Ti. Canutius*, (idem qui Suet. de clar. rhet. 4. falso *C.* dicitur ubi v. Ern.), acerrimus M. Antonii adversarius, quem trib. pleb. continua rabie lacerabat vd. Cic. Phil. III, 9. Epp. ad Fam. XII, 3., ab Octaviano postea necatus est vd. Vell. Pat. II, 64., Dronkius intellexit Tiberium, Bach. rem in medio relinquit. *Arrius*, si fides habenda est emendat. Gronov. (pro *Attio* quem oratorem nemo novit), fuisse videtur is, qui praetor 682. U. C. a Spartaco victus et 695. in petitione consulatus a Caesare destitutus sic describitur a Cic. Brut. 69, 242 sq. c. annot. Meyer. *Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori multorumque vel honori vel periculo servire. His enim rebus infimo loco natus et honores et pecuniam et gratiam consecutus etiam in patronorum sine doctrina, sine ingenio aliquem numerum pervenerat. C. Furnium* Gronov. putavit fuisse C. F., amicum Ciceronis, a quo ad eum exstant scriptae Epp. ad Fam. X, 25 et 26., cuius posterioris ep. verba eum patronum nobilem et sic in disertorum numero fuisse produnt: *O mi Furni, quam tu tuam causam non nosti, qui alienas tam facile discas.* De *Toranio* vel

et altera oratiuncula satisfacit. Nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video: quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit? At Hercule in omnium

Coranio nihil constat. — *In eodem valetudinario esse* — *iacere* est proverbium de iis, qui eodem malo premuntur, quod convenientissimum est, quia salubritas et sanitas (vd. Dial. 23 et 25.) in virtutibus oratoris ponitur. Senec. Ep. 27. init. *tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum colloquor.* Nat. Quaest. prooem. *qui robustior est in valetudinario.* *Ossa et maciem* (vd. infr. *Oratio autem* etc.) accipe de ieiuno et arido dicendi genere: Quint. prooem. 24. II, 4, 9. V, 12, 6. Quicquid igitur de h. l. corrupto vel in integrum restituendo vel explanando suspicabimur, Apri saltem sententia haec fuisse videtur, se non a mediocri aliquo de vulgo oratorum antiquorum, quibus exilis et ieiuna oratio sola probetur, velut a Canutio etc., exemplum esse sumpturum, sed a Calvo, oratore satis probabili, qui tamen ipse non in omnibus orationibus suis sibi satisfaciat.

vix in una et altera oratiuncula] Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. lect. *et altera* revocat. a Dronk. receperunt recentt. pro *aut altera* e Put. in plerasq. Edd. propagata. Formulae, quae praeter form. *unus et alter* (de qua vd. Kritz. ad Sall. Iug. 60. Ruhnk. Dict. ad Ter. Andr. I, 1, 50. ad Ovid. Her. 15, 182.) denotant indefinite complures, quanquam non admodum multos, hae sunt: 1) *unus aut alter*: Dial. 9, 29 et 39. Plin. Paneg. 45. c. annot. Schwarz. 2) *et unus et alter*: Cic. Epp. ad Attic. XIV, 8. 3) *unus atque alter*: Sall. ll. Cic. pr. Cluent. 13. 4) *unus alterque*: Liv. VI, 60. 5) *unus alterve*: Tac. Germ. 6. 6) *unus alter*: Plin. Epp. IX, 10. ubi Cort. *et* (in vett. Edd. it. Titz. omiss.) recte omitti posse annotavit, quod Schaef. Gier. et Herbst. intruserunt. *Libri* sunt orationes litteris consignatae vd. annot. ad Dial. 3. Plin. Epp. V, 20. *librum* et *oratiunculam* promiscue posuit. A Quint. IV, 3, 17. Ciceronis orat. Milon. appellatur *oratiuncula*.

Nec dissentire ceteros — video etc.] Cf. Cic. Brut. 82, 284. Ab Apri iudicio, a quo ceteri intelligi videntur, qui sermoni interfuerunt, discrepant Quint. VI, 1, 13. X, 1, 115. al. et Aquil. Rom. de fig. p. 183. c. annot. Ruhnk. Vd. annot. ad Dial. 17. Ellendt. Prolegg. p. CXXI.

in Asitium aut in Drusum] *Asitium* Codd. et Edd. praeter Boettich., qui coniect. Muret. *Ascitium* coll. Cic. pr. Cael. 10. (ubi var. lect. *Asitius*) probat. Orell. Add. p. LXVII. recepit, ne aliorum coniecturas commemoremus, de quibus vd. Meyer. fragm. oratt. p. 203. Westerm. G. d. r. B. p. 218. De Druso haec exposuit Weichert. poett. Latt. reliq. p. 112.:

studiosorum manibus versantur accusationes, quae in Vatinium inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio. Est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata, ut scias ipsum quoque Calvum

»Drusum suspicor fuisse illum, quem a Lucretio reum de praevaricatione factum Cicero a se defensum scribit Attico Epp. IV, 16. — Hic Drusus fuit familiaris Pompeii (vd. Epp. ad Attic. XI, 7.), ubi Pisaurensis nominatus cum epulone Vatinio componitur. Defendit eum Cicero (Epp. ad Attic. IV, 15.) post Messium e legatione Caesaris revocatum, qui idem Pompeii familiaris fuit. Druso et Messio litem intulit cum Cicerone, faciliore Pompeii familiarium patrono, congressus.«

in hominum studiosorum manibus versantur] E coniect. Acidal. *omnium* Heum. Schulz. Seebod. Orell. Boett., de qua frequenti confus. vd. Kritz. ad Sall. Iug. 74. Beier. ad Cic. Offic. T. II. p. 308. *Studere* (Dial. 21. 32. 39.) *et studiosus* absolute vel is dicitur a scriptt. argent. aetat., qui litteris diligenter operam dat vd. Plin. Epp. II, 13. IV, 1. 3., vel praecipue, qui eloquentiam tractat vd. Frotsch. ad Quint. X, 7, 27.; de utraque signif. Cort. ad Plin. Epp. III, 5, 5.

quae in Vatinium inscribuntur] *scribuntur* Cod. Farn. *conscribuntur* Codd. Vaticc. Par. Vind. vett. Edd. *inscribuntur* ex optima emend. Lips. in marg. proposita et recept. a Pichen. Edd. seqq. Sic Dial. 38. *exceptis orationibus — quae p. h. U. inscribuntur.* Quint. VI, 3, 22. *haec disputatio a Graecis περὶ γελοίου inscribitur.* Cicero ubi suos libros citat, perf. pass. utitur, ubi alienos, praesenti praeter loc. Offic. I, 9. de additament. suspect. vd. interprett. Divin. II, 1. *eo libro, qui est inscriptus Hortensius.* Tusc. I, 24, 57. *in eo libro, qui inscribitur Meno.* De orationibus in Vatin. cf. Dial. 34. Ellendt. Prolegg. p. CXXII sq., qui observat, P. Vatinium a Calvo bis accusatum de maiestate et de ambitu in petenda praetura, in qua Catoni praelatus est, et secundam orationem praecipuis veterum laudibus celebratam ad ambitus iudicium pertinuisse, in quo eum defendit Cicero 700. U. C. Cf. de eo Onomast. Tull. P. II. p. 635 sq. ed. Orell. et Bait. Spalding. ad Quint. VI, 1, 13.

Est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata] Praeter necessitatem copulam post *sententiis* intruserunt Schulz. Oberl. Osann. Orell. Boett. *auribusque,* Dronk. *et auribus,* Heum. et Seebod. *ac auribus* exhibentes, quum participiorum ἀσυνδέτως positorum multa exempla exstent. Cf. annot. ad Dial. 2. Ramsh. Gr. §. 171. III. 7. Cic. Catil. III, 5. *recitatis litteris debilitatus atque abiectus, conscientia convictus repente conticuit.*

intellexisse, quid melius esset, nec voluntatem ei, quo sublimius et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. Quid ex Caelianis orationibus? nempe eae placent, si non universae, at partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem illae verborum et hians compositio et

nec voluntatem ei, quo sublimius et cultius diceret] *nec voluptatem et quo* Cod. Farn. *ne voluntatem ei quo* Codd. Vaticc. *nec voluntatem quo* Cod. Par. *qui* Vind. *q* Ed. Spir. *quin* e Put. propagat. in seqq. *nec v. ei quin* Dronk. Osann. Orell. Boett. Walth. *nec v. ei, quo* recte Bekk. Bach. Ritt. *Cultus* subst. et adiect. a scriptt. arg. aet. ut a Quint. pro *ornatu* ap. Cic. de oratione usurpatur: *culte dicere* VIII, 3, 7. *cultus et nitor* XI, 1, 48. Tac. Dial. 20. 23. *incultus* 23.

Quid ex Caelianis orationibus? — agnoscimus] Eckstein. in Ed. Walth. distinxit sine signo interrogandi non recte laudans Beier. ad Cic. Lael. cp. 8. p. 43., quoniam is ibi de duabus interrogationibus in una enunciatione coniunctis agit, de quibus cf. annot. ad Dial. p. 44. *Quid? ex* — Pith. Orell. Seebod. Bach. explicans *quid* per *porro*, ut transeatur a Calvo ad Caelium. *Quid ex Caelianis orationibus?* Lips. Gronov. Dronk. Osann. Bekk. Ritt., quae interpunctio ideo praeferenda videtur, quod antegressa interrogatione (in qua h. l. supplebis: quaenam placent) poni solet *nempe*, ut ad eam respondeatur: vd. Reisig. Vorles. §. 271. Herbst. ad Quint. X, 2, 4. Hartung. v. d. Part. d. griech. Spr. Vol. I. p. 490 sq.

si non universae, at partes earum] Recepi egregiam emend. Acidal. probatam Heum. Brot. Oberl. Bekk. Boett. Rup. Walth. Bach. Ritt.; Pithoei *sive universae sive partes earum* receperunt Schulz. Seebod. Dronk. Orell., quum locus depravatus exstet in Cod. Farn. *sive in universa parte serum* test. Schluttig., omiss. *in* ap. Bekk.; in Codd. Vaticc. *si universa parte serum*, in Cod. Par. *sive in universa parte sectum*, in Cod. Vind. Edd. Rhen. etc. et Bip. *s. i. u. p. factum*, in Edd. Spir. Put. Riv. *s. i. u. p. fectum*.

altitudinem] *Altitudo* (ὕψος) i. q. sublimitas, sub qua voce vd. Ern. Lex. techn. Lat. Dial. 31. Cic. Brut. 17, 66. *Nam ut horum* (Philisti et Thucydidis) *concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis quum brevitate tum nimio acumine officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae.* Quint. VIII, 3, 88.

sordes autem illae verborum] *Sordes verborum* h. l. sunt verba squalore vetustatis inquinata, quae eadem *veterno inquinata* (Dial. 20.) vel *oblitterata et olentia velut rubigine infecta* (Dial. 22.) dici possunt, quibus contraria sunt decor ni-

inconditi sensus redolent antiquitatem; nec quenquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet,

tor, cultus, ornatus. Sic *sordes* de verbis ignobilibus Senec. Ep. 114. *Quidam contra, dum nihil nisi tritum et usitatum volunt, in sordes incidunt.* Item *sordidus* i. q. foedus, abiectus, ignobilis: *sordida verba* Quint. VIII, 3, 17. *sordida oratio* VIII, 3, 49. *verba invulgata et sordentia* Gell. N. A. XI, 7. *verba ignobilia nimis et sordentia* XIX, 13. *reconditorum verborum foetores* Suet. Aug. 86. Senec. Controv. IV. p. 284. Bip. *T. Livius de oratoribus, qui verba antiqua et sordida consectantur et orationis obscuritatem severitatem putant, aiebat Miltiadem rhetorem eleganter dixisse: ἐπὶ τὸ πλησίον μαίνονται.*

hians compositio] *Hiare* (*χαίνειν* — *hiulcus* vd. Ern. Lexx. s. vv.) vulgo dicitur oratio, quae crebros vocalium concursus et collisiones habet: vd. Auct. ad Her. IV, 12. Quint. IX, 4, 20. 33. Hoc autem loc. *hians compositio* est intelligenda oratio male vincta et commissa: Cic. Orat. 9, 32. *quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt.* Quint. VIII, 6, 62. *Fit enim frequentissime aspera et dura et dissoluta et hians oratio.* XII, 9, 17.

inconditi sensus redolent antiquitatem] Adiect. *inconditus* (i. q. *incompositus* vd. Herbst. ad Quint. X, 1, 66., ἄκομψος) frequentatum a Cicerone dicitur de oratione, in qua numerus oratorius neglectus est. Cic. de Orat. III, 44, 173. *idque princeps Isocrates instituisse fertur, ut inconditam antiquorum dicendi consuetudinem — numeris astringeret.* Tac. Agric. 3. *incondita ac rudi voce composuisse.* Formula *redolere antiquitatem* (*redolere* et *olere* sunt vocc. med.) desumpta est e Cic. Brut. 21, 82. *Sed nescio quomodo huius* (Galbae) — *exiliores orationes sunt et magis redolentes antiquitatem quam aut Laelii aut Scipionis aut etiam Catonis.* Macrob. Saturn. I, 5. *quid aliud sermo tuus nisi ipsam redolet vetustatem?* Cic. Brut. 82, 285. *mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur.* Quint. VI, 3, 107. *et verba omnia et vox huius alumnum urbis oleant* VIII, 1, 3. Sic Dial. 22. ad verba *olentia* suppleo antiquitatem, quae Forcell. Lex. s. v. interpretatus est quasi situm et mucorem redolentia, et verba *oblitterata et olentia* explico (vd. Quint. IV, 1, 58.) ab obsoleta vetustate sumpta et sordida.

antiquarium] *Antiquarius* (Dial. 37. 42.), vel, ut cum Quint. II, 5, 21. loquar, *antiquitatis nimius admirator* est is, qui non solum obsoleta antiquorum poetarum, oratorum et historicorum verba antiquatasque orationis formas aucupatur, sed antiquos etiam scriptores recentioribus praeferendos censet. Cf. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 326. Suet. Aug. 86.

qua antiquus est. Concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum in eloquentia non effecerit, quae divinum eius ingenium postulabat, tam Hercule quam Brutum philosophiae suae relinquamus (nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur): nisi forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut

Cacozelos et antiquarios ut diverso genere vitiosos pari studio sprevit. Iuven. VI, 454. *Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.* Quinam hi antiquarii (ut Gellius et Fronto) fuerint disces e Macrob. Sat. I, 5. Gell. N. A. I, 10. XIX, 8. Cf. Sidon. Apoll. Epp. IX, 16. p. 588. Ed. Par.

ut propter — rerum] Lips. e Cod. Farn. *cogitationum* restituit recept. a seqq. pro *cognitionis* Codd. Par. Vind. vett. Edd., de qua freq. confus. vd. interprett. ad Quint. X, 1, 1. *Cogitationes* sunt deliberationes, consultationes. vd. Hess. ad Tac. Germ. 22. Vell. Pat. II, 41. (Caesar) *magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro, sed sobrio neque irato simillimus.*

in eloquentia non effecerit, quae divinum eius ingenium postulabat] E corrupt. lect. Cod. Farn. *in aeloquentiam* (*eloq.* Schluttig.) *effecerit, quae* Bekk. effinxit in annott. *in eloquentia non effec., quae* recept. a Walth. Bach. Ritt. Codd. et Edd. cett. *minus in eloquentia eff. quam.* Ab hoc iudicio dissentiunt scriptt. laud. ad Dial. 17.

nisi forte quisquam — nisi qui et] Codd. Par. Vind. vett. Edd. Osann. Orell. Walth. (omisso *qui* a typotheta) Bach. *sisi forte* Cod. Farn. I. F. Gron. offensus duplici *nisi* coniecit *nec fere quisq.* receptum ab Heum. Seebod. Bekk. Boett. Ritt. vel *nec ferme* a Rup. At idem Diatr. in Stat. Vol. I. p. 465. ed. Hand. *nisi forte quispiam* suspicatus est, ubi Hand. in annot. *nisi forte quisquam — legit, qui et — miretur.* Schurzfleisch. coniectur. Latinitati adversantem *nec forte quisquam* Schulz. Oberl. Dronk. receperunt. Petersen. in Spec. II. Annott. in Tac. p. 21. emendavit *nisi forte quisquam — nisi et* deleto *qui*, quia iteratum *nisi*, quae figura rhetorica anaphora appelletur, huic sermonis parti multum gratiae ac ponderis addat, et quia verba posteriora *carmina eorundem miratur* maius quoddam et amplius subiiciant, scriptor *et* interposuerit pro *etiam, adeo.* Plene verba sic explicat: *nisi forte quisquam — legit, nisi forte quisquam etiam carmina eorundem miratur,* quo scriptor tacite significet, absurdum esse hoc putare nec quenquam id facturum esse. Bach. h. l. ex anacoluthia quadam explicandum censet; scriptorem enim hoc dicere voluisse: *vix enim quis-*

Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. Fecerunt enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt non melius quam Cicero sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. Asinius quoque, quanquam propioribus temporibus natus sit, videtur

quam aut Caesaris — libros legit atque miratur, nisi qui etiam carmina eorundem miratur; qui ut particulam causalem, quum antecesserit *nam* et subsequatur *enim*, vitaret, in aliud μονοτονίας incommodum inciderit, ut bis poneret *nisi*. Verba sic interpretatur: nisi forte quisquam — libros legit, quos tamen nemo legit et miratur, nisi qui et carmina eorundem miratur. Licet mihi nulla harum coniecturarum et interpretationum satisfaciat, tamen, quam medelam ipse scriptori adhibeam, nescio. Num *nisi forte quispiam — qui et?* De confus. vv. *quisquam* et *quispium* vd. Klotz. ad Cic. Lael. p. 153 sq. Interpunctionem certe sic mutandam censui, ut verba *Concedamus — miratur* unam periodum efficerent, in qua *nam* — *fatentur* parenthesi inclusi et ante *nisi* colon, non punctum, posui.

eiusdem lentitudinis ac teporis] Cod. Farn. *lentitudinis ac temporis*, quod Lips. et Pith. mutarunt in *teporis* (de qua confus. vd. Otto ad Cic. Cat. M. p. 139.), pro quo in Cod. Par. *eiusdem Lentidius at temporis*, in Vind. et Ed. Spir. *cuiusdam L. ac t.*, in Edd. Put. Riv. *cuiusdam. Lentidius at temporis*, in Edd. Ber. Alc. Rhen. Ald. *cuiusdam lenti luminis ac temporis.* Quid sit *lentitudo ac tepor*, optime explicatur Dial. 22. vv. *lentus in principiis* etc. *Tepor* et *temperies* significant proprie statum inter frigus et calorem medium, ita tamen, ut hoc in bonam partem usurpetur, illud in malam: metonymice *tepor* de oratione, cui *deest oratorius vigor* (Senec. Ep. 100.), in qua orator non commovetur, non incalescit. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 206 sq. Ern. Lex. techn. Lat. p. 253. Quint. VI, 1, 44. *nam ut est longe vehementissimus hic, quum invaluit affectus, ita, si nihil efficit, tepet.*

carmina — in bibliothecas rettulerunt] Cf. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 294. »Et constat, studium parandi bibliothecas ac possidendi, si non ortum, certe auctum esse a Paullo Aemilio, Cornelio Sulla et imprimis a Lucullo, ut post alios fusius probavit Thorbeck. de Asin. Poll. p. 35 sq. Nec dubitari potest, quin iam ante Pollionem perhonorificum fuerit, si cuius scripta in privatis illis bibliothecis reponerentur. Eius rei testimonium deprehendere mihi videor apud Auctor. Dial. de Or. cp. 21. *et carmina — sciunt.*« A quo non recte dissentit Bach., cui locutio *in bibliothecas rettulerunt* tropice ex-

mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Attium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est. Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris ipsosque nervos rubore tegit et decore commen-

plicanda videtur, ita ut intelligenda sint carmina in publicum missa, quum usus a Pollione primum institutus, ut scriptorum libri atque imagines in bibliothecis ponerentur, non pertineat ad Caesarem atque Brutum. Cf. Poppe de privatis atque illustrioribus publicis veterum Romanorum bibliothecis earumque fatis. Berol. 1826. 4. De carmm. Caesar., Brut. et Cicer. Weichert. l. l. p. 124 sq. De Cicerone poeta, cuius carmm. reliq. congessit Orell. Vol. IV. P. II. p. 514—572 sq., cf. praeter scriptores in Ed. Walth. laudatos Hand. in Encycl. ab Ersch. et Grub. edit. Sect. III. Vol. 17. p. 240.

adeo durus et siccus est] *Durus* (i. q. asper holperig — rauh) est scriptor, qui utitur verborum compositione et iunctura disturbata, salebrosa et inaequali. Quint. X, 1, 93. *durior Gallus*, VIII, 6, 62. *aspera et dura oratio*, IX, 4, 142. *duram potius atque asperam compositionem malim esse quam effeminatam et enervem.* Senec. Ep. 114. *Quidam praefractam et asperam* (compositionem) *probant; disturbant de industria, si quid placidius effluxit; nolunt sine salebra esse iuncturam; virilem putant et fortem, quae aurem inaequalitate percutiat.* Ep. 100. Asinii Pollionis compositio *salebrosa et exsiliens* dicitur. »*Sicca* oratio est eius, qui se ab iis omnibus dicendi formis ornamentisque abstinet, quae ubertatem et copiam et laetiorem cultum desiderant.« Ern. Lex. techn. Lat. p. 356. add. annot. ad Dial. 19. de adiect. *aridus* et supr. de vv. *ossa et maciem.*

Oratio autem — commendat] Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Brot. *ipsos quoque*, qui e Codd. Vaticc. *ipsosque* probat. recentt. recepit; *rubore tegit et decor* Cod. Farn. *rubore — et decore* Lips. eumque secuti Pith. Schulz. (*tingit*) Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. pro *rubor — et decor* in cett. Codd. et Edd. Metaphorae, qua oratio cum corpore humano comparatur, exempla haud infrequentia sunt apud scriptt. Latt. Quint. X, 1, 33. ibique Herbst. prooem. 24. II, 4, 9. Cic. Brut. 9, 36. 17, 68. Orat. 23, 76. 26, 91. ibiq. Goeller. (qui sanguinem accipit de mero ornatu orationis sive de copia verborum et ubertate et gravitate sententiarum) de Orat. III, 25, 96. Auct. ad Herenn. IV, 11, 16.

dat. Nolo Corvinum insequi, quia non per ipsum stetit, quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret: * * viderimus, in quantum iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffecerit.

insequi] Dial. 4. 34. i. q. insectari; sic *agitare* Dial. 4. et *incessere* 5. Quint. XII, 1, 22. *qui vitia orationis eius etiam inimice pluribus locis insequuntur.*

quia non per ipsum stetit] I. e. non in ipsius potestate fuit, quae formula frequentatur a Livio: II, 32, 1. ibiq. Rup. Plin. Epp. VI, 38, 3. *quod quo minus exhiberes non per te stetit.* Suet. Aug. 28. *quasi per ipsum staret, ne redderetur.*

** *viderimus, in quantum iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffecerit*] H. l. in Codd. corruptus var. coniectur. est tentatus (vd. Exc. IV. p. 175. in Ed. Schulz.), quarum potiores tantum enumerabo: *viderimus, inquam, iudicio eius vis aut animi aut ingenii sufficeret* Codd. Par. Vind. Edd. vett., it. Dronk. Osann. Orell. sed asteriscis ante *viderimus* positis; *viderimus * in quam — suffecerit* Lips. Pichen., sine asterisco Gronov. Brot. Ern. Bekk.; *viderimus — suffecerit* omiss. vv. *in quam* et *vis* Cod. Farn. Coniecturam *in quantum* a Lips. in marg. propositam et probatam Muret. Acidal. et Schulting. in textu posuerunt cum Schulz. recentt. Freinshem. emendat. *quia non per ipsum stetisse — videmus: in quantum — sufficit* recepta est a Schulz. Oberlin. et Rup., nisi quod hic *videmus, — sufficeret* exhibet. Boettich. Walth. Bach. receperunt *viderimus, in quantum — suffecerit;* eandem lect. sed asteriscis voci *viderimus* praepositis Seebod. et Ritter., quos secutus sum. Nam aliquid excidisse mihi duabus de causis probabile videtur; primum, quod verba *nolo insequi — viderimus* male vincta se excipiunt, deinde, quod Cicero, a quo *videro* frequentari solet, nunquam id nude, sed semper addita particula aut adverbio usurpat. Republ. II, 9. *quod quantae fuerit utilitati post videro.* pr. Cael. 15. *sed videro hoc posterius;* de Orator. III, 10, 37. *nam de actione post videro.* Tusc. II, 10, 26. *Sed hoc mox videro.* Acad. II, 24, 76. *Quid inventum sit, paulo post videro.* Ib. 44, 135. *recte secusne alias viderimus.* Equidem lacunam explendam censeo vv. *sed mox*, et periodum sic constituo: *Nolo Corvinum insequi, quia — exprimeret: sed mox viderimus, in quantum — suffecerit.* Formula *videro* etc. de re dicitur, quam seria consideratione et sententiae de ea latae pronunciacione vix dignam iudicamus, sed quam, tanquam vix operae pretium sit diligentius eam excutere et leviter percurrere sufficiat, seponimus. Cf. Matth. Excurs. de fut. exact. Latinor. ad calc. Ed. Cic. VII. oratt. p. 237 sq. F. A. Heinichen de futuri exacti et formularum *videro*, *tu videris*

Cap. XXII.

Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat; nec ulla re magis eiusdem aetatis oratores praecurrit quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus et verbis delectum adhibuit et compositioni artem; locos quoque laetiores attentavit et quasdam sententias invenit, utique in iis orationibus

ratione et usu. Chemnitz. 1835. 4. Kuehn. ad Cic. Tusc. II, 10, 26. Reisig. Vorles. §. 291. annot. Haas. 455.

Cap. XXII. *cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit* etc.] Cf. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 326 sq.

oratores praecurrit] *Praecurrere* i. q. praetercurrere, quum verba cum praepos. *prae* composita saepe hanc signif. habeant, ut *praevehi* Tac. Agric. 23. c. annot. Walch. *praegredi* Liv. IX, 10. *praeferre* XXIX, 32. c. annot. Drakenb. Boettich. Lex. Tac. s. v. Per translationem, ut παραιρέχειν vel παρέρχεσθαι desumptum a certantibus in stadio, h. l. significat superare, antecellere. Cf. Obbar. ad Hor. Ep. I, 10, 33. Cic. de Orat. III, 61, 230. Brem. ad Corn. Nep. Thras. 1. De sententia h. l. cf. Bernhard. Grundr. d. Röm. Litt. p. 296. ibiq. laud. Quint. X, 7, 28. IX, 4, 1.

excoluit orationem] Quint. VIII, 3, 86. *sed sunt multi ac varii excolendae orationis modi.*

et verbis delectum adhibuit] Dionys. Halic. de compos. verbor. cp. 1. ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ γενναίων ὀνομάτων. Cic. de Orat. III, 37, 150. *delectum habere verborum.* Quint. X, 3, 5. *delectum rerum verborumque agere. Delectum adhibere* alicui rei recte dicitur, sicut Dial. 35. *materiae abhorrenti a veritate declamatio adhibeatur,* et Quint. II, 10, 11. *actionibus adhibere plus cultus.* Bonnell. Lex. Quint. s. *adhibere.*

compositioni artem] Quint. IX, 4.

locos quoque laetiores attentavit] Codd. Farn. Vatic. (4498. *lectiores*) Edd. Brot. recentt. iam e coniect. Muret. et Acidal. Heum. *locosque latiores* Codd. Par. (*latores*) Vind. vett. Edd. *locosque altiores* Alc. Rhen. Ald. De v. *locus* vd. annot. ad Dial. 20., de adi. *laetus* ad Dial. 14. Quint. XI, 1, 49. *An quisquam tulerit reum — quam laetissimis locis sententiisque dicentem?* Forcell. h. l. sic interpretatur: tentavit in orationem inducere eamque iis ornare. Ap. Quint. XII, 8, 14. exstat *attentare argumentorum locos.*

et quasdam sententias invenit] Vd. annot. ad Dial. 20.

quas senior iam et iuxtā finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus esset. Nam priores eius orationes non carent vitiis antiquitatis. Len-

Quint. XII, 10, 48. *Ceterum hoc, quod vulgo sententias vocamus, veteribus praecipueque Graecis in usu non fuit (apud Ciceronem enim invenio), dum rem contineant et copia non redundent et ad victoriam spectent, quis utile neget? Feriunt animum et uno ictu frequenter impellunt et ipsa brevitate magis haerent et delectatione persuadent.*

quos senior iam et iuxta finem vitae composuit] Hand. Turs. Vol. III. p. 538., ubi de praepos. *iuxta* observat, vicinitatis notionem transferri ad alias res inter se contingentes, veluti ad proximam cognationem et appropinquationem, etiam temporis, et a scriptoribus argenteae aetatis *iuxta* pro *prope*, *apud*, *in* usurpari, hunc unum locum Dial. attulit, quo de tempore dicitur, nec ipse ullum apud alium scriptorem reperire potui. Cicero *senior* composuit orationes pro Milone (702. U. C.), Ligario (703.), pr. Deiotaro (709.), Philippicas (a. 710 — 711.).

postquam magis profecerat etc.] Cic. Brut. 2, 8. *quumque ipsa oratio iam nostra canesceret haberetque suam quandam maturitatem et quasi senectutem, tum arma sunt ea sumpta* c. annot. Bernh. in Ed. Meyer.

quod optimum dicendi genus esset] Sic ex emend. Acid. Heum. Schulz. Oberl. Osann. Orell. Bekk. Boett. Walth. Ritt. pro *est* (de qua confus. vd. Heusing. ad Cic. Offic. III, 5, 3.) lect. Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd., it. Dronk. et Bach.; qui eam sic defendit, tanquam scriptor sententiam proponat non solum ex Ciceronis mente pendentem, sed per se constantem; cuius simplex sensus sit: postquam Cicero didicerat optimum dicendi genus.

priores eius orationes] Pro Quintio, Rosc. Amer., Roscio Comoedo, in Verrem etc. Haec indicia posterioris aevi vel paucorum potius ex illo aevo de Ciceronis vitiis magis quam adhuc factum sit expendenda censet Wolf. praef. Cic. quae vulgo fertur or. pr. Marcell. p. XXIV., ubi simul annotavit h. l. Dialogi docere, quam studiosae Ciceronis fuerint scholae rhetoricae usque ad Vespasianum. Add. Front. p. 95. Ed. Rom. Longin. de Sublim. XII, 4. *Οὐ κατ᾽ ἄλλα δέ τινα ἢ ταῦτα — καὶ ὁ Κικέρων τοῦ Δημοσθένους ἐν τοῖς μεγέθεσι παραλλάττει. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ὕψει τὸ πλέον ἀποτόμῳ, ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει. Καὶ ὁ μὲν ἡμέτερος διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαστα, ἔτι δὲ τάχους, ῥώμης, δεινότητος, οἷον καίειν τε ἅμα καὶ διαρπάζειν, σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ᾽ ἂν ἢ κεραυνῷ· ὁ δὲ Κικέρων ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμός, οἶμαι, πάντη*

tus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus; tarde commovetur, raro incalescit; pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur. Nihil excerpere, nihil referre possis; et velut in rudi aedificio firmus sane paries et duraturus, sed non satis

νέμεται καὶ ἀνειλεῖται πολὺ ἔχον καὶ ἐπίμονον ἀεὶ τὸ καῖον καὶ διακληρονομούμενον ἄλλοτ' ἀλλοίως ἐν αὐτῷ καὶ κατὰ διαδοχὰς ἀνατρεφόμενον. — Καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένου ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι καὶ ἔνθα δεῖ τὸν ἀκροατὴν τὸ σύνολον ἐκπλῆξαι· τῆς δὲ χύσεως, ὅπου χρὴ καταντλῆσαι. Τοπηγορίαις τε γὰρ καὶ ἐπιλόγοις κατὰ τὸ πλέον καὶ παραβάσεσι καὶ τοῖς φραστικοῖς ἅπασι καὶ ἐπιδεικτικοῖς ἱστορίαις τε καὶ φυσιολογίαις καὶ οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις μέρεσιν ἁρμόδιος.

otiosus circa excessus] De adiect. *otiosus* vd. annot. ad Dial. 18. *Excessus* et *egressio* a scriptoribus argenteae aetatis usurpantur pro *digressione* vd. annot. ad Dial. 19. Quint. III, 9, 4. *Egressio vel* (*quod usitatius esse coepit*) *excessus* etc. Plin. Epp. IX, 26, 9. Gronov. Observv. in scriptt. ecclesiast. p. 203. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur] *pauci sensus optet* Codd. Farn. Vatic. 4498. *opti* 1518. *opt.* parvo spatio relicto Codd. Par. Vind. *opt. et* Edd. usque ad Heum., quocum Acid. emendat. *apte* et Pith. *terminantur* pr. *terminatur* receperunt seqq. De signif. adiect. *aptus* in disciplina rhetorica bene exposuit Ern. Lex. techn. Lat. p. 24. »*Aptum* dicendi genus cum numeroso ita iungi solet, ut concinnitas illa notetur, quam absolutus verborum ambitus desiderat.« Cic. Orat. 44, 149. *ut comprehensio numerose et apte cadat.* 50, 168. *genus illud tertium explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis. Quod qui non sentiunt, quas aures habeant aut quid in his hominis simile sit nescio. Meae quidem et perfecto completoque verborum ambitu gaudent, et curta sentiunt nec amant redundantia. Quid dico meas? conciones saepe exclamare vidi, quum apte verba cecidissent. Id enim exspectant aures, ut verbis colligentur sententiae. Non erat hoc apud antiquos.* Ib. 65, 219. *apte numeroseque dicere.* Brut. 17, 68. de Catone c. annot. Ellendt. Quint. IX, 4, 32. *oratio iuncta et apte cadens.* Verba *sensus cum quodam lumine terminantur* illustrantur iis, quae legimus Dial. 20. *sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit.* Referri huc potest Quint. VIII, 5, 13. *Sed nunc aliud volunt, ut omnis sensus in fine sermonis feriat aurem.* Senec. Ep. 100. *Deest illis oratoribus vigor stimulique quos quaeris et subiti ictus sententiarum. Lumen* igitur accipio de sententia insigni, quae lucis instar orationem illustrat, ein Lichtblick, Lichtgedanke, Auf-

expolitus et splendens. Ego autem oratorem sicut locupletem ac lautum patrem familiae non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum et oculos delectet; non ea solum instrui supellectili, quae necessariis usibus sufficiat, sed etiam sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut sumere

blitz. Apud Quint. VIII, 5, 2. *lumina* praecipue in clausulis positae vocantur sententiae. VIII, 4, 32. *Quare licet haec et nitere et aliquatenus exstare videantur, tamen lumina illa* [sententiae] *non flammae, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris: quae ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut in sole sidera ipsa desinunt cerni.* 34. *Ego vero haec lumina orationis velut oculos quosdam esse eloquentiae credo.* Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

sicut locupletem ac lautum patrem familiae] Lips. emendat. *lautum* pro *laudatum* lect. corrupt. Codd. et vett. Edd. receperunt seqq. praeter Osann. *Lautus* dicitur homo elegans et splendidus, qui in victu, vestimentis, supellectile divitias ostentat. vd. Corn. Nep. Attic. 13.

supellectili] Pro vulg. *supellectile* (*supp.* Bekk. et Boett.) recepi *supellectili* e Cod. Farn. collat. a Schluttig., de qua forma rariore quidem, sed optt. scriptt. usitata cf. Eckstein. ad Voss. Aristarch. IV, 12. p. 617. ab eoque laudat. Schneider. Formenl. d. Lat. Spr. P. I. p. 234. Liv. VI, 9. c. annot. Drakenb. Cic. Verr. II, 14, 35., ubi Zumpt. *supellectile* ap. Cic. praeferendum censet.

sed etiam sit in apparatu eius et aurum et gemmae] *etiam* omiss. in Cod. Par. a Lips. et Edd. sq. revocarunt Dronk. Osann. Orell. Rup. Walth. Bach. Ritt., quoniam exstat in cett. Codd. et vett. Edd. Exempla, in quibus singularis verbi aut ad plura substantiva, quae una notione comprehenduntur, ut h. l. *et aurum et gemmae*, aut ad proximum idque potissimum tantum refertur, multa exstant apud Tac. aliosque scriptt. Latt. Tac. Ann. I, 10. *sui milites Hirtium et machinator doli Caesar abstulerat* c. annot. Bach. Hist. I, 15. *irrumpet adulatio, blanditiae.* II, 78. *datur tibi magna sedes, ingentes termini.* Caes. B. C. I, 2. *Intercedit M. Antonius, Q. Cassius, tribuni plebis* c. annot. Held. Cic. Tusc. III, 3, 5. *quumque ad corporum sanationem multum ipsa corpora et natura valeat* ibiq. Kuehn. Cf. Walch. ad Agric. 24. p. 303 sq. Ramsh. Gr. §. 93. 2. Reisig. Vorles. §. 192. annot. Haas. 334. *Aurum* vel ad supellectilem vel ad ornatum pertinens significat, quicquid ex auro conficitur, ut vasa, pocula, anulos, monilia: *et aurum et gemmae* h. l. i. q. pocula aurea gemmis distincta. Iuven. V, 43 sq. Plin. H. N. XXXVII, 2, 6. *gemmata potoria* vd. Becker.

in manus, ut aspicere saepius libeat. Quaedam vero procul arceantur ut iam oblitterata et olentia; nullum sit verbum velut rubigine infectum; nulli sensus tarda et inerti structura in morem Annalium componantur;

Gall. Vol. I. p. 140 sq. Vol. II. p. 162. qui observat, pocula e gemmis quoque facta esse.

ut sumere in manus, ut aspicere] *ut aspicere* Cod. Farn. Lips. in Ed. I. Pith. Heum. Bekk. et seqq. *et asp.* Lips. in posterr. et Edd. seqq. praeter Dronk. et Osann, qui *aut* lect. Codd. Par. Vind. vett. Edd. revocarunt. Exempla anaphorae, qualis h. l. est *ut* — *ut*, permulta collegit Boettich. Lex. Tac. Prolegg. p. LXL. Sic Germ. 7. *si prompti*, *si conspicui*, *si ante aciem agant.* 16. *ut fons*, *ut campus*, *ut nemus placuit.* 18.

libeat] Hanc emendationem Rudolph. Agric. pro *liceat* lect. Codd. Farn. Par. Vind. Edd. vett. Lips. Pith. Gronov. Dronk. Osann. Bach. iam Lipsio in annott. probatam recte receperunt Heum. et recentt.

oblitterata et olentia] Vd. annot. ad Dial. 21. Weichert. de poett. Latt. reliq. p. 318.

velut rubigine infectum] *velut* Codd. Farn. Par. Edd. Rhen. (a quo *infectum* in Castigg. pro *infestum* correct. a seqq. recept. est) Lips. et seqq. *vel* Cod. Vind. vett. Edd. *Rubigo* metonym. ap. Claudian. de Fl. Mall. Theod. cons. paneg. v. 175 et 176. *et infectum longi rubigine ruris Ad tua signa vocas?* Val. Max. II, 9, 5. *abrogemus igitur istud horridae vetustatis rubigine infectum imperium.* Catull. 67, 150. *Ne vostrum scabra tangat rubigine nomen Haec atque illa dies.*

tarda et inerti structura] Adiectiva *tardus* (schleppend, schwerfällig, *lentus*) et *iners* (unbeholfen) rarius ponuntur de oratione impedita et salebrosa.

in morem Annalium componantur] Quid sint Annales optime explanatur a Cic. de Orat. II, 12, 51 sq. *Graeci quoque ipsi sic initio scriptitarunt, ut noster Cato, ut Pictor, ut Piso. Erat enim historia nihil aliud nisi Annalium confectio: cuius rei memoriaeque publicae retinendae causa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium, pontificem maximum, res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus referebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; ii, qui etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine aliis ornamentis monumenta solum temporum, hominum, locorum gestarumque rerum reliquerunt.* De Legg. I, 2. Gell. N. A. V, 18. Ulrici Charakter. d. antik. Historiograph. p. 87 sq. Goettling. Gesch. d. Röm. Staatsverf. p. 174.

fugitet foedam et insulsam scurrilitatem, variet compositionem nec omnes clausulás uno et eodem modo determinet.

fugitet foedam et insulsam scurrilitatem] *fugitet* Codd. Vaticc. 1862 et 4498. Edd. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. (de quo v. frequentativo ab optt. scriptt. usurpato vd. Lex.) *fugiet* Codd. Farn. Vatic. 1518. *fugiat* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Dronk. it. Rup. De aliis vv. freqq. ap. Tac. (Dial. 17. 23. *vocitare*) vd. Boettich. Prolegg. ad Lex. Tac. p. LIX. — *Foeda et insulsa scurrilitas* est eadem fere quae *scurrilis dicacitas* ap. Cic. de Orat. II, 60, 244., quam Schuetz. in Lex. Cic. s. *scurrilis* ait in eo cerni, qui, quicquid in mentem veniat ridiculum, sine respectu personarum ac temporum effutiat simulque obscoenis et parum decoris iocis indulgeat. Tacitum ante oculos habuisse verisimile est duos locos Cicer. de Orat. II, 59, 239. *In quo non modo illud praecipitur, ne quid insulse, sed etiam, si quid perridicule possis, vitandum est oratori utrumque, ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.* II, 60, 244. *Sed ut in illo superiore genere vel narrationis vel imitationis vitanda est mimorum ethologorum similitudo: sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.* Ad haec praecepta Cic. adde Quint. VI, 3, 29. *Dicacitas etiam scurrilis et scenica huic* (oratoris) *personae alienissima est.* Ceterum Aper Ciceronem, qui, quae praecepta rhetorica de scurrilitate dedit, ipse frequenter neglexit, carpere videtur, quod ab eius aequalibus iam factum esse docent Plutarch. compar. Demosth. c. Cic. 1. *Κικέρων δὲ πολλαχοῦ τῷ σκωπτικῷ πρὸς τὸ βωμολόχον ἐκφερόμενος καὶ πράγματα σπουδῆς ἄξια γέλωτι καὶ παιδιᾷ κατειρωνευόμενος ἐν ταῖς δίκαις εἰς τὸ χρειῶδες ἠφείδει τοῦ πρέποντος.* Ib. cf. dictum Catonis Uticensis. *Ὡς γελοῖον, ὦ ἄνδρες, ἔχομεν ὕπατον.* Macrob. Saturn. II, 1. Quint. VI, 3, 3 sq.

nec omnes clausulas uno et eodem modo determinet] *determinet* Codd. vett. Edd., unde restituerunt Osann. Bekk. Walth. Bach. Ritt.; *terminet* ex emendat. Lips. Edd. seqq., quum *determinare* signif. terminandi non reperiatur. Orell. putat, syllabam *de* huic v. adhaesisse e praeced. *do.* De *clausulae* voc. rhetorico vd. Spalding. ad Quint. II, 2, 12. »Etsi de fine cuiusvis sententiae saepe apud rhetores usurpatur *clausulae* nomen, tamen longioris circuitus arguta et concinna conclusio proprie dicitur, petita a scena significatione, ubi est *clausula* petentis plausum histrionis et finem fabulae imponentis.« Vd. Lex. Quint. Bonnell. s. v.

Cap. XXIII.

Nolo irridere »rotam fortunae« et »ius Verrinum« et illud tertio quoque sensu in omnibus oratonibus pro sententia positum »esse videatur.« Nam et haec invi-

Cap. XXIII. *Nolo irridere rotam fortunae*] Cic. Or. in Pison. 10. *in quo ne tum quidem, quum illum suum saltatorium versaret orbem, fortunae rotam pertimescebat.* Haec metaphora non vitiosa est. Tibull. I, 5, 70. *Versatur celeri Fors levis orbe rotae* c. annott. Brouckh. et Dissen., qui observat, Graecos scriptt. circa Alexandrina tempora et Romanos *Τύχην*, *Νέμεσιν*, Fortunam globo aut rotae insistentem exhibuisse. Cf. Pacuv. ap. Auctor. ad Herenn. II, 23. Cebet. tab. cp. 7. Galen. protrept. cp. 2.

ius Verrinum] Cic. Act. Verr. II, 1, 46. [Accus. I, 46. Zumpt.] *Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore. Quorum alii, id quod saepe audistis, negabant mirandum esse, ius tam nequam esse Verrinum; alii etiam frigidiores erant, sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, quum Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset. Quae ego non commemorarem (neque enim perfacete dicta neque porro hac severitate digna sunt), nisi vos illud vellem recordari, istius nequitiam et iniquitatem tum in ore vulgi atque in communibus proverbiis esse versatam.* Has nugas Ciceroni ipsi assignari non posse, qui eas testimonii loco posuit, satis apparet ex h. l. et e Quint. VI, 3, 4. 55. Eckstein. secutus Zumpt. ad l. l. *verrinum* pro *Verrinum*, ut exhibent cett. Edd., scripsit, ut ambiguitas magis sentiatur, praesertim quum Cicero in Verris nomine saepius luserit, ut in *apro Erymanthio* Verr. II, 1, 43.

tertio quoque sensu in omnibus orationibus — esse videatur] *Sensus* h. l. i. q. verborum certa comprehensio — enunciatum (Satz): Quint. IX, 4, 61. IV, 1, 62. De formula *esse videatur* a Cicerone frequentata magis tamen in oratt. prioribus (ut de imper. Pomp. cp. 4. 9. 10. 14 bis. 16. 23.) quam in posterioribus cf. Spalding. ad Quint. IX, 4, 73. Herbst. ad X, 2, 18. Ramsh. Gr. §. 202. III. 4. a. Zumpt. §. 751. Ceterum Aper perstringit potissimum Ciceronem, Quintilianus vero ineptos eius imitatores.

Nam et haec invitatus rettuli] Coniectura Acid. *haec* pro *hoc* lect. Codd. Par. Vind. et plerarumque Edd., quam Heum. et Schulz. receperunt, confirmatur Cod. Farn. et recepta est a Walth. Bach. Ritt. Lect. *invitatus* exhibent Codd. et Ed. Spir., revocatam a Seebod. Ed. I. Osann. Dronk. Walth. Bach., quam praeeunte Lips. in annott. Eckstein. ideo recte

tatus rettuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt ii, qui se antiquos oratores vocitant. Neminem nominabo genus hominum significasse contentus: sed vobis utique versantur ante oculos isti, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt;

se habere docet, quia Aper se a Messalla ad Ciceronem aliosque antiquos reprehendendos lacessitum esse profiteatur: sic Cic. Epp. ad Attic. VIII, 11. *haec a te invitatus breviter exposui.* Neque tamen infitiandum est, coniecturam Put. *invitus* receptam a plerisque Edd., si ad contextum orationis respiciamus, valde plausibilem esse, quae commendatur quoque simili confus. vv. *laudatum* pro *lautum* cp. 22., *cognitionis* et *cogitationum* cp. 21., infr. hoc cap. *significasse* et *signasse*, quum librarii mediis vocabulis syllabas interponere aut in iis omittere soleant.

vocitant — significasse] Lect. Codd. et vett. Edd. *vocabant* Lips. mutavit in *vocant* receptum a seqq. praeter Walth. et Bach., qui *vocitant* ex emend. Schulting. et Schurzfleisch. praetulerunt. Lect. Codd. Farn. Vaticc. *significasse* receperunt Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. *signasse* Codd. Par. Vind. cett. Edd.

ante oculos isti, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt] *isti, qui* Codd. Farn. (e collat. Schraut.) Vaticc. Edd. Dronk. Orell. Ritt. *isti* om. cett. Codd. et Edd. De hoc nimio amore Romanorum, quo sub Imperatoribus recentiores scriptores, praecipue poetas vetustis postponerent, cf. Manso verm. Abhandl. p. 89 sq. et contra eum disputans Weichert. de poett. Latt. reliq. p. 325 sq. Bernhard. Grundr. d. Röm. Lit. p. 118. de Hadriano p. 127. coll. Spartian. vit. Hadr. 16. *Amavit praeterea genus dicendi vetustum, controversias declamavit. Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Caelium praetulit; eademque iactatione de Homero ac Platone iudicavit. — C. Lucilius* eques, Laelii et Scipionis Afric. min. amicus, Suessae Aurunc. 606. U. C. natus et mort. 652., triginta libros satirarum versibus hexametris, iambicis et trochaicis scripsit, in quibus mira libertate contra homines potentes urbis usus magis sale et acerbitate quam arte ac venustate praecellebat. Quem quanti Romani non solum suae, sed etiam posterioris aetatis aestimarint intelligitur ex h. l. Suet. de ill. gramm. 2. Quint. X, 1, 93 et 94. *Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis praeferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum et esse aliquid, quod tollere possis, putat. Nam eruditio in eo mira et libertas atque inde*

quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex

acerbitas et abunde salis. ibiq. Herbst. Horat. Satir. I, 4 et 10. II, 1. c. annott. Heindorf. Weichert. Excurs. III. de Hor. Sat. I, 4, 11 sq. in libr. de L. Var. et Cass. Parm. p. 324. Heinrich. de satir. Romm. in commentar. ad Iuven. Vol. II. p. 10 sq. C. Lucil. fragm. coll. illustr. I. Dousa Lugd. Bat. 1597. 4. repet. Patav. 1735. 4. Fragmm. L. III. collegit. Varges. Stettin. 1836. 4. L. IX. L. F. Schmidt. Berol. 1840. 4. — Bernhard. Grundr. d. Röm. Lit. p. 244 sq. suspicatur, h. l. significari Claudium imperatorem, qui priscos poetas recentioribus praetulerit. — *L. Lucretius Carus*, eques Romanus, nat. 659. U. C. mort. 703., egregium carmen de rerum natura sex libris composuit, quem non solum aequales et maxime poetae saeculi Augustei eum imitati, ut Virgilius (vd. Macrob. Saturn. VI, 2. Gell. N. A. I, 21.), sed Romani etiam posterioribus temporibus lectitarunt et in deliciis habuerunt. Quint. X, 1, 87. *Nam Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut φράσιν, id est corpus eloquentiae, faciant, elegantes in sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis.* XII, 11, 27. *Quin immo si hanc cogitationem homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo, qui optimus fuisset, arbitraretur: hi ipsi, qui sunt optimi, non fuissent neque post Lucretium et Macrum Virgilius nec post Crassum et Hortensium Cicero.* Cf. Bernh. Grundr. d. Röm. Litt. p. 215 sq.

Aufidii Bassi] *tui fidi Bassi* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. (unde fortasse rectius eliciatur *Aufidi Bassi*, de qua form. genit. vd. annot. ad Dial. 17. C. O. Mueller. ad Varr. L. L. praef. p. XXXVII et V, 1.) *tui Aufidii Bassi* Put. et seqq. (it. Brot. Oberl.), donec ex emend. Schurzfl. *Titi* pr. *tui* Heum. Schulz. Dronk. Osann. receperunt, quod recte omiss. est ab Orell. Bekk. et seqq., quum Weichert. in Excurs. supr. p. 22. laudato Orellio assentiatur statuenti, huic Basso potius praenomen *Publio* fuisse ob locum a Priscian. T. I. p. 371. ed. Krehl. allatum, a quo diversus fuerit T. Aufidius Fronto. Fuit autem *Aufidius Bassus* scriptor historicus, aequalis Augusti et Tiberii, qui libros de bello Germanico scripsit, cuius filium fuisse, qui a Senec. Epist. 30. commemoretur Bassus, recte statuunt ex iudicio Weicherti Lips. ad Senece. l. l. G. I. Voss. de histor. Latt. I, 2. p. 36. et Spalding. ad Quint. X, 1, 103.

Servilii Noniani] *M. Servilius Nonianus* fuit primum orator, deinde scriptor historicus satis clarus, princeps civitatis (Plin. H. N. XXVIII, 2. extr.), laudatus a Tac. et Quint., qui eum a se auditum esse narrat, cui quondam recitanti intervenisse Caesarem Claudium discimus Plin. e Epp. I, 13, 3. Obiit eodem a. 813. U. C., quo Domitius Afer. Cf. de eo Passov. ad Pers. Vol. I. p. 122. Tac. Ann. XIV, 19. *Sequun-*

comparatione Sisennae aut Varronis sordet; qui rheto-

tur virorum illustrium mortes, Domitii Afri et Marci Servilii, qui summis honoribus et multa eloquentia viguerant, ille orando causas, Servilius diu foro, mox tradendis rebus Romanis celebris et elegantia vitae, quam clariorem effecit, ut par ingenio, morum diversus. Quint. X, 1, 102 et 103. *Nam mihi egregie dixisse videtur Servilius Nonianus, pares eos magis quam similes, qui et ipse a nobis auditus est, elati vir ingenii et sententiis creber, sed minus pressus quam historiae auctoritas postulat. Quam paulum aetate praecedens eum Bassus Aufidius egregie utique in libris belli Germanici praestitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse virtutibus minor.*

Sisennae] *Sisenae* Cod. Vind. vett. Edd., de qua scriptura in nummis constanti et a Graecis quoque exhibita (Σισέννας et Σισεννᾶς, it. Σισέννας) cf. C. L. Roth. comment. de vita Sisenn. p. 3.; *Sisennae* Cod. Par. et cum Lips. Edd. seqq *L. Cornelius Sisenna*, patricius, nat. circ. a. 635. U. C., quaestor fuit circ. 665. (quo causas forenses aggressus C. Rutilium defendit), ludum litterarium egit cum Hortensio et Lucullo circ. 666, praetor urbanus et peregrinus fuit 676., Siciliam provinciam obtinuit 677., Verri contra Ciceronem cum Hortensio patrocinatus est 684., denique legatus Pompeii et praepositus Graeciae in insula Creta, in quam cum exercitu traiecerat, diem supremum obiit 687. Descripsit historiam Romanam ab anno 664. usque ad Sullae mortem 677. contextam, in qua bellum Marsicum iuvenis, a sexto libro civile Sullanum senior enarravit, quod opus Sallustius in historiar. ll. V. usque ad a. 690. continuasse videtur. Praeterea reliquit commentarios comoediarum Plautinarum et fabulas Milesias Aristidis magno cum plausu hominum elegantiorum in Latinum convertit. Orationum nullae supersunt reliquiae, nec satis constat, num orationes reliquerit. Cicero licet magnis eum laudibus exornet, tamen in eo reprehendit, quod verbis minus usitatis usus sit. vd. Brut. 74, 260. 64, 228. c. annott. Meyer. *Inferioris autem aetatis erat proximus L. Sisenna, doctus vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus rei publicae, non sine facetiis: sed neque laboris multi nec satis versatus in causis; interiectusque inter duas aetates Hortensii et Sulpicii nec maiorem consequi poterat, et minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest: quae quum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis Latinis litteris illustratum.* Legg. I, 2. Cf. L. Corn. Sisennae vit. conscript. a C. L. Roth. Basil. 1834. 4. Kraus. vitt. et fragm. vett. historicc. Romm. p. 299 — 317. Ellendt. Prolegg. p. CI sq.

Varronis] *M. Terentius Varro*, Reate 638. U. C. natus et mort. circ. a. 727., vir fuit Romanorum eruditissimus, Ciceronis aequalis et amicus, qui eum sanctissimum et integerrimum virum appellavit Philipp. II, 40. Quum classi Pompeii in bello piratico praeesset, ab eo corona civili donatus est 687. Postea in bello civili partes Pompeianas in Hispania (vd. Caes. B. C. II, 17—21.) et in Graecia fortiter defendit, sed post pugnam apud Pharsalum 706. commissam a Caesare in gratiam receptus et in patriam redux in recessu villarum litteris egregiam operam navavit curamque bibliothecarum ab eo sibi mandari passus est. Ab Antonio proscriptus mortem subterfugit. Quum in omnibus fere litterarum generibus versatus ab anno aetatis 78. se ad libros conscribendos contulisset, 490. scripsisse dicitur, quorum praeter libros de lingua Latina et de re rustica paucae reliquiae supersunt: ut satiras Menippeas, libros logistoricos, antiquitatum rerum humanarum et divinarum libr. 41., de vita populi Romani, de gente populi Romani, de familiis Romanis, de initiis urbis Romae, de cultu Deorum, de auguribus, de gradibus, de tribubus; de lingua Latina (inscript. Ciceroni), de disciplinis, de poetis Graecis et Latinis, de comoediis Plautinis, de ludis theatralibus, de scenicis originibus, de actione scenica, de poematis, de bibliothecis, permulta volumina epistolarum, aliquot de philosophia libros, denique de re rustica elegantius scriptos quam de ling. Lat. Ceterum Varronis scripta non solum Romani plurimi fecerunt, sed postea a patribus quoque ecclesiae Latinae, ut ab Hieronymo et Augustino, lectitata esse constat. Cic. Acad. (ad Varron. script.) I, 3. *Nam nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tanquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum; tu domesticam, tu bellicam disciplinam; tu sedem regionum, locorum; tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti: plurimumque poetis nostris omninoque Latinis et litteris luminis et verbis attulisti: atque ipse varium et elegans omni fere numero poema fecisti, philosophiamque multis locis inchoasti ad impellendum satis, ad edocendum parum.* Brut. 56, 205. c. annott. Meyer. *quam scientiam* [antiquitatis Romanae] *Varro noster acceptam ab illo* [L. Aelio] *auctamque per sese vir ingenio praestans omnique doctrina pluribus et illustrioribus litteris explicavit.* Philipp. II, 40 et 41. Quint. X, 1, 95. *Alterum illud etiam prius satirae genus, sed non sola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae.* Add. 99.

rum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt, Calvi

Cf. Schneider. de vita M. Ter. Varron. librorumque ab eo scriptt. annis in scriptt. rei rust. Vol. I. P. II. p. 217 sq. Onomastic. Tull. ed. Orell. et Bait. P. II. p. 575. Bernhard. Grundr. d. R. Lit. p. 326 sq.

sordet] *Sordere* i. q. contemni, nihili aestimari, displicere: Horat. Epp. I, 11, 4. c. annot. Schmid. *Cunctane prae campo, et Tiberino flumine sordent.* Quint. VIII, prooem. 26. *nos melius, quibus sordent omnia, quae natura dictavit, qui non ornamenta quaerimus, sed lenocinia.* Liv. IV, 25.

qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt] *Commentarii* in genere sunt libri (libelli, schedae, pugillares), in quibus memoriae causa res quascunque simpliciter perscribimus (Notizenbücher): Quint. II, 11, 7. *Unde fit, ut dissoluta et ex diversis congesta oratio cohaerere non possit, similisque puerorum commentariis sit, in quos ea, quae aliis declamantibus laudata sunt, regerunt.* III, 6, 59. Deinde libri, in quibus res ab aliquo gestae diligenter quidem, sed simpliciter et breviter sine ornatu orationis et quasi per capita describuntur: Vd. Cic. Brut. 75, 262. et Herzog. in Ed. Caes. B. G. p. 1 sq. de Caesar. commentariis. Cic. Epp. ad Fam. V, 12. Qui autem hoc cp. et 26. commemorantur rhetorum vel actorum commentarii, sunt ii, qui non iustas ac diligenter conscriptas orationes continebant, sed in quibus summa tantum capita, exordia et perorationes ad rerum dispositionem et memoriam litteris consignabantur, quum Romae non liceret orationes de scripto recitare. vd. Quint. III, 8, 58. Cic. Brut. 44, 164. *Multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt; plura etiam dicta quam scripta, quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum et orationis commentarium quasi plenius.* Senec. Exc. Controvv. L. III. p. 396. Bip. *Sine commentario nunquam dixit* (Cassius Severus): *nec hoc commentario contentus erat, quo res nudae ponuntur.* Quae subito haberentur orationes, a notariis excipi solebant, ut si orator quoque orationem, quae auditoribus probata fuisset, postea limatam ac diligenter elaboratam ederet, duplex eiusdem orationis exemplum exstaret, quod constat de Cic. oratione Miloniana, de qua cf. Ascon. Ped. argum. Quae vero plausum non tulissent, aut felici successu in iudiciis caruissent, in commentariis imperfectae relinquebantur. Sic commentarii Ciceronis circumferebantur. vd. Quint. IV, 2, 69. X, 7, 30 sq. c. annott. Frotscher. Westerm. G. d. r. B. §. 64. 4. De oratorum commentariis cf. Ellendt. Prolegg. p. XCI sq. Beier. ad Cic. oratt. pr. Scauro, pr. Tull. etc. fragm. p. 228.

miscentur, quos more prisco apud iudicem fabulantes non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur; adeo maesti et inculti illam ipsam, quam iactant, sanitatem non firmitate, sed ieiunio consequuntur. Porro ne in corpore quidem vale-

Westerm. G. d. r. B. § 58. — Heum. et Schulz. temere *oderunt* tanquam otiosum glossema e textu eiecerunt, quod recte se habet, quum fortius sit quam *fastidiunt* et gradationem efficiat, de qua cf. Hand Lehrb. d. Lat. St. §. 71. p. 302., ubi affert Cic. Verr. Act. I, 15, 43. *itaque a populo Romano despicimur, contemnimur.*

fabulantes non auditores sequuntur] Cod. Farn. *secuntur*, de qua scriptura non damnanda vd. C. O. Mueller. praef. Varr. L.L. p. XXXVIII. Reisig. Vorles. §. 48. c. annot. Haas.; *sequentur* Cod. Par. *sequantur* Vind. *Fabulari* (Dial. 39.) recte interpretatur Schulzius sermone cotidiano tanquam in congressionibus familiarium disputare et blaterare, non contentione agere. Quint. XI, 3, 131. *quidam* (oratores) *sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur.* *Auditores* sunt iuvenes eloquentiae studiosi, qui eximios oratores discendi causa sectabantur.

non populus audit] *Populus* (vd. Dial. 6 et 32.) i. q. *vulgus assistentium* ib. 20. *vulgi corona* Quint. XII, 10, 74. Ante oculos habuit Tacitus Cic. Brut. 84, 289. *At quibus isti Attici dicunt, non modo a corona, quod est ipsum miserabile, sed etiam ab advocatis relinquuntur.*

sanitatem non firmitate; sed ieiunio consequuntur] *sanitatem infirmitatem sed ieiunio consequentur* Codd. Farn. Par. (*consequuntur*) Vind. (*consequantur* it. Ed. Spir.); *sanitatem infirmitate sed ieiunio consequentur* Codd. Vaticc. 1862. 4498. *sanitatem, sed ieiunio* Edd. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen. Ald. *sanitatem infirmitate et ieiunio* Lips. Bernegg. Gronov. Ern. Orell. vd. Longin. de Sublim. III, 3. φύσει γὰρ [illegible] μεγέθους ἐφιέμενοι, φεύγοντες ἀσθενείας καὶ ξηρότητος κατάγνωσιν etc.; *non firmitate, sed ieiunio* ex Acid. et Schel. emendat. Heum. Ern. Lex. tech. Lat. p. 348. et recentt., nisi quod Bach. *consequentur*, quia futurum eximiam elegantiam prae se ferat. Locus sic est explicandus: falsam sanitatis speciem, quam iactant, non corporis robore ac firmitate (i. e. vera eloquentiae vi), sed ieiunio (i. e. arido et exsangui genere dicendi) consequuntur. Ad sententiam h. l. cf. Quint. XII, 10, 15. de Atticorum imitatoribus: *unde nunc quoque aridi et exsucci et exsangues; hi sunt enim, qui suae imbecillitati sanitatis appellationem, quae est maxime contraria, obtendunt.* II, 4, 9. *Macies illis pro sanitate et iudicii loco infirmitas est: et dum*

tudinem medici probant, quae animi anxietate contingit. Parum est aegrum non esse; fortem et laetum et alacrem volo. Prope abest ab infirmitate, in qua sola sanitas laudatur. Vos vero, disertissimi, ut po-

[illegible]

satis putant vitio carere, in id ipsum incidunt, quod virtutibus carent. De voc. *sanitatis* (Dial. 25.) cf. Ern. Lex. technol. Lat., qui p. 342. recte observat, in *sanitate* veteres imprimis medium illud dicendi genus cogitasse, quod copiam et sublimitatem cum exilitate et tenuitate recte temperatam haberet. Schütz. in Lex. Cic. *sanitatem* tribuit ei generi dicendi, quod nec ieiunum nec tumidum est, quod aeque abest a nimia exilitate atque a vitiosa redundantia, imprimis autem fucum et quaesitas ineptias repellit, quae virtus maxime in Atticis oratt. laudabatur. Cic. Brut. 13, 51. *omnemque illam salubritatem Atticae dictionis et quasi sanitatem perderet* c. annott. Meyeri et Bernh. 82, 284. *sanitatem autem et integritatem — probabat.*

quae animi anxietate contingit] Codd. Farn. Vaticc. Edd. Broter. Bip. Ritt. *a. anxietati confixit* Cod. Vind. vett. Edd. *anxietate confixit* Cod. Par. *animi anxietati confinis sit* Rhen. (in Castigatt. *constitit*) Ald. Pithoe. *a. anxietate contingat* ex emend. Lips. Bernegg. Gronov. Ern. Orell. Bekk. Boett. Rup. Walth. Bach. *a. anxietati contingit* Seebod. Dronk. Osann. *quae a nimia anxietate contingat* ex emend. Groslot. Oberlin. Ernestius lect. *quae animi anxietate contingat* sic explicat: »quam teneas, dum perpetua quadam solicitudine te abstineas ab omnibus, in quibus etiam false suspicere obesse aliquid valetudini posse.« Flagitat quidem Latinitas et praecipue Ciceronis *contingat*, sed apud Tacitum *contingit* quum ob Codd. auctoritatem tum quod ille scriptor in usu modorum saepius a vulgari dicendi ratione discedit, locum habere posse videtur.

fortem et laetum et alacrem volo] *Fortis* i. q. robustus, qui firma valetudine utitur, usitatum est hac signif. scriptt. argenteae aetatis. Cf. Plin. Epp. I, 12, 12. IV, 1, 7. VI, 4, 2. Herzog. ad Caes. B. C. II, 2. h. l. memor. Adiectt. *laetus et alacer* coniuncta leguntur: Plin. Epp. X, 101. Quint. II, 9, 2.

Prope abest — laudatur] Senec. Natur. Quaest. praef. *Multum interest inter vires et bonam valetudinem.*

Vos vero, disertissimi] Cod. Farn. Edd. Lips. et sequ. praeter Dronk. et Osann., qui *ergo* lect. Codd. Par. Vind. et Edd. vett. reduxerunt. E coniect. Acidalii *disertissimi viri* receperunt Heum. et Schulz. *viri* uncis inclusit Orell. Nullo additamento opus esse perspici potest ex mea annot. ad Dial. 1. p. 2.

testis, ut facitis, illustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. Nam et te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitantem; et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis, ea electio inventionis, is ordo rerum, ea, quotiens causa poscit, ubertas, ea, quotiens permittitur, brevitas, is compositionis decor, ea sententiarum planitas est, sic exprimitis affectus, sic li-

illustrate saeculum nostrum] Vd. Dial. 37: *summa, quibus illustratur forum, ingenia.* Quint. X, 1, 122.

ea, quotiens causa poscit, ubertas] Ex emend. Wopkens. Observv. Vol. VII. P. 3. p. 402. (in quam Heum. quoque in Add. p. 141. inciderat). *ea* pro *et* receperunt Bip. Schulz. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. Scriptura *quotiens* (ut *totiens* et *aliquotiens* in Cod. quoque Cic. Erfurt. vd. Wund. var. lectt. p. XII.) in Cod. Vind. et plerisque Edd. vett. et recentt. probata est Zumpt. ad Quint. X, 1, 22. et ad Cic. Divin. in Caec. cp. 14. Dederich. ad Dict. Cret. V, 2. Bonnell. in Lex. Quint. s. v. adde meam comment. II et III. in Tac. German. cp. 15. Hand. Lehrb. d. Lat. Stils §. 7. p. 106. Ed. I. hanc formam pro prisca habet.

ea sententiarum planitas est] Codd. Farn. Vaticc. 1862 et 4498. Edd. Brot. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. *ea sententiarum planitas* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Ber. Pith. *sententiarum planitas* Edd. Alc. Rhen. Lips. Pich. Bernegg. Gronov. *ea sententiarum plenitas est* Cod. Vatic. 1518. Edd. Bip. Oberl. (om. *est*) Orell. Rup. De confus. bh. vv. cf. Eckstein. ad h. l. Spald. ad Quint. II, 3, 6. *Planitas*, quod est ἅπαξ λεγόμενον, explicatur a Forcellin. et Gesner. aequabilitas, perspicuitas. Schulz. h. l. recte interpretatus est: »*Planitas sententiarum est*, cum sententiae non cum vitio eminent extra corpus orationis, non nimis sunt constipatae, unde oratio redditur nimis concisa et soluta; nam e singulis non membris sed frustis collata, structura caret. Sic Quint. lib. VIII, 5, 29. ubi de nimio sententiarum usu monet.« Add. Ern. Lex. technol. Graec. s. v. Lect. *plenitas* ita Dronk. explicanda videtur, ut *sententiae plenae* »minutis et corruptis sensiculis et extra rem positis« de quibus vd. Quint. VIII, 5, 14. opponantur. Bach. reiicit, quod idem sit quod *ubertas*. Mihi contra *plenitas* intelligi posse videtur vel de iusto, non nimio usu sententiarum, ut significetur das gehörig volle nicht überfliessende Mass von Sinnsprüchen, non c. Gutmann. Fülle, qua notione legitur *plenus* ap. Plin. Epp. IX, 26, 5.; vel de perfectis gravibusque sententiis, quae cum grata quadam et quasi

bertatem temperatis, ut, etiamsi nostra indicia malignitas et invidia tardaverit, verum de vobis dicturi sint posteri nostri.

Cap. XXIV.

Quae quum Aper dixisset, Agnoscitisne, inquit Maternus, vim et ardorem Apri nostri? quo torrente, quo impetu saeculum nostrum defendit, quam copiose ac

rotunda compositione profecta ex ubertate rerum vel e copia atque ornatu orationis enunciantur, quibus contrariae sunt curtae nimisque breves.

exprimitis affectus] I. e. movetis (Quint. I, 10, 25.), excitatis. Plin. Epp. IV, 7, 7. *risum exprimere.* De v. *affectus* vd. Ern. Lex. techn. Lat., ubi docet, in affectibus movendis propriam oratoris vim posuisse eloquentiae doctores, hos in iudiciis dominari, his eloquentiam regere existimasse.

sic libertatem temperatis] »Prudenter et caute moderamini libertatem in dicendo, ne offendatis neve [non: neque] tamen timidi et ignavi videamini: cf. ultima verba cp. 27.« Schulz.

etiamsi nostra indicia malignitas et invidia tardaverit — nostri] *Etiamsi* ab Edd. modo coniunctum, ut a Schulz. Bekk. Boett. Rup. Bach. Ritt., modo distractum, ut a cett. Edd., semper coniunctim scribi iubet Hand. Turs. Vol. II. p. 594. — Lectio *dicturi* recepta c. Lips. a seqq. pro *daturi* confirmatur Cod. Farn. *Nostra iudicia* sunt indicia nostrae aetatis sive hominum nostrae aetatis. De sententia h. l. cf. Tac. Ann. IV, 35. *Suum cuique decus posteritas rependit.* Quint. III, 1, 21. *sed parco nominibus viventium; veniet eorum laudi suum tempus: ad posteros enim virtus durabit, non perveniet invidia.* Ovid. Epp. ex Pont. III, 4, 474 et 75. *Scripta placent a morte fere, quia laedere vivos Livor et iniusto carpere dente solet.* IV, 16, 1 sq. *Invide, quid laceras Nasonis carmina rapti, Non solet ingeniis summa nocere dies Famaque post cineres maior venit.* Amor. I, 15, 39 et 40. *Pascitur in vivis livor, post fata quiescit; Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.*

Cap. XXIV. *quo torrente — impetu*] Oratio vehemens et concitata comparatur cum torrente a Cic. Finn. II, 1, 3. *Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamvis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.* Quint. X, 7, 23. *Id potius quam se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus, quo volent, auferendum.* Vd. Rup. ad h. l. et Ern. Lex. techn. Lat. s. v. torrens. Plin. Epp. I, 16, 2. *Omnia haec mire placent, quum impetu quodam et flumine praevehuntur.*

varie vexavit antiquos, quanto non solum ingenio ac spiritu, sed etiam eruditione et arte ab ipsis mutuatus est, per quae mox ipsos incesseret! Tuum tamen, Messalla, promissum immutasse non debet. Neque enim defensorem antiquorum exigimus, nec quenquam nostrum, quanquam modo laudati sumus, iis, quos modo insectatus est Aper, comparamus. Ac ne ipse quidem ita sentit, sed more veteri et a vestris philosophis saepe

spiritu] *Spiritus* (πνεῦμα — Begeisterung) est ardor animi et magis concitata ingenii vis ac vigor, qua signif. a Quintil. frequentatur: X, 1, 27. c. annot. Herbst. 44. *quaedam elatior ingenii vis et magis concitata et alti spiritus plena* capit. 3, 22. 7, 13. vd. Bonnell. Lex. Quint. s. v.

immutasse non debet] Codd. Farn. Vatic. 1862 et 4498. Lips. et seqq. praeter Pithoe. *ita immutasse* et Walth. *non debes* exhibentes; *ita mutasse non debes* Codd. Par. Vind. vett. Edd. ante Lips. *Immutasse* est accipiendum signif. aoristi Graecc., quae Latinis satis frequens est. Tac. Agric. 3. *non tamen pigebit — testimonium bonorum praesentium composuisse* c. annot. Walch. Hist. IV, 73. *statui pauca disserere, quae utilius sit vobis audisse quam nobis dixisse.* Vd. Pabst. Eol. Tac. p. 324. Walth. in Ind. Tom. IV. p. 459. a. De promisso Messallae cf. Dial. 16.

Neque enim defensorem antiquorum exigimus, nec quenquam nostrum] Pro vulgato *defensores* receperunt Bekk. et seqq. lect. Cod. Farn. *defensorem*, sicut legitur cp. 25. *non exigit defensorem*. Ex emend. Acidal. *nostrum* pro *nostrorum* lect. Codd. et multt. Edd. in textum admiserunt Heum. et recentt. praeter Bach., qui priscam formam *nostrorum* Tacito non debebat obtrudere. Sic exstat ap. Plaut. Mostell. I, 3, 23. *vestrorum*, Poen. IV, 2, 39. *nostrorum*, Stich. I, 2, 84. *vestrarum*. vd. Ramsh. Gr. §. 157. p. 532. Gell. N. A. XX, 6.

quos modo insectatus est] E Cod. Farn. *modo* recepi c. Walth. et Bach., omissum a Bekker. Boettich. et Ritt., quibus de glossemate suspectum fuisse videtur, quod tamen recte bis positum est, quum modo laudati essent ab Apro, modo Aper insectatus esset antiquos oratores.

et a vestris philosophis saepe celebrato] Codd. Farn. Vatic. 1518. 4498. Edd. Brot. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. *a nostris phil.* Cod. Vat. 1862. *et aliis vest. phil.* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *et aliis * vest. phil.* Lips. in text. *et alias a vest.* e veteri in annot. it. Seebod. *et alias vestris* Pichen. et seqq. *et aliis et vestris*. Rup. e coniect. Schulting. *Vestri philosophi* sunt Academici. — De pleonasm.

celebrato sumpsit sibi contradicendi partes. Igitur exprome nobis non laudationem antiquorum (satis enim illos fama sua laudat), sed causas, cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus, quum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.

in vv. *saepe celebrato* vd. annot. ad Dial. 18. et Herzog ad *celeriter advolaturam* Caes. B. C. II, 43., qui tamen copiam orationis, non redundantiam in hac similibusque formulis inesse arbitratur. *Celebrare* i. q. frequentare, frequenter usurpare: *necessitatem* Cic. de Orat. III, 38, 155. *iambum* Quint. X, 1, 96. *morem* Plin. Epp. X, 116, 1.

Igitur exprome] E Cod. Farn. *igitur* c. Bekk. recept. a recentt. praeter Rup. *exprome* Codd. Farn. Vatice. Edd. Brot. Ern. et seqq. ex Acidal. coniectura iam ab Herm. recept. pro lect. *exprimo* Cod. Par. *ex primo* Vind. Ed. Spir. *exprime* Put. et seqq. Cf. Peter. ad Cic. Brut. 6, 25. de permutat. et signif. utriusque verbi. De part. *igitur* ab initio posita vd. annot. ad Dial. 3. *Expromere* i. q. exponere, narrare, proferre. Cic. de Divin. II, 72. *quid in quamque sententiam dici possit expromere.* Tac. Ann. II, 39. *sententiam expromere.*

quum praesertim] Stuerenburg. ad Cic. or. pr. Arch. 9. Ed. 1839. p. 144—162. observavit in copiosa explanatione de differentia formull. *praesertim cum* et *cum praesertim*, *praesertim si* et *si praesertim*, *praesertim qui* et *qui praesertim*, de part. *praesertim* sine coniunctionibus posita et de form. *praesertim quoniam* semel usurpata a Cic. de Rep. I, 13, 20., apud Tac. bis tantum et quidem Dial. 10 et 24. *cum praesertim* legi, qui in cett. scriptis partic. *praesertim* et reliquis formm., quas modo enumeravimus, abstinuerit (unde fortasse sunt qui novum petant argumentum ad Dial. Tacito abiudicandum); *praesertim cum* (da zumal), quo prius usi sint Romani, poni in oratione sedatiore ac graviore, *cum praesertim* (zumal da) in magis concitata et quae cum emphasi quadam efferatur. Quae num non argutius quam verius exposita sint videant homines me doctiores. Fabri ad Sall. Iug. 2. *quum praesertim* usurpari existimat, ubi ratio allata cum minore emphasi ponatur quam si *praesertim* praecedat. Nullum autem discrimen esse statuunt Orell. in Ed. min. Cic. Orat. p. 26. et Kritz. ad Sall. Cat. 51, 19., ubi *praesertim quum* vulgatius esse dixit.

ratio temporum collegerit] *colligitur* Cod. Farn. *colligeret* Cod. Par. *Colligere* plerumque de ratiocinatore (vd. annot. ad Dial. 17.), rarius de ratione ipsa dicitur. Plin. H. N. III,

Cap. XXV.

Tum Messalla, Sequar praescriptam a te, Materne, formam. Neque enim diu contradicendum est Apro, qui primum, ut opinor, nominis controversiam movit, tanquam parum proprie antiqui vocarentur, quos satis constaret ante centum annos fuisse. Mihi autem de vocabulo pugna non est, sive illos antiquos sive maiores sive quo alio mavult nomine appellet; dummodo in confesso sit, eminentiorem illorum temporum elo-

20, 23. *Latitudo Italiae* — DCCXLV *millia passuum colligit.* XII, 5, 11. *Superiores eius* (ficus) *rami in excelsum emicant*, — *ut LX passus plerique orbe colligunt.* Cf. F. A. Wolf. Verm. Schr. p. 162. »Vel una analogia fretus bene dici statuerim *ratio colligit*, eo sensu, quo Germani *die Berechnung ergiebt.* Sicut enim in dialecticis dicitur *ratio efficit, vincit, constat* etc., ita in alio genere ratiocinandi, usu numerorum, iisdem formulis locus esse debuit; quippe hic fons est translationis. In numeris autem proprium *colligere* fere semper quidem de ratiocinatore, at etiam, ut opinor, de ipsa ratione. Simillime Plinius Ep. 2, 19, 9. *omnes in utraque parte calculos pone, idque elige, in quo vicerit ratio.* Ceterum hic Apri c. 17. putidam in temporibus computandis sedulitatem agitari manifestum est. Iam quid tandem in principio est, quod frigeat? *tantum* subauditur, ut saepe fit. *Praesertim* vero propter ipsam paucitatem annorum adiectum est.«

Cap. XXV. *Sequar praescriptam a te, Materne, formam*] *perscriptam et Materne* Cod. Farn., quem ordinem verbis *p. et* emendatis secuti sunt Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt.; *a te praescriptam* cett. Codd. et Edd. *Forma* est ratio disputationis a Materno proposita (der Gang des Gesprächs).

primum]. Heumanni emendat. *primus* probata Rup. non opus est, quum non solum *primum* ab optt. scriptt. usurpetur non sequentibus particc. *deinde*, *postea* aliisque (quod anantapodoton dicitur a Ramshorn. Gram. §. 207. e.), sed etiam particc. *deinde*, *postea*, *tum* non antegressa *primum*. Cf. Eckstein. ad h. l. Grysar. Theor. d. lat. Stils. p. 143. Beneck. ad Cic. Catil. II, 8. Matth. ad II, 10. Kritz. ad Sall. Iug. 35, 4. Bach. annotavit, particulas *deinde* etc. omissas esse, quod scriptori partitionem variare placuerit.

quos satis constaret] E Cod. Farn. Bekk. Boett. Bach. Ritt. pro *constat* lect. Codd. Par. Vind. et cett. Edd.

dummodo in confesso sit] Dial. 27. *In confesso* i. q. confessum, manifestum, de quo genere loquendi vd. annot. ad

quentiam fuisse. Ne illi quidem parti sermonis eius repugno, si comminus fatetur, plures formas dicendi etiam iisdem saeculis, nedum diversis exstitisse. Sed quomodo inter Atticos oratores primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et Hyperi-

Dial. 16. Hand. Turs. Vol. III. p. 255. Sic *in confessis* Quintil. VII, 1, 48; *ex confesso* III, 5, 3. *pro confesso* V, 13, 34.

Ne illi — repugno] Vd. Dial. 18.

si comminus fatetur] Cod. Farn. Edd. Lips. Pithoe. Gronov. Bekk. Walth. Bach. Ritt. *si quo minus* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Ern. Brot. Ex multis coniecturis, quas recensent Edd. Orell. et Walth., eas tantum apponam, quae in Edd. receptae sunt. Heum. *quatenus fatetur*; Bip. et Oberl. *repugno sic, quo minus fatear*; Schulz. *qua omnino fatetur*; Dronk. *in qua omnino fatetur*; Osann. *sicut omnes fatentur*; Boeth. *quod in commune fatetur*; Ritt. in annott. pro *comminus* proposuit *commodus*, h. e. humanus ac facilis, ut Aper non unam dicendi formam contemptis ceteris probasse, sed eidem saeculo plures humane vindicasse dicatur, id quod factum ab eo sit c. 18.; nomen *commodus* tum alibi tum Hor. Art. poet. v. 257. hanc signif. prae se ferre. Eckstein. et Fr. Hess. in commentatt. mss. *si quidem omnes fatentur* paullum mutata coniect. Schulz. *si q. o. fatemur*, quam expressit Guttmann. in interpret. vernac. Mihi in mentem venit: *si coram omnibus fatetur*. Bach. locum sic explicavit: »Messalla Aprum sibi fingit tanquam cominus secum pugnantem, ita ut manus conserantur. Sensus: *si Aper velut cominus pugnans fatetur — exstitisse, equidem non repugno.*« Hand. Turs. Vol. II. p. 94 sq. *comminus* interpretatur statim, illico, qua significatione id in Cisalpina Gallia in usu fuisse refert Serv. ad Virg. Georg. I, 104.

primae Demostheni tribuuntur] Cf. Cic. Brut. 9, 35 sq. *nam plane quidem perfectum et cui nihil admodum desit Demosthenem facile dixeris. — Huic Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus et is, cuius multa exstant scripta, Demades.* Orat. 2, 6. 7, 23. de Orat. I, 13, 58. de opt. gen. or. 4, 13. Quint. X, 1, 76. XII, 10, 23. De Demosthenis, principis oratt. Graecc., nat. Ol. 98, 4. 385. a. Ch. mort. Ol. 114, 3. 322. a. Ch., vita, eloquentia et scriptis cf. Westerm. §. 56 et 57. ibiq. laudat. scriptt. et Beil. VII. p. 297. F. Rank. comment. in Ersch. et Grub. Encyclop. Sect. I. Vol. 24. p. 52 — 118.

Aeschines] Obscuris parentibus natus Athenis Ol. 97, 4. 389 a. Ch. et mort. Ol. 116, 3. 314. a. Ch. in insula Samo, homo despicatissimus in republica capessenda, Asiaticae eloquentiae auctor, ingenii ac dicendi vi effecit, ut in optimis

des et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium autem consensu haec oratorum aetas maxime probatur; sic apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit. Calvus autem et Asinius et Caesar

oratoribus haberetur atque acerrimus aemulus et adversarius Demosthenis fieret, cuius tres ad nos pervenerunt praestantissimae oratt. vd. Cic. de Rep. IV, 11, 13. Tusc. III, 26, 63. Orat. 8, 26. 18, 57. de opt. gen. or. 5, 14. Quint. X, 1, 22 et 77. XII, 10, 23. Cf. Westerm. l. l. §. 58 et 59. ibiq. laudat. scriptt.

Lycurgus] Natus Athenis circa Ol. 96. e nobilissima Eteobutadarum gente et mort. Ol. 114, 2. 323. a. Ch. magnis divitiis ad ingenium liberalibus studiis excolendum usus est et praeceptores habuit Platonem et Isocratem, quorum disciplina ad rem publicam strenue ac cum laude capessendam idoneus fieret. Fuit is civis patriae amantissimus in eiusque salute et libertate contra Macedones fortissime tuenda coniunctissimus cum Demosthene. De rei autem publicae ac praecipue de redituum publicorum administratione et de urbe operibus atque aedificiis exornanda tam praeclare meruit, ut in numero optimorum civium, dum viveret, habitus post mortem monumento sepulcrali et statua aenea in foro publice ei posita decoraretur. Singularis eius fuit vitae sanctitas, integritas, simplicitas, continentia, maxima denique industria et assiduitas in civitate multis utilissimisque legibus conservanda et in acerrimo litterarum studio, quae effecerunt, ut irruenti morum depravationi summa gravitate ac severitate obviam iret et perditos civitatique perniciosos cives tanta acerbitate accusaret, ut iudicia tantum non omnia vinceret et ipse saepius accusatus nulla causa caderet. Quum e XV. oratt., quae exstabant, una elegantissima in Leocratem ad nos pervenerit, de eius eloquentia non nostrum, sed Dionys. Halic. iudicium adhibebimus e vett. scriptt. cens. V, 3. Ὁ δὲ Λυκοῦργός ἐστι διαναντὰς αὐξητικὸς καὶ διηρμένος καὶ σεμνὸς καὶ ὅλος κατηγορικὸς καὶ φιλαλήθης καὶ παῤῥησιαστικός· οὐ μὴν ἀστεῖος, οὐδὲ ἡδύς, ἀλλ' ἀναγκαῖος. Cf. Westerm. G. d. gr. B. §. 55. et Beilag. VI. p. 296. A. F. Nissen. de Lycurgi oratoris vita et rebus gestis dissert. Kil. 1833. 8. G. A. Blum. narratio de Lycurgo oratore. Postam. 1834. 4. Lycurgi deperditt. oratt. fragm. collegit etc. F. G. Kiessling. Praecedit vit. Lyc., quae Plutarch. tribuitur. Hal. 1834. 8.

proximum autem — omnium autem] Exempla particulae *autem* sic repetitae, ut apud Graecos δέ, offerunt Caes. B. C. III, 11. *illi autem se contra imperium populi Romani pugnaturos esse negarent, oppidani autem etiam sua sponte Caesarem recipere conarentur* c. annot. Herzog. Cic. Tusc. V, 16,

et Caelius et Brutus suo iure et prioribus et sequentibus anteponuntur. Nec refert, quod inter se specie differant, quum genere consentiant. At strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Cae-

47: *qualis cuiusque animi affectus esset, talem esse hominem: qualis autem ipse homo esset, talem eius esse orationem: orationi autem facta similia, factis vitam. Affectus autem animi in bono viro laudabilis.* Hand. Turs. Vol. I. p. 571 sq. Beier ad Cic. Off. I, 8. init.

suo iure] *sic vere* Codd. Farn. e coll. Schlutt. (*si vere* Bekk. et Schraut. it. ap. Lips.) Vatic. Edd. Pith. Bach., qui id explicat: pariter non falso sive recte, i. e. eodem iure proximum locum obtinent atque Aeschines. Codd. Par. Vind. vett. Edd. *sic iure* reposit. ab Osann. Orell. (ab hoc c. asterisco) et Rup.; *suo iure* e coniect. in marg. Edd. Francof. et Colon. et a Lips. in annott. proposita receperunt plerique Edd. Schurzfleischii coniectura *secure* aptior Dronkio videtur; mihi in mentem venit *summo iure*. De *suo iure*, i. e. iure sibi debito, cf. Cic. or. de imp. Pomp. 22. ibiq. Steinm. pr. Arch. 1 et 8.

At strictior] Cod. Farn. Edd. Lips. Pith. Pichen. Bernegg. Gronov. Dronk. Osann. probat. Hand. Turs. Vol. I. p. 423, quocum tamen *at* non ita accipiendum, quasi per id sententiae contrariae sibi opponantur, sed quod transitum faciat ad Messallae sermonem, quo expositurus est, quomodo hi oratores inter se specie differant, genere tamen consentiant; *adstrictior* ex Acidal. emend. Heum. Ern. Brot. recentt. *aut strictior* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. (de confus. vv. *aut* et *at* vd. Hand. l. l. p. 451.) *at tristior* Ed. Put. et seqq. ad Lips. *Strictus* signif. rhetorica exstat ap. Quint. X, 1, 77. *Plenior Aeschines et magis fusus et grandi similis, quo minus strictus est.* XII, 10, 52. *Quod si mihi des consilium iudicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus non Ciceronis modo, sed etiam eius, qui est strictior multo, Demosthenis.* *Strictus* igitur pariter atque *astrictus*, cui respondet ἀδιάχυτος a Longin. de Subl. XXXIV, 3. de Demosthene usurpatum, est orator, qui utitur genere dicendi conciso, denso et presso, in quo omnia tam apta sunt, ut nihil redundet; quod Dial. 31. dicitur *astrictum et collectum*. Cf. annott. ad Dial. 2. de v. *pressus* et ad 17. de *Calvo*. Spalding. ad Quint. Vol. IV. p. 101. appellant hanc brevitatem Calvi strigosam. Ern. Lex. techn. Lat. s. *adstrictus*. Plin. Epp. I, 20, 20. *qui astrictius quam qui effusius dicit.* III, 18, 10. *quum ea potius quae pressius et astrictius quam illa, quae hilarius et quasi exsultantius scripsi, possint videri arcessita et inducta* c. annot. Gier.

numerosior] Quid sit *numerus oratorius* optime explanavit

lius, gravior Brutus, vehementior et plenior et valentior Cicero: omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae

Hand. Lehrb. d. Lat. St. p. 450. §. 19—32. (Wohllaut) praeceptis usus Cic. Orat. III, 44 sq. Orat. 53 sq. et Quint. IX, 4, 45 sq., quae Ernest. quoque Lex. techn. Lat. s. v. secutus est. *Numerosus* dicitur Pollio, in cuius oratione ea structura et dimensio et copulatio vocum inerat, quae concinnitate et varietate numeros concentui similes eosque auribus gratos efficeret. Aliter de eo iudicat Senec. Ep. 100. *At contra Pollionis Asinii* (compositio) *salebrosa et exsiliens et ubi minime exspectes relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt: apud Pollionem cadunt, exceptis admodum paucis, quae ad certum modum et ad unum exemplar astricta sunt.*

splendidior] *Splendor* et *splendidus* a Cic. de oratione frequentata intelligenda sunt de elegantia atque ornatu elocutionis. Cic. de Orat. II, 8, 34. *quid admirabilius quam res splendore illustrata verborum?* III, 31, 124. *Rerum enim copia verborum copiam gignit, et, si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, exsistit ex rei natura quidam splendor in verbis.* Brut. 88, 302. de Hortensio. *Erat in verborum splendore elegans.* 20, 78. *iam enim erat unctior splendidiorque consuetudo loquendi,* ubi bene annotavit Bernh., Ciceronem totum ornatum hominum delicatorum [sic *lautus* — *nitidus* — *comptus* — *incomptus*] ad orationem transtulisse et formam dicendi molliorem et ab horrore tristis impexaeque antiquitatis (Dial. 20.) recedentem *unctiorem* appellare, h. e. pigmentis fucoque illitam atque suaviter fragrantem. Vd. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

gravior] Quint. XII, 20, 11. *gravitas* Bruto tribuitur. *Gravitas* orationis non solum cernitur in verbis grande quiddam et splendidum et plenum sonantibus, sed etiam in sententiarum severitate, magnificentia et sublimitate. Cf. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

vehementior et plenior] *Vehemens* de magno oratoris impetu in dicendo usurpatur a Cic. de Orat. II, 49, 200. *tunc admiscere huic orationis generi vehementi atque atroci genus illud alterum, de quo ante disputavi, lenitatis et mansuetudinis coepi.* II, 14, 58. — *Plenus* contraria habet adiectt. *siccus* — *aridus* — *exilis* — *tenuis*, de quibus cf. annot. ad Dial. 19 et 21. et de *plenitate* ad 23.

eandem sanitatem eloquentiae ferunt] Ab Rhen. in Castigatt. p. 446. propositam emendat. *sanitatem* pro *sanctitatem* lect. Codd. et vett. Edd. receperunt omnes Edd. praeter Boettich. De *sanitate* cf. annot. ad Dial. 23. *Ferunt* i. q. prae se ferunt: vd. Liv. XXI, 41. *et utrum Hannibal hic sit aemulus itinerum Herculis, ut ipse fert.* Tac. locc. ab Eckst. allat.

ferunt, ut, si omnium pariter libros in manum sumpseris, scias, quamvis in diversis ingeniis, esse quandam iudicii ac voluntatis similitudinem et cognationem. Nam quod invicem se obtrectaverunt, et sunt aliqua epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non est oratorum vitium, sed hominum. Nam et Calvum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere et livere et ceteris humanae infirmitatis vitiis affici: solum inter hos arbitror Brutum non malignitate nec invidia, sed simpliciter et ingenue iudicium animi sui detexisse. An ille Ciceroni invideret, qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse? Quod ad Ser. Galbam et C. Laelium attinet et si quos alios

Hist. II, 65. *laetitiam et gratulationem vultu ferens.* IV, 85. *quos spiritus gessisset vultu ferebat.*

in manum sumpseris] Lips. emendat. *manus* temere recepit Broter., quum utrumque usurpetur, illud tamen rarius: *in manus sumere* Dial. 22. Cic. Tusc. II, 3, 8. Plin. Epp. I, 16, 3. et saep.; *in manum sumere* IX, 22, 2., ubi Cort. et Gier. e Cod. Med. *manus*, Schaef. *manum*, quae formula damnatur a Krebs. Antibarb. p. 300.

solum inter hos arbitror Brutum non malignitate nec invidia — detexisse] Cf. Doederl. Syn. Vol. III. de vv. invidia, livor, malignitas, obtrectatio. De ablativo hh. substantivorum, quae pro adverbiis (maligne — invidiose) posita sunt, cf. bene disserentem Roth. ad Tac. Agric. p. 167 sq. et Boett. de vit. et script. Tac. p. 40. Ut Tac. h. l. copulavit *simpliciter et ingenue*, sic *simpliciter et ingenue* Cic. Epp. ad Fam. VIII, 6; *simpliciter et libere* Plin. Epp. I, 13, 2.

An ille Ciceroni invideret] Codd. Farn. Vaticc. 1862 et 4498. *invidere* Vat. 1518., quam meliorem verborum collocationem revocaverunt Dronk. et recentt. praeter Rup., qui *an ille invideret Ciceroni* exhibet, ut Codd. Par. Vind. Ed. Spir.; *an invideret Ciceroni* Edd. a Put. ad Dronk. usque.

qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse] Idem de Bruto iudicavit Antonius in Plutarch. Brut. 29. *ἀλλ' Ἀντωνίου γε καὶ πολλοὺς ἀκοῦσαι λέγοντος, ὡς μόνον οἴοιτο Βροῦτον ἐπιθέσθαι Καίσαρι προαχθέντα τῇ λαμπρότητι καὶ τῷ φαινομένῳ καλῷ τῆς πράξεως, τοὺς δ' ἄλλους ἐπὶ τὸν ἄνδρα συστῆναι μισοῦντας καὶ φθονοῦντας.*

C. Laelium] *C. Laelius Sapiens*, nat. 567. vel 568. U. C., cuius et P. Scipionis Africani minoris maxime memorabilis fuit amicitia, ut refert Cic. in Laelio, 603. tribunus pl., 609.

antiquorum agitare non destitit, non exigit defensorem, quum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec satis adultae defuisse.

praetor, ex quo magistratu Hispaniam provinciam sortitus Viriatum fregit, 614, consul cum Q. Servilio Caepione, et ob animi virtutes et ob doctrinam et eloquentiam summis laudibus fertur a Cicerone praecipue in libro de amicitia, qui eum sapientissimum, moderatissimum et continentissimum hominem appellat. Litterarum studio maxime deditus Diogenem et Panaetium philosophos audivit et secum eruditissimos e Graecia homines palam habuit. Licet in eo dicendi laus illustrior quam in Scipione esset, tamen multo vetustiore et horridiore sermone usus est. Orationes eius a paucis scriptoribus commemorantur cf. Meyer. fragm. p. 96. sq.: or. de collegiis, duae actiones in causis publicanorum a 616., dissuasio legis Papiriae de tribunis reficiendis a. 623., or. pro se ad populum a. 623 vel 625.; praeterea duas laudationes P. Scip. Africani minoris conscripsit. Cic. Brut. 21, 82. *sed C. Laelius et P. Africanus in primis eloquentes, quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Sed inter hos aetate paulum his antecedens sine controversia Ser. Galbae eloquentia praestitit.* 83. *De ipsius Laelii et Scipionis ingenio, quanquam ea est iam, ut plurimum tribuatur ambobus, dicendi tamen laus est in Laelio illustrior. At oratio Laelii de collegiis non melior quam de multis quam voles Scipionis: non quo illa Laelii quicquam sit dulcius, aut quo de religione dici possit augustius, sed multo tamen vetustior et horridior ille quam Scipio: et quum sint in dicendo variae voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur et lubenter verbis etiam uti paulo magis priscis Laelius.* 84. — *Nam ut ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriatico bello reperimus fuisse Laelium: sic ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae denique etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio.* Cf. Ellendt. Prolegg. p. XXV sq. Westerm. G. d. r. B. §. 36.

non exigit defensorem] »Explica: id tale non est, ut pluribus contra illud defendi opus sit illos viros; non exigit, ut defensionem illorum hominum suscipiam.« Wopk. Observv. miscell. T. VII. P. 3.

adultae] Frequentatur *adolesco*, sicut *nascor* et *senesco* — *desenesco* (vd. Kritz. ad Sall. Iug. 35, 3.), praeter Cic., Liv., Sallust. al. a Tacito signif. translata: Ann. I, 46. *duorum adolescentium nondum adulta auctoritas.* III, 53. *praevalida et adulta vitia.* Cf. Boett. Lex. Tac. s. v. Herzog ad Sall. Cat. 51, 40.

Cap. XXVI.

Ceterum si omisso optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae eligenda sit forma dicendi, malim Hercule C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis: adeo

Cap. XXVI. *Ceterum si omisso — malim* etc.] Klossmann. Prolegg. p. 10, observat, eadem fere dicere Cic. de Orat. III, 35, 142. *quorum si alterum sit optandum, malim ego indisertam prudentiam quam stultitiam loquacem.* Quint. VIII, 5, 34. *et si necesse sit, veterem illum horrorem dicendi malim quam istam novam licentiam.* De sententia h. l. exposuit Schlosser. universalhist. Uebers. d. Gesch. d. alt. Welt. Vol. III. P. 1. p. 193 sq. Iuvenal. sat. 7.

calamistros Maecenatis] *Calamister* s. *calamistra* s. *calamistrum* (de quibus form. vd. Meyer ad Cic. Orat. 27, 78. Freundi Lex. Lat.) est acus maior ferrea, quae calefacta et adhibita crispat capillos. Signif. translata dicitur de nimio orationis ornatu et ascita et fucata elegantia. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 56. Cic. Orat. l. l. *Tum removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur.* Brut. 75, 262. *calamistris inurere* (orationem) c. annott. Meyeri et Bernh., qui laudat Dionys. Hal. de Comp. verb. epi 25. ὁ δὲ Πλάτων τοὺς ἑαυτοῦ διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων οὐ διέλιπεν. Cic. de Orat. III, 25, 101. *Atque eo vitius in oratoris aut in poetae cincinnis ac fuco offenditur.* Recte autem calamistri traducuntur ad genus dicendi molle et delicatum et nimis quaesitum Maecenatis, qui, quod in vita luxuria diffueret nimiaeque elegantiae et munditiae, quae viros non deceret, studiosus esset, a Romanis iure ac merito reprehensus ac vellicatus est, adeo ut Horatius ficticio nomine *Malchini* (al. *Malthini*) Sat. I, 2, 25. eius mollitiem notaret: cf. Weichert. poett. Latt. rel. p. 429 seq. De oratione Maec. vd. Senec. Ep. 20 et 114. Spalding. ad Quint. IX, 4, 28. Suet. Aug. 86. *exagitabatque nonnunquam inprimis Maecenatem suum, cuius μυροβρεχεῖς, ut ait, cincinnos usquequaque persequitur et imitando per iocum irridet:* qua metaphora fere eus Cic. dixit Brut. 20, 78. *unctior — consuetudo loquendi.* Macrob. Sat. II, 4. *Idem Augustus, quia Maecenatem suum noverat esse stilo remisso, molli et dissoluto, talem se in epistolis, quas ad eum scribebat, saepius exhibebat* —. Cf. I. H. Meibomii Maecenas etc. Lugd. Bat. 1653. 4. Maecenatiana etc. ed. A. Lion. Gott. 1824. 8. Eckstein. Prolegg. p. 63 sq. Westerm. G. d. r. B. §. 84. Manso verm. Abhandl. p. 105 sq.

tinnitus Gallionis] Duo fuerunt rhetores L. Iunii Gallio-

melius est oratorem vel hirta toga induere quam fuca-

nes, pater et filius. Adoptaverat enim L. Iun. Gallio L. Iun. Gallionem, L. Annaei Senecae fratrem natu minorem, M. Annaei Senecae rhetoris filium, qui post adoptionem dictus est L. *Annaeus Iunius Gallio* et se ipse interfecit teste Euseb. Chron. in Ol. CCXI., vel narrante Dion. Cass. LXII, 25. extr. necatus est a Nerone, de quo cf. Rup. ad Tac. Ann. XV, 73. Senec. Nat. Quaest. IV. de Vit. Beat. cp. 1. Gallio pater amicus fuit Ovidii (vd. Epp. ex Pont. IV, 11.) et Senecae philosophi, a quo commemoratur Suasor. III. Controv. III. prooem. p. 200. Bip. *Hoc nemo praestitit unquam Gallione nostro decentius. Iam adolescentulus quum declamaret, apte et convenienter et decenter hoc genere utebatur.* Ib. V. prooem. Scripsisse eum de arte rhetorica refert Quint. III, 1, 21. c. annot. Spald. eiusque mentionem facit IX, 2, 91. vd. Westerm. G. d. r. B. §. 86. — *Tinnire* (κωδωνίζειν) proprie dicitur de metallis pulsatis et resonantibus, metonym. de eo, qui sonos inanes, quales sunt tintinnabulorum, in sermone captat: quod est *voce inani sonare* Cic. Finn. II, 15, 48. vel *inanes sonos fundere* Tusc. V, 26, 73. ψοφεῖν μάτην ap. Platon. Quint. II, 3, 9. *Nam tumidos et corruptos et tinnulos et quocunque alio cacozeliae genere peccantes certum habeo non virium, sed infirmitatis vitio laborare.* A Fronton. p. 240. Ed. Rom. sententiae Senecae *tinnulae* appellantur. De tinnitu cf. Beroald. in Appul. asin. aur. lib. I. p. 68. Barth. Adversar. XXXIII, 5. Appul. de orthogr. p. 5. ed. Osann. *Vulgatum est proverbium in eos, qui vana loquacitate improbe importune inaniterque loquuntur, cymbalum Dodoneum, ut tintinnabulum, ut lebes, ut aes Dodoneum, ut pelvis aerea, ut tympanum mundi* Sic Longin. de Sublim. XXIII, 4. κώδωνας (Wortgeklingel — Klingklang) vocat ornatum figurarum importunum et iusto frequentiorem. vd. Ern. Lex. techn. Graec. s. v. Paull. apost. in epist. I. ad Corinth. 13, 1. γέγονα χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον, de quo loc. vd. Osann. l. l. p. 32. Ceterum Sidon. Apoll. Epp. V, 10. ex corrupto suae aetatis iudicio laudat *gravitatem* Gallionis.

adeo melius est] Codd. Farn. Vaticc. Edd. Broter. et recentt. *adeo melius* Codd. Par. Vind. Edd. ante Pichenam, cuius coniecturam *adeo malim* secuti sunt Bernegg. Gronov. Heum. Ern.

vel hirta toga induere] Cf. Becker. Gall. Vol. II. p. 87. Huc pertinet Quint. XII, 10, 47. *do tempori, ne hirta toga sit; non serica: ne intonsum caput; non in gradus atque anulos comptum: cum eo quod, si non ad luxuriam ac libidinem referas, eadem speciosiora quoque sint, quae honestiora.* Quemadmodum enim Romani prisci crassioribus et simplicioribus

tis et meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo Hercule ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut lascivia verborum et levitate sententiarum et licentia

vestibus utebantur (*hirta toga* Lucan. Phars. II, 386.), sic oratores antiqui genere dicendi horrido et simplici, de quo cf. annott. ad cp. 20 et 21.

quam fucatis et meretriciis vestibus insignire] Libertinae et meretrices apud Romanos gerebant vestes fucatas et quidem tunicam sine instita, cui superiniecta erat curta toga, quae non solum versicolores, sed etiam translucidae erant ad amatores alliciendos ac deliniendos, quum solis matronis honestioribusque mulieribus palla et stola vel alba vel purpurea aurove picta liceret uti. vd. Beck. Gall. Vol. I. p. 323. II. p. 63., qui p. 96. contra Boettig. Sabin. Vol. II. p. 91. 108. observat, matronas quoque primo saeculo p. Ch. n. vestimentis versicoloribus usas esse. Cf. Quint. VIII. prooem. 18—20., unde haec transscripsi: *namque* (corpora) *et colorata et astricta et lacertis expressa sunt, sed eadem si quis vulsa atque fucata muliebriter comat, foedissima sunt ipso formae labore. Et cultus concessus atque magnificus addit hominibus, ut Graeco versu testatum est, auctoritatem: at muliebris et luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida et versicolor quorundam elocutio res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu vestiuntur.* VIII, 3, 5. *Sed hic ornatus* (*repetam enim*) *virilis et fortis et sanctus sit: nec effeminatam levitatem et fuco ementitum colorem amet, sanguine et viribus niteat.* Cic. Brut. 9, 37. *et ut opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus usque ad aetatem hanc oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.* Gell. N. A. VII, 4. *Unum quodque genus* (dicendi) *quum caste pudiceque ornatur, fit illustrius; quum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum.* Sententia h. l. est: Adeo praestat oratorem vel impolito et simplici quam affectato et parum naturali genere dicendi uti.

Neque enim oratorius iste etc.] Cf. quae Quintil. de lectione antiquorum et novorum oratorum pueris commendanda praecipit II, 5, 21—23., quibus add. X, 1, 43. de lect. vett. et recentt.

temporum nostrorum actores] Sic Dial. 17. *nostrorum temporum diserti*, 27. *eloquentia temporum nostrorum. Actor* (vd. *actio* Dial. 17. 32.) i. q. patronus causarum frequentatur a Quint.: *actor causae* IV, 1, 7. vd. Bonnell. Lex. Quint. s. v.

lasciviae verborum] Quint. II, 5, 22. *ne recentis huius lasciviae flosculis capti voluptate quadam prava deliniantur, ut*

compositionis histrionales modos exprimant. Quodque vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii

praedulce illud genus et puerilibus ingeniis hoc gratius, quo propius est, adament. X, 1, 43. *alios recens haec lascivia deliciaeque et omnia ad voluptatem multitudinis imperitae composita delectant. Lascivia* (*τὸ μειρακιῶδες — νεαρὸν — puerile* vd. de hh. vv. Ern. Lexx. technol. Graec. et Lat.) a rhetoribus usurpatum est, ut ingeniorum lusus luxuriamque significarent, qua nonnulli scriptores vel oratores in ornanda expoliendaque oratione modum excedere solebant, fucum et pigmenta pueriles-que figurarum lusus pro vero gravique ornatu, redundantiam effusam pro copia, numeros molles effeminatosque pro concinnitate affectantes, ut bene explicat Ern. s. *lascivire* et in comment. I. de luxur. etc. p. 20. Quint. IX, 4, 28. de Maecenate.

levitate sententiarum] *Levitas sententiorum* i. q. *leviter dicendi genus* ap. Quint. X, 3, 21., quod Spalding. interpretatur negligentia corruptum, rerum pondere carens; XII, 10, 73. *genus dicendi, quod puerilibus sententiolis lascivit.*

licentia compositionis] *Licentia* refertur ad orationem, in qua orator vel scriptor sibi nimium indulgens leges et consuetudinem loquendi migrat. Cf. Cic. Brut. 91, 316. Quint. XII, 10, 73. *genus dicendi, quod — verborum licentia exsultat.* IX, 4, 6. *quorundam in oratione simili paene licentia lascivientium.* Quid sit *compositio*, explicat optime Quint. IX, 4., cuius tres sunt partes ordo, coniunctio, numerus; quae debet esse honesta iucunda, varia ib. §. 147.

histrionales modos exprimant] Adiect. *histrionalis* solus Tacitus bis praeter h. l. usus est Dial. 29 et Ann. I, 16. De re cf. Dial. 20. Lang. vindic. trag. Rom. p. 35. (Opuscc. p. 69.): »Severa lege a magistris eloquentiae cautum, ne sua ars scenicam aliquam speciem prae se ferret. Cic. de Orat. I, 59. III, 59. Offic. I, 36. Brut. 88. coll. Gell. N. A. I, 5. Quint. I, 11, 3. VI, 1, 38. XI, 3, 57. 103. 123. Dialog. de causs. corr. eloq. cp. 26. Iidem improbant, quod tragicorum portenta ad oratoriae artis commentationes advocentur cf. Dialog. cp. 35. Petron. c. 1. et interprett. ad Iuven. VII, 150.« Westerm. G. d. r. B. §. 58.

vix auditu fas esse debeat] Cf. de hac structura supini Reisig. Vorles. §. 443., quocum dissentit Haas. in annot. 598.

laudis et gloriae] Coniuncta exstare haec synonyma Dial. 41. Hist. IV, 14. Quint. II, 16, 19. VII, 3, 11. annotavit Eckstein., frequenter apud Cic. Wunder. ad or. pr. Planc. 36. p. 227.

ingenii loco plerique iactant] Quint. II, 12, 7. *Itaque ingeniosi vocentur, ut libet, dum tamen constet, contumeliose*

loco plerique iactant cantari saltarique commentarios suos. Unde oritur illa foeda et praepostera, sed tamen frequens, sicut scitis, exclamatio, ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. Equidem non negaverim Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur, qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quan-

sic laudari disertum. De structura v. *loco* cf. Ramshorn. §. 97. Not. 1. Haas. annot. 566. ad Reisig. Vorles. p. 708., ubi discrimen statuitur inter formm. *loco* et *in loco.*

cantari saltarique commentarios suos] Cf. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 286. »Iam sicut carmina poetarum, quae histriones, mimi mimaeque in theatris recitabant cum gestu et accommodato motu, *saltata* poemata dici solebant, ita eadem in theatro *cantari* dicebantur, quoniam rhythmica quadam vocis modulatione recitarentur. Ista histrionica declamatio seriori tempore etiam rhetorum scholas invasit: qua de re questus est Auctor Dialog. de Oratt. cp. 26.« Cf. Cic. de Orat. 18, 57. Brut. 62, 225. Quint. IX, 4, 142. XI, 1, 56.; 3, 57 — 60. *Sed quodcunque ex his vitium magis tulerim quam quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque cantandi: quod inutilius sit an foedius nescio. Quid enim minus oratori convenit quam modulatio scenica et nonnunquam ebriorum aut commissantium similis?* Etc. Plin. Epp. II, 14, 13. Lucian. praecept. rhetor. cp. 19. ἢν δέ ποτε καὶ ᾆσαι καιρὸς εἶναι δοκῇ, πάντα σοι ᾀδέσθω καὶ μέλος γιγνέσθω· κἂν ποτε ἀπορήσῃς πράγματος ᾠδικοῦ, τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ὀνομάσας ἐμμελῶς πεπληρωκέναι οἴου τὴν ἁρμονίαν· τὸ δὲ οἴμοι τῶν κακῶν πολλάκις καὶ ὁ μηρὸς παιασσέσθω, καὶ λαρύγγιζε· καὶ ἐπιχρέμπτου τοῖς λεγομένοις καὶ βάδιζε μεταφέρων τὴν πυγήν. Cf. Iacob. Charakteristik Lucians p. 88 sq. Ern. Lex. techn. Lat. s. vv. *cantus* et *saltare.*

sed tamen frequens, sicut scitis, exclamatio] Locus est corruptus in Codd. et vett. Edd.: *sicut his cta et* Cod. Farn. test. Schluttig. *sicut bis cta et* test. Bekk. *sicut his clam et* Cod. Par. Ed. Spir. *sicut his clam* Cod. Vind. *sicut bis clam et* Edd. Put. Riv. *sicut bis clam* Edd. Ber. Alc. *sicut quibusdam* ex emend. Rhen. receperunt seqq. praeter Bach., qui coniect. Orell. *sicut scitis* in textum admisit, a quo in annott. proposita est *frequens, sicut scitis, laus et exclamatio*, iam probat. Eckstein. praeter v. *laus;* quam coniecturam, quae propius saltem ad scripturam Codd. accedit et satis bonum sensum efficit, sequi non dubitavi.

tenere dicere] Pro *temere* lect. Codd. et vett. Edd. *tenere* (sic in Cod. Farn. esse videbatur Niebuhr.) emendavit Lips.,

quam in magna parte librorum suorum plus vis habeat quam sanguinis. Primus enim contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum ipsis etiam quibus utitur armis incompositus et studiis feriendi ple-

quem omnes Edd. deinceps sunt secuti. Oratoris est *diserte dicere*, histrionis *tenere saltare*, quae ratio nunc est inversa. Cic. or. in Pison. c. 36. *Samothraciam — primum, post inde Tarsum cum his teneris saltatoribus te contulisti.* Quint. XI, 3, 23. *non enim tam molli teneraque voce quam forti ac durabili opus est.* 3, 181 — 184, ubi leguntur inter alia: *Non enim comoedum esse, sed oratorem volo. — Quare non immerito reprehenditur pronunciatio et vultuosa et gesticulationibus molesta et vocis mutationibus resultans.* Plin. Epp. II, 14, 12.

plus vis habeat quam sanguinis] Quum rarior genitiv. *vis* editores magnopere offendisset, varias coniecturas eius loco protulerunt, quarum potiores, sed eas tamen supervacaneas, nominasse sufficit. Gronov. *plus irae*; Schurzfleisch. *plus puris* recept. a Schulz. Bip. Weickert. et probat. Weichert de Cass. Parm. p. 194., qui id intelligit de acerba eius dicacitate commemorata a Quint. VIII, 3, 89.; *plus bilis* Wopkens. Drück. kl. Schr. Vol. II. p. 30. et Baden. in Friedem. et Seebod. Miscell. critt. Vol. II. p. 590. et N. Archiv. f. Phil. u. Paedag. Vol. I. p. 411.; *plus viri* Luenem. probat. Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 354.; *plus fellis* Peerlkamp. in Bibl. crit. nov. Vol. V. P. 1. p. 133., quoniam *vis* et *sanguis* eodem redeant. At exempla rarioris genit. *vis* non solum iurisconsulti exhibent ap. Brisson. de verbb. signif. p. 1358., sed etiam alii scriptores. Victorin. in Rhet. Cic. Lib. I. p. 196. Capperron. *magnitudo erit ipsius vis exaggeratio.* Schneider. Formenl. d. Lat. Spr. II. 1. p. 466. Foertsch. ad Voss. Aristarch. P. I. p. 531. Bene h. l. sic illustravit Goeller. ad Cic. Orat. 23, 76. »*Vis* et *sanguis* apud Auct. Dial. de Oratt. 26. ex adverso ponuntur: *vis* sententias, *sanguis* ornatum sive copiam et ubertatem orationis indicat. Apud Quint. *vires* et *sanguis* coniuncta leguntur: VIII, 3, 6. X, 2, 12. Ibid. prooem. 24. *corpus* i. q. sanguis, sicut X, 1, 31. *succus.*« De *sanguine* vd. annot. ad Dial. 21. Eckstein. respiciens ad vv. h. cp. *et ipsarum virium robore* accipit *plus vis* de violentia Cassii.

modestia ac pudore] Tac. Ann. III, 26. vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 211. et annot. ad Dial. 19.

armis incompositus] Quemadmodum acies dicitur composita, quae bene instructa et disposita est ad hostes impugnandos, sic *armis incompositus* dicitur miles, qui arma sua non recte composuit ad hostem feriendum aut arcendum (vd. Glossar. Liv. ed. Kreyssig. s. *incompositus*), quique cum hoste nullo

...ctus non pugnat, sed rixatur. Ceterum, ut ...ntibus comparatus et varietate eruditionis et ...anitatis et ipsarum virium robore multum

ideoque ad pugnam minus idoneus est. Cf. Fabr. XIII, 27, 5. *Ut quisque arma ceperat, sine imperio, incompositi, inordinati in proelium ruunt.*

...is *feriendi plerumque deiectus*] *studiis* Codd. Farn. Edd. vett. ante Rhen., cuius emendat. *studio* omnes ... seculi praeter Walth. et Bach. *studiis* revocantes. *deiectus* Cod. Farn. *deiectus* Codd. Par. Vind. et Edd. praeter Pichen. Bernegg. Gronov. Ryck. Heum. Schulz., a quibus emendat. a Lips. e Cod. [Ed.] Rom. ... et in annott. proposita *detectus* recepta est. *Deiici*, ...que addito *de gradu* vel *de statu* vd. Schuetz. Lex. ...), quod sicut *moveri* — *demoveri* — *depelli* mi... quoque vocabulum est vd. Walch. ad Agric. cp. 36. Dederich. ad Glossar. Septim. II, 43., a gladiatoribus ...tum est, cui contrarium est *stare*, *consistere in gradu*, ... *suum tenere*, qui est positus firmus ac stabilis vd. Rup. ... Cum gladiatore igitur, qui armis suis non recte uti... adversarii ictus repellendos, sed qui nimio ardore eius ... abreptus gradu suo demovetur et non iustam, sed le... pugnam cum eo init, comparatur *Cassius Severus* ora... (de quo vd. ad Dial. 19. p. 121.), quod nimia acerbitate et ...tudine stomacho plus dat quam consilio et adversarii vim ... impetum temere auget, contra quem fortiter impugnan... iratus minus se tueri ac defendere potest, ideoque non ...at cum eo, sed rixatur, h. e. non argumentorum gravi... ac pondere cum vincere conatur, sed altercando et cavil...do. Ex qua nostra explicatione intelligi posse puto, Lips. ...iect. *detectus* (*detegere* sc. latus eine Blösse geben) non ...cessariam esse, quam locis nonnullis similibus Quint. IX, 1, ... ib. 1. prooem. §. 24. confirmari ait Eckstein., cui adver...tur usus quoque loquendi, ex quo *detectus* non is potest ...i, qui latus suum detexit, nudum ostendit, sed cui ab alio ...tectum est.

non pugnat, sed rixatur] Cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. ... p. 277. ibiq. Colum. VII, 2. *Quoniam et ad rixam et ad ...gnam — comparatur.* De re Quint. XI, 1, 29. *Videas item rixatores quosdam neque iudicum reverentia neque agendi ...ore ac modo contineri.*

lepore urbanitatis] Cic. Brut. 38, 143. *erat cum gravi...te iunctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis ...pos.* vd. annot. ad Dial. 18. p. 114.

ipsarum virium robore] Curt. VII, 3, 4. *haud dubie robur*

ceteros superat; quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. Ego autem exspectabam, ut incusato Asinio et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret, plurisque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. Nunc detractasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est nisi in publicum et in commune, veritus, credo, ne multos offenderet, si paucos

omnium virium regis. Frequentatur haec locutio a Liv. XXII, 46. XXIII, 26. c. annot. Fabr. XXIV, 48. XXVII, 46. XXXIII, 4. Vd. annot. ad *robur ac vires* Dial. 10.

sustinuit] *Sustinere* i. q. audere (ἀνέχεσθαι, es über sich gewinnen können) usurpatur a poetis et scriptt. argenteae aetatis. Tac. Hist. I, 37. *Quis ad vos processerim, commilitones, dicere non possum, quia nec privatum me vocare sustineo princeps a vobis nominatus nec principem alio imperante.* Quint. III, 6, 64. *Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulati — in ulla parte iudicii mei.* Buchner. ad Plin. Epp. X, 23.

aliud nobis agmen produceret] Lips. coniecturam *aliud novum* temere receperunt Brot. Seebod. et Orell. sic interpretatus: »aliud agmen recentiorum, quos tamen nemo alius magnos ducit oratores, adeo ut merito *novum* nobisque adhuc ignotum dici queat.«

singulis deinde singulos opponeremus] Cod. Farn. exhibet *deinde* recept. a Bekk. Boett. Bach. Ritt. pro *demum* lect. cett. Codd. et Edd., quam Hand. Turs. Vol. II. p. 260. intellexit sensu confirmativo (gerade). Sed praestat *deinde*, qua partic. Hand. l. l. p. 244. observat indicari nexum rerum et originis deductionem — und sonach, ita ut altera res alteram excipere videatur. Hartung. Lehre v. d. griech. Partik. Vol. I. p. 291. *demum* nomm. numeralibus apponi coll. h. l. observat; Herzog. ad Caes. B. C. I, 5. *demum* h. l. positum esse pro *denique.*

in publicum et in commune] Frequentissima est form. *in commune* (i. q. in universum) ap. Tac. vd. Boett. Lex. p. 23. Germ. 27. c. annot. nostr. 38. 40. Cum h. l. cf. *in universum et in commune* Plin. H. N. XVII, 1. Beier. ad Cic. oratt. pro Tull. in Clod. etc. fragm. p. 263. De structura vd. annot. ad Dial. 2. p. 11.

si paucos excerpsisset] *Excerpere* i. q. secernere et deligere maxime honoris causa. Quint. X, 1, 45. *Paucos enim, qui sunt eminentissimi, excerpere in animo est* c. annot. Herbst.

excerpsisset. Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum?

Quotus enim quisque] Formula *quotusquisque* (der wievielste jedesmal, d. h. wie oft einer oder wie selten einer), quae praeter h. l. exstat Dial. 10. 21. 29., significat paucitatem vd. Herbst. ad Quint. X, 1, 41. Kuehn. ad Cic. Tusc. II, 4, 11.

non hac sua persuasione fruitur] *Frui* i. q. admodum delectari aliqua re, magnam voluptatem percipere ex aliqua re. Tac. Dial. 12. *fruiturque sedibus sacris.* Ann. II, 13. *fruiturque fama sui* c. annot. Rup. Quint. XI, 3, 11. *illi persuasione sua fruantur.* II, 18, 4. *contemplatione sui fruuntur.*

ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum] Non necesse erat h. l. sanissimum ab Orell. bene explanatum coniecturis VV. DD. textui obtrusis tentari, quales sunt Oberlin. *ut se non quidem ante Ciceronem numeret*, Seebod. *ut se ante Ciceronem ni numeret*, et Dronk. *ut se ante Ciceronem non numeret.* Formulae *numerare ante aliquem*, i. q. anteponere alicui, pariter atque contrariae *numerare post aliquem*, i. q. postponere, exempla rarissima sunt. Tac. Ann. II, 47. *Nobis nihil ultra arrogabo, quam ne post Valentem ac Caecinam numeremur.* Sil. Ital. XV, 747. *et ante omnes bello numerandus Hamilcar Est genitor. Gabinianus*, rhetor clari nominis, vixit sub Vespasiano et in Gallia docuit. vd. Euseb. Chronic. ad Vespas. ann. 8. In Ind. Sueton. de claris rhetoribus nominatur *Sex. Iulius Gabinianus* vd. Schott. de clar. ap. Senec. rhetor. p. 404. Sententiam h. l. optime explanavit Orellius, quem Eckstein. et Bach. sunt secuti: »adeo arrogantes sunt scholastici nostri, ut antiquos oratores quum despiciant recentioresque iis anteponant, eorum quisque se ante Ciceronem numeret (id est meliorem se credat Cicerone), minorem aliquanto Gabiniano, clarissimo eius temporis rhetore, plane (i. e. prorsus) tamen huic vicinum.« Ceterum haec arrogantia scholasticorum illustratur ap. Senec. Excerpt. Controvv. L. III. praef. p. 399. Bip. exemplo L. Cestii Pii, Smyrnaei rhetoris, circa initium aerae Christianae Romae docentis, qui a Cassio Severo iocis conviciisque in eum effusis non eo adigi poterat, ut iuraret disertiorem esse Ciceronem quam se, cuiusque apud pueros et adolescentes scholas suas frequentantes tanta erat auctoritas, ut non tantum disertissimis viris, sed etiam Ciceroni Cestium suum praetulissent, nisi lapides timerent, et ut huius declamationes ediscerent, illius autem orationes non legerent nisi eas, quibus rescripserat, quod factum est ab eo declamatione in Milonem recitata. Cf. Bonnell. de mutat. sub prim. Caes. eloq. Rom. condic. p. 10.

Cap. XXVII.

At ego non verebor nominare singulos, quo facilius propositis exemplis appareat, quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia. Appropera, inquit Maternus, et potius exsolve promissum. Neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me equidem in confesso est, sed causas exquirimus, quas te solitum tractare paulo ante dixisti plane mitior et eloquentiae temporum nostrorum non iratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos lacessendo.

Cap. XXVII. *verebor*] *Vereri* (ut Dial. 13. *timere*) i. q. dubitare (verecunde dubitare Bach.) sq. infinitivo. Quint. X, 1, 101. 7, 26. c. annot. Herbst. Haas. annot. 489. ad Reisig. Vorles. §. 319.

fracta sit et deminuta eloquentia] Dial. 39. *debilitatur ac frangitur eloquentia.* Quint. XII, 11, 2. *quibus fractis aut imminutis aetate seu valetudine.* Cic. de Orat. I, 26, 121. *fractus ac debilitatus metu.* Pro *deminuta* lect. Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Lips. et seqq. *diminuta* repraesentant Edd. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen., de quorum vv. confus. et discrimine vd. Kuehn. ad Cic. Tusc. I, 28, 68. Zumpt. ad Verr. III, 55. Herzog. ad Caes. B. C. I, 52.

apud me equidem] Codd. et Edd. usque ad Ern., quem *quidem* corrigentem temere sunt secuti Schulz. Oberlin. Seebod. Orell. Bekk. Boett. et Ritt. Hand. Turs. Vol. II. p. 426. observat, *equidem* in Tac. libris nusquam apparere nisi in hoc uno loco Dialogi, et p. 428., poni in ea quoque verborum constructione, in qua, quanquam alia sit verbi persona, tamen de re agatur, quae ad ipsum, qui loquatur, pertineat. Varr. R. R. I, 5. init. *equidem innumerabiles mihi videntur.* Plaut. Menaech. III, 3, 27. *Di me equidem omnes adiuvant.* Ramsh. §. 194. p. 883. Reisig. Vorles. §. 157. Haas. annot. 302. Eckstein. ad h. l.

paulo ante dixisti plane mitior et eloquentiae temporum nostrorum non iratus] *paulo ante plane mitiore eloquentia et temporum nostrorum miratus iratus* Codd. Farn. test. Schluttig. Par. Vind. (*aeloq.*) vett. Edd. *iratus* eiecit Rhen., omiss. est in Cod. Farn. teste Lips., qui in libro quodam *dixisti* [exhibet id Cod. Par.] exstare annotavit; *paulo ante plane mitiore eloquentia et temporum nostrorum * miratus* Lips. Pith. Pichen., omisso asterisco Bernegg. Gronov. Ryck. Omnium coniecturarum, quibus Acidal. Schulting. Schurzfleisch. Gronov. al. locum corruptum emendare studuerunt, optima est Schelii, quam cum Heum. et recentt. recepimus.

Non sum, inquit, offensus Apri illa disceptatione: nec vos offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringit, quum sciatis hanc esse eiusmodi sermonum legem, iudicium animi citra damnum affectus proferre.

Apri illa disceptatione] Codd. (nisi quod Cod. Par. à *patria*) et Edd. ante Lips. exhibent lect. corrupt. *a prima* revocatam a Dronk. Osann. Orell. (c. asterisc.), pro qua Lips. emendavit *Aprina* recept. a Pich. Bernegg. Gron. Ryck. Brot. al.; Gronov. *Apri nostri* (sic *Aper noster* Dial. 14. 24. 26.) recept. a Bip. Schulz. Oberl. Bekk. Boett. Walth. et Ritt.; *Apri mei* [sic Dial. 5. *Maternus meus*] e coniect. satis bona Schurzfl. Heum. et Rup. Suspicatus est Orell. simpliciter *Apri* scriptum fuisse. Equidem in textum admittendam censui I. Silligii emendat. *Apri illa* cum Bach., qui eam commendavit, quod propius absit a litterarum vestigiis, quum APRILLA facile depravari potuerit in APRIMA, et quod h. l. maxime accommodata sit. Pro vulg. *disputatione* e Cod. Farn. *disceptatione* cum Bekk. receperunt recentt., quod utrumque tamen vocabulum h. l. conveniens est.

perstringit] Codd. et vett. Edd. revocatum a Dronk. Osann. Walth. Bach. et Ritt. *perstringet* e tacita emendat. Lips. receperunt cett. Edd. Praesens in enunciato conditionali cum futuro saepe componi, si aut nulla ratio temporis, quo conditio locum sit habitura, ducatur, aut si res ut instans et statim futura repraesentetur, praeter Eckstein. ad h. l. et Ramshorn. §. 164. p. 597. bene docuit Fabr. ad Liv. XXI, 41, 15. Sall. Cat. 58, 9. *Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, coloniae atque municipia patebunt.* Liv. III, 52. med. *Si decemviri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis.* VI, 15. med. *Quod nisi facis, in vincula te duci iubebo. Perstringere aures* non interpretor c. Hauff. ad aures pervenire, sed leviter attingere aures. Sic dicitur *perstringere animum* Cic. Brut. 9, 38. (ubi al. *perfring.* vd. Peter.) Tac. Ann. I, 13. Hist. I, 85., *mentem* Valer. Flacc. VII, 194.

iudicium animi citra damnum affectus proferre] »I. e. ita ut non exsistat amicitiae damnum.« Hand. l. l. *Citra* (Dial. 41.) enim a scriptt. argenteae aetatis (a nullo frequentius quam a Quint.) usurpatur pro *sine*, *non cum*, *praeter* in iis, ad quae res non pertinet, aut non attingit, aut non complectitur explicante Hand. Turs. Vol. II. p. 83 sq. Walch. ad Tac. Agric. 1. *citra fidem* p. 108. Roth. ad Agric. p. 237. Sic Germ. 16. *citra speciem aut delectationem*. *Affectus* i. q. amor, benevolentia, amicitia apud scriptt. argent. aet. Tac. Agric. 30. *soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt.* Plin. Epp. II, 1, 8. *praeterea quod tutor ille mihi*

Perge, inquit Maternus, et quum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus quam ab eloquentia.

Cap. XXVIII.

Et Messalla, Non reconditas, Materne, causas requiris, nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotas, etiamsi mihi partes assignatis proferendi in medium, quae omnes sentimus. Quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes descivisse ab illa vetere gloria non inopia hominum, sed desidia iuventutis et

relictus parentis affectum exhibuit. IV, 19. init. VIII, 11. init. Suet. Tit. 8.

utere antiqua libertate] Ex multis locis Taciti, Plinii Secundi, Quintiliani al. intelligi potest, in quanto honore ac laude apud Romanos sub Imperatoribus fuerit antiquitas (vd. Dial. 16.), eius instituta, mores, genus dicendi, eloquentia, denique omnia dicta factaque, quae cum antiquis possent comparari. Cf. Dial., 28. Plin. Epp. II, 9, 4. IV, 3, 1 et 4. V, 1, 11. VI, 21, 1. VII, 33, 9. Paneg. 76. Vell. Pat. II, 78. c. annot. Ruhnk. Tac. Hist. I, 14. II, 5 et 64. Quint. I, 6, 39. II, 5, 23. IX, 3, 1. XII, 11, 22.

a qua vel magis degeneravimus] Solus Cod. Vind. exhibet *a*, quod postulante Latinitate (*degenerare* ab aliquo vel ab aliqua re Tac. Hist. III, 28. Germ. 45.) cum Pithoeo et Lips. interposuerunt Edd. seqq.

Cap. XXVIII. *nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro*] Tac. Hist. II, 76. *nec adversus cautissimam Tiberii senectutem, ne contra Gaii quidem aut Claudii vel Neronis fundatam longo imperio domum exsurgimus.* Ann. XIV, 3. Cf. Hand. Turs. Vol. I. p. 548 sq. nec h. l. immemor, qui *vel* explicat per *vel etiam*, *vel si vis.*

etiamsi mihi partes assignatis] *et enim iam si* Cod. Farn. *et iam mihi* Codd. Par. Vind. vett. Edd. revocat. a Dronk. Osann. Orell. (c. asterisc.) et Rup. *etiamsi* ex emend. Lips. in annott. proposita receperunt Pichen. et seqq. *et enim mihi* Seebod. Ed. II. Locutio *partes assignare* desumpta est a re scenica vd. annot. ad Dial. 1.

non inopia hominum] Quint. I, 1, 1. *Falsa enim est querela, paucissimis hominibus vim percipiendi, quae tradantur, esse concessam, plerosque vero laborem ac tempora tarditate ingenii perdere.* Etc.

negligentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui? quae mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant, quanquam vestra vobis notiora sunt. Ego de urbe et his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quae natos statim excipiunt et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de severitate ac disciplina maiorum circa edu-

inscientia praecipientium] De differentia vv. *inscientia* et *inscitia* cf. Gernhard. ad Cic. Parad. p. 298. Herzog. ad Caes. B. G. III, 9. Otto Excurs. VII. ad Cic. Finn. I, 14. p. 399 sq. Haas. annot. 118. ad Reisig. Vorles. §. 82. *Praecipientium* i. q. praeceptorum, de quo usu particip. pro substantivis cf. annot. ad Dial. 6. p. 35. *Praecipere* i. q. docere frequentatur a Quintil. II, 6, 1. *Fuit etiam in hoc diversum praecipientium propositum.* XII, 1, 45. Spalding. ad XII, 2, 7. De sententia cf. ib. XII, 11, 14. *Sed culpa est in praeceptoribus prima, qui libenter detinent, quos occupaverunt, partim cupiditate diutius exigendi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit, quod pollicentur, partim etiam inscientia tradendi vel negligentia.*

quae mala — manant] Eadem imagine usus est Cic. Philipp. I, 2. *Quum serperet in urbe infinitum malum idque manaret in dies latius.* Offic. II, 23. *contagionibus malorum, quae a Lacedaemoniis profecta manarunt latius.* cf. Steinmetz. ad Cic. Catil. II, 5.

quanquam vestra vobis notiora sunt] *vestra nobis* Cod. Farn., in quo Schraut. *vestra vobis* legisse sibi visus est, quod exstat in Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Bekk. Boettich. Bach.; *nostra vobis* Codd. Vaticc. Edd. Ber. Alc. Dronk., *nostra nobis* Rhen. probatum plerisque Edd. Bach. locum distinguens *quanquam vestra vobis notiora sunt, ego* — suppleto *tamen* (de qua ellipsi exposuit ad Hist. I, 83.) sic explicat: »quanquam omnia quae ad vestram aetatem atque condicionem spectant vobis satis nota sunt, ego tamen — loquar.« Sigraisius volebat: *Quoniam nostra nobis — sunt, ego*, quod probatum Lamallio et Orell. nec mihi displicet. Seebodius: *Quamquam nostra nobis — sunt: ego.*

his propriis ac vernaculis vitiis] Dial. 29. *propria ac peculiaria huius urbis vitia. Vernaculus* i. q. Romae natus vd. Tac. Ann. I, 31. *vernacula multitudo.* Sic Plin. H. N. XIV, 2. *vites peculiares atque vernaculae Italiae.*

cumulantur] I. e. augentur, crescunt. Liv. III, 12. *non iterando laudes, ne cumularet invidiam.* 37. *cumulare iniurias.*

severitate ac disciplina] Infra h. cp. *disciplina ac severitas.* 29. *severitate disciplinae.* Germ. 25. *disciplina et severitate.* De specie figurae ἓν διὰ δυοῖν cf. ad Dial. 1. Rigler. an-

candos formandosque liberos pauca praedixero. Iam primum suus cuique filius ex casta parente natus non in cella emptae nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur, cuius praecipua laus erat tueri domum et inservire liberis. Eligebatur autem maior aliqua natu

nott. ad Tac. Agric. p. 1 sq., qui de ratione huius figurae in universum exponens inter alia dicit, ad cogitandi percipiendique rationem aliquid differre, utrum *severitate disciplinae* (Dial. 29.), an *severitate ac disciplina* dixeris.

Iam primum — educabatur] Ex tacita emendatione Rhen. *iam primum* pro *iam pridem* lect. Codd. et vett. Edd. (de qua confus. vd. interprett. ad Flor. I, 13, 9.) receperunt seqq. *Cella* fuit parvum cubiculum servi aut servae. v. Hor. Sat. I, 8, 8. c. annot. Heindf. De omissione praeposit. *in* ante *gremio* cf. annot. ad Dial. 15. extr., cui add. Petersen, Annott. ad C. Tac. Spec. II. p. 16 sq., qui observavit, a Tacito brevitatis appetente praepositionem semel positam ad alterum nomen, quod particulis copulativis, disiunctivis, adversativis et comparativis annectatur, saepe omitti. Ann. XIII, 21. *ubi nihil pro innocentia, quasi diffideret, nec beneficiis, quasi exprobraret, disseruit.* 53. *ut copiae — fluvio Mosella in Rhenum, exin Oceanum decurrerent.* Hist. I, 4. *finis Neronis — varios motus animorum non modo in urbe apud patres aut populum aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat.* Beier. ad Cic. Lael. 21. p. 119. laudato h. l. Dial. hanc ellipsin e Graecismo quodam explicat coll. Sext. Empir. adv. Matth. XI, 55. *διώκεται — οὐ δι' ἑαυτόν, ἀλλὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ γενομένην ἀπόλαυσιν.* Quintiliani exempla congessit Bonnell. Prolegg. p. XXXV., e quibus tantum enotabo V, 1, 3. *non modo in exsequendo suas quisque vires debet adhibere, sed etiam inveniendo.* De re cf. Roeder. de scholast. Romanor. educatione p. 6. Bernh. Grundr. d. Röm. Litt. p. 21. Westerm. G. d. r. B. §. 30. Gell. N. A. XII, 1. (Favorin. disputatio, qua suasit nobili feminae, ut liberos suo, non nutricum lacte aleret). Tac. Germ. 20. *sua quemque mater uberibus alit, nec aut ancillis aut nutricibus delegantur.* Agric. 4. *Mater Iulia Procilla fuit rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit.* Quanti ab aliis quoque scriptt. castitas uxorum apud Romm. admodum corrupta facta sit apparet ex Horat. Carm. III, 24, 17—24. Iuven. Sat. 6.

maior aliqua natu] E Cod. Farn. Bekk. Boett. Walth. Bach. et Ritt. pro *aliqua maior natu* in Codd. Par. Vind. et reliquis Edd.

propinqua, cuius probatis spectatisque moribus omnis eiusdem familiae suboles committeretur; coram qua neque dicere fas erat, quod turpe dictu, neque facere, quod inhonestum factu videretur. Ac non studia modo curasque, sed remissiones etiam lususque puerorum sanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Attiam

cuius probatis spectatisque — suboles] Cod. Vind. Edd. ante Lips. exhibent *soboles*, quam scripturam deteriorem esse docent Walth. ad Tac. Ann. III, 43. et Baumgarten — Crus. in Ind. II. Latinit. Sueton. p. 720. *Probatus* et *spectatus* (δοκιμασθείς) dicuntur de metallis, quae aut igne aut lapide Lydio explorantur, item de nummis, qui spectari dicuntur, quum explorantur probi sint necne. Tum per translationem de rebus vel hominibus, quos certis experimentis, quales sint, cognovimus. vd. Ern. Clav. Cic. s. *spectatus* Rup. ad Tac. Ann. I, 4. Ruhnk. Dict. ad Ter. I, 1, 64. Lucil. ap. Non. Marc. V, 60. *Tuam probatam mihi et spectatam adolescentiam.* Cic. de Orat. I, 27, 124. *ceterarum homines artium spectati et probati.*

Ac non studia modo curasque — lususque] Quint. X, 7, 29. *si utrumque cum cura et studio fecerimus.* Kuehn. ad Cic. Tusc. V, 24, 69. *curas* (μελέτας) interpretatur litterarum artiumque studia; Eckstein. studia cum cura suscepta et serio transacta; Bach. studia, in quibus pueri cum cura versantur; Strombeck. ernste Beschäftigungen et *studia* Unterricht. Quint. I, 12, 4. *Quae si velut sub uno conatu tam diversa parent simul, cur non pluribus curis horas partiamur?* De plur. *remissiones* vd. annot. ad Dial. 4. Roth. ad Agric. p. 113. Tac. Agric. 9. *Iam vero tempora curarum remissionumque divisa.* Quint. I, 3, 11. Cic. de Orat. II, 6, 22. *ad omnem animi remissionem ludumque descendere.*

Corneliam Gracchorum] Fuit P. Corn. Scipionis Africani maioris filia, Ti. Sempron. Gracchi uxor, Ti. et C. Sempron. Gracchorum mater, inter feminas suae aetatis ob castitatem et ob animi ingeniique praestantiam a scriptoribus Romanis maxime celebrata, quae de filiorum educatione et institutione praeclare meruit. Cic. Brut. 27, 104. *Fuit [Ti.] Gracchus diligentia Corneliae matris a puero doctus et Graecis litteris eruditus.* 58, 211. *Legimus epistolas Corneliae matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos quam in sermone matris.* Quint. I, 1, 6. *Nam Gracchorum eloquentiae multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cui doctissimus sermo in posteros quoque epistolis est traditus.* Sed quae

Augusti matrem praefuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. Quae disciplina ac severitas eo pertinebat, ut sincera et integra et nullis pravitatibus detorta uniuscuiusque natura toto statim pectore arriperet artis honestas, et sive ad rem milita-

hodie reliquiae eius epistolarum feruntur (vd. Corn. Nep. Tom. II. p. 372 sq. ed. Bardil.) suppositas esse bene demonstravit Lang Verm. Schr. u. Red. p. 108 sqq.

Aureliam Caesaris] Fuit femina nobilissima, M. Aurel. Cottae filia, C. Iul. Caesaris praetoris uxor et C. Iul. Caesaris dictatoris mater, de qua vd. Sueton. Caesar. 74. et Plutarch. Caes. 9.

Attiam] *Acciam* Cod. Farn. Ed. Pith. *Actiam* Cod. Vind. vett. Edd. *Attiam* Cod. Vind. Edd. Lips. et seqq. Walth. Ritt. Bach. (de qua var. vd. ad Dial. 20.) *Atiam* Ern. Broter. Oberl. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. Rup., quam scripturam Sueton. Aug. 4 et 94. exhibitam solam probant Weichert. de Luc. Var. etc. p. 10. Garaton. ad Cic. Philipp. III, 6. Vol. II. p. 20. Wernsd. et Freund. Lex. Lat. s. *Atius*. Soldan. ad Cic. or. pr. Ligar. 1. p. 62. *Atius* et *Attius* pro arbitrio in usu fuisse annotavit. *Atia* filia fuit M. Attii Balbi et Iuliae, sororis Iul. Caesaris.

produxisse principes liberos] *Producere* i. q. educere, educare, de qua rariore signific. vd. Roth. ad Agric. p. 240. Iuven. 14, 228. Hauff. annotavit, productionem h. l. splendorem significare coll. Barth. ad Claudian. p. 526. b. Schulz. *principes liberos* recte interpretatus est, qui facti sunt principes et potentissimi civitatis.

sincera et integra et nullis pravitatibus detorta] Tac. Hist. IV, 64. de Agrippinensibus: *sincerus, integer et servitutis oblitus populus.* Germ. 4. *propriam et sinceram et tantum sui similem gentem* c. annot. nostr. De formul. *et nullus* vd. annot. ad Dial. 12., cui addo Ann. II, 45. Agric. 16 et 40., de v. *detorquere* cf. Beier. ad Cic. Off. II, 10. p. 73. Plin. Paneg. 70. *Adhuc autem quamlibet sincera rectaque ingenia etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera sed vera reputatio*, ubi Schwarz. *detorquere* bene explicat: aliquem quasi invitum et vi quadam, blandiore tamen, deflectere, ut mutata voluntate et consilio a re aliqua mentem avertat: add. ad 82. p. 418.

toto pectore arriperet artis honestas] E Cod. Farn. recepi *artis* pr. vulg. *artes*, de qua form. accusat. plur. vd. Haas. annot. 86. ad Reisig. Vorl. §. 69., qui apud Tac. *is* praeferendam censet. *Honestae* (Agric. 4. c. annot. Walch. ἐγκύκλιοι, it ἐγκύκλιος παιδεία ap. Quint. I, 10.) artes, quibus contrariae *sordidae*

rem sive ad iuris scientiam sive ad eloquentiae studium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret.

et *illiberales* (artificia et quaestus opificum, mercenariorum etc. vd. Cic. Offic. I, 42. *sordissima artificia* Dial. 32.), sunt doctrinae vel disciplinae, quae homine liberali atque ingenuo dignae salva honestate exercentur, velut geometria, musica, litterarum cognitio et poetarum (Cic. de Orat. III, 32, 127. I, 42, 187. Tac. Dial. 29 et 30.), eloquentia, philosophia, quaeque a Cicerone (vd. Lex. Cic. Schuetz. s. vv.) aliisque scriptt. dicuntur *bonae* (Dial. 29.), *optimae* (Corn. Nep. Dion. 1.), *ingenuae* (Dial. 32.), *liberales* (Agric. 21.), *ingenuae et elegantes* (Cic. Finn. III, 12.), *disciplinae liberales* (Suet. Claud. 3.), *ingenuitas* (Dial. 32.), *humanitas* (Agric. 21.), *studia humanitatis* (Cic. pr. Arch. p. cp. 2.), *studia doctrinae* (Cic. Finn. V, 19, 53.), *honesta studia* (Dial. 34.). *Arripere* dicimur res, quas studiose diligenterque tractamus. Corn. Nep. Cat. 3. c. annot. Brem. Cic. Cat. M. 8. *Arripere toto pectore* i. q. Dial. 3. *incumbere toto pectore.* Ovid. Epp. e Pont. III, 1, 39. *decet Pectore de toto cunctisque incumbere nervis.* Cic. Epp. ad Attic. XIII, 12. Virg. Aen. IX, 276.

id solum ageret] Formula *hoc s. id agere*, quae h. l. significat attentum esse ad aliquid, proprie pertinet ad sacra. Nam popa victimam caesurus pontificem vel sacrificantem interrogabat: *Agon'?* cui ille respondebat: *Hoc age*, quo simul populus monebatur, ut huic rei attentus esset. Vd. Ruhnk. Dict. ad Ter. Andr. I, 2, 15. Schol. ad Suet. Calig. 58. Kuehn. ad Cic. Tusc. I, 20, 46. Contraria huic formulae est *aliud s. alias res agere*, i. e. non attentum esse, sine cura esse, non curare: *aliud agere* Dial. 32. Agric. 43. c. annott. Walch. et Roth. *alias res agere* Cic. Brut. 66, 232. c. annot. Peter.

hauriret] *Haurire* pariter ac *bibere*, *combibere*, *imbibere* et *perbibere* metaphora eleganti a bibendi cupiditate ducta usurpantur maxime a poetis, ut aliquem aliquid cupide arripuisse et in intimam mentem demisisse indicent. Tac. Agric. 4. *haurire philosophiae studium*, Dial. 30. *philosophiae partes penitus h.*, 31. *h. artes.* Horat. Epp. I, 2, 67. *Nunc adbibe puro Pectore verba puer* c. annott. Schmid. et Obbar. Cic. Finn. III, 2. *combibere artes.* Senec. Ep. 36. *perseveret modo colere virtutem*, *perbibere liberalia studia*, *non illa*, *quibus perfundi satis est*, *sed haec*, *quibus tingendus est animus.* Huc pertinet Hor. quoque Carm. III, 21, 9. *quanquam Socraticis madet Sermonibus* c. annott. Mitscherl. Sic πίνειν de iis, quae aure bibuntur vd. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 96.

Cap. XXIX.

At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus servis plerumque vilissimus nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Horum fabulis et erroribus teneri sta-

Cap. XXIX. *At nunc* etc.] Cf. quae egregie praecipit de educatione puerorum Quint. I, 1. Ad hoc caput illustrandum faciunt verba 2, 6—8. *Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim deliciis solvimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit et iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. Ante palatum eorum quam os instituimus. In lecticis crescunt: si terram attigerint, e manibus utrimque sustinentium pendent. Gaudemus, si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus. nec mirum: nos docuimus, ex nobis audierunt. Nostras amicas, nostros concubinos vident: omne convivium obscenis cantibus strepit, pudenda dicta spectantur. Fit ex his consuetudo: inde natura. Discunt haec miseri ante quam sciant vitia esse: inde soluti ac fluentes non accipiunt e scholis mala ista, sed in scholas afferunt.*

delegatur Graeculae alicui ancillae] *Delegare* in re pecuniaria dicitur de debitore aut emptore, qui creditori aut venditori non ipse solvit ex arca, sed ad alium amandat, a quo suo nomine pecuniam accipiat, quod dicitur *solvere per delegationem.* Inde ceterae rationes loquendi fluxerunt, quum negotium, quod ipsi facere, aut onus, quod ipsi sustinere debebamus, aliis imponimus. Tac. Germ. 20. *nec ancillis aut nutricibus delegantur* c. annot. nostr. Burmann. Excurs. in Suet. Tib. cp. 16. Herzog. ad Caes. B. G. VIII, 22. De voc. *Graecul.* contemptim usurpato vd. annot. ad Dial. 3. Plin. Epp. X, 34, 2. Romae tum Graeci paedagogi, nutrices, magistri (philosophi — rhetores) in magno honore erant, ut homines nobiles et divites liberos suos iis educandos et instituendos committerent. Cf. Iuven. 3, 61—85. 6, 187 sq. et 293 sq. 14, 8 et 198. Schulz. ad h. l.

ex omnibus servis plerumque vilissimus] A Cic. Lael. 20. *nutrices et paedagogi* coniunguntur. Sic Claudii Imperatoris paedagogum barbarum et olim superiumentarium fuisse refert Suet. Claud. 2. Vd. Claud. de nutricibus et paedagogis cp. 6.

nec cuiquam serio ministerio accommodatus] Frequentissima est structura pronominis *quisquam* loco adiectivi cum substantivis personalibus, sicut *quisquam scriptor* — *hostis* etc., de qua cf. Stuerenburg. comment. II. de pronomm. *nemo*, *nul-*

tim et rudes animi imbuuntur; nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino aut di-

lus etc. ad calc. Ed. Cic. Off. p. 208 sq., rarior cum personalibus substantivis collectivis, qualia sunt *ordo*, *genus hominum*, *legatio* ap. Cic. Verr. II, 6, 17. Epp. ad Fam. III, 10. ib. p. 212.; structurae autem h. l. minime usitatae cum substantivo reali *ministerium*, quam apud bonos scriptores inveniri non recte negat Stuerenburg., exempla exstant. vd. Cic. Epp. ad Attic. XII, 23. extr. *nec mihi iam argento nec veste opus est nec quibusquam amoenis locis.* Valer. Max. IV, 3, 14. *quum — munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono ianua patuit.* Suet. Domit. 13. Tit. 9. Reisig. Vorles. §. 204. c. Haas. annot. 361.

Horum fabulis et erroribus teneri statim et rudes animi imbuuntur] Cod. Farn. testibus Bekk. et Schraut. post *erroribus* addit vv. *et viles*, quibus superscr. *alii vires*, teste Schluttig. *at viros.* Ecksteinius, si hanc scripturam non corruptam putare velimus, coniecit fortasse emendandum esse *erroribus et vitiis*, ita ut *errores* non sint peccata et vitia, id quod Dronk. placuerit, sed prava iudicia et errores, ut Schulz. explicuerit. Bach. in textu posuit coniecturam *et viro*, i. e. veneno, quod ei videtur et exquisitius et magis accommodatum ad v. *imbuuntur* et propius abesse a vestigiis Cod., laudatis locis: Virg. Georg. III, 419. *pecorique aspergere virus.* Cic. Lael. 23, 37. *evomere virus.* Equidem praeferrem coniecturam simpliciorem et convenientiorem Ecksteinii, si haec verba non pro glossemate perperam scripto haberem et addito ad explicandum v. *error*, quod signif. ethica eaque rariore est accipiendum. Cf. Quint. I, 1, 8 sq. *Nec minus error eorum* (paedagogorum) *nocet moribus. Siquidem Leonides, Alexandri paedagogus, ut a Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum vitiis imbuit, quae robustum quoque et iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt prosecuta.*

nec quisquam in tota domo pensi habet] *Pensum* idem fere est quod *perpensum* sive *consideratum*, et ratio genitivi sic explicanda, ut non sit genitivus pretii aut partitivus, sed qualitatis, quae quidem specialis est pretii; und Niemand im ganzen Hause hält es für eine Eigenschaft der Besonnenheit — Ueberlegung, d. h. Niemand im ganzen Hause erwägt — überlegt. Cf. Reisig. Vorles. §. 357. c. Haas. annot. 533. contra Reisig. et Kritz. ad Sall. Cat. 5. et 11. Cortius ad prior. loc. *pensi habere* non recte explicat pensum habere, et hoc perpendere, ut ap. Liv. sit *infestum habere* pro infestare, ap. Cic. *sollicitum habere* pro sollicitare. Ceterum tenendum est, formulas *pensi habere — ducere — esse* non poni nisi in enunciationibus negantibus. Cum h. l. conferas Sall. Cat. 23. c. annot. Fabr.

cat aut faciat. Quin etiam ipsi parentes nec probitati neque modestiae parvulos assuefaciunt, sed lasciviae et

prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. Liv. XXVI, 15. *quis neque quid facerent neque quid dicerent quicquam unquam pensi fuisset.* XXXIV, 49. XLIII, 7. Rarius est *pensi ducere.* Valer. Max. II, 9, 3. *amplissimi honoris maiestatem inquinaverat nec pensi duxerat — ascribi.* Praeter h. l. bis legitur *pensi habere* ap. Tac. Ann. XIII, 5. et Hist. I, 46.

quid coram infante domino aut dicat aut faciat] Ritter. prius *aut* eiecit, quod Schraut. in Cod. Farn. deesse annotavit. *Dominus* i. q. filius herilis. vd. Plaut. Captiv. prolog. 18. Iuven. 14, 169. et quae egregie de hac re praecepit ib. 44 sq.

nec probitati neque modestiae] Tac. Germ. 9. Ann. XIV, 21. Zumpt. Gr. §. 337. et Frotsch. ad Quint. X, 1, 101. affirmant hanc collocationem particc. rariorem esse quam *neque — nec*, quod negat Herzog. ad Caes. B. C. I, 50., qui inter *nec — neque* eandem fere rationem intercedere ait quam inter *neque — et*, sed ordine mutato. Eckstein. comparat *οὔτε — οὐδέ* (vel *μήτε — μηδέ*), quorum illud lenius, hoc fortius sit coll. Reisig. ad Soph. Oed. Col. 805. Dissen. ad Pind. Pyth. 8, 63., quibus addo Frank. comment. II. de particc. negantt. L. G. p. 14. Hartung. Lehr. v. d. griech. Part. Vol. I. p. 194 sq. Cf. Reisig. Vorles. §. 240. c. annott. Haas. Eckstein. ad Dial. 31. Zumpt. ad Cic. Verr. I, 27, 69. de rariore usu ap. Cic.

lasciviae et dicacitati] Cod. Farn. *bibacitati*, quod a Rutgers. Varr. Lectt. V, 12. in *vivacitati* mutatum recepit Eckstein. in Ed. Walth., qui verba per fig. *ἓν διὰ δυοῖν* explicat lascivam animi alacritatem. Gronov. Observv. p. 351. Platn. recte scripsit, vivacitatem nunquam in vitio poni, nedum ut modestiae sit adversa, sed aut naturae indolem aut ingenii corporisve alacritatem significare. Sed ut accuratius h. v. significationes explanemus, *vivacitas* proprie est *μακροβιότης, εὐζωΐα*, naturalis vigor et robur, sed a posterioribus demum scriptt. per translationem de animi alacritate dicitur. Sic Arnob. advers. gent. V. p. 157. *vivacitas cordis*, V. p. 179. *ingenii vivacitas*, II. p. 45. *acumen et vivacitas.* Adiect. *vivax* rarius hac signif. translata reperiri annotavit Spalding. ad Quint. II, 6, 3. Praestat igitur emendatio Bip. *dicacitati* recepta a Schulz. Oberl. Bekk. Boett. Bach. Ritt., cui suffragantur loci Quint. VI, 3, 21. *Dicacitas sine dubio a dicendo, quod est omni generi commune, ducta est: proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos incessentem.* 41. *Siculi quidem, ut sunt lascivi et dicaces.* Aliam tamen esse dicacitatem parvulorum, aliam ap. Cic. de Orat. II, 54 sq., quam ne veteres quidem reprehenderent, facile est ad intelligendum. Quid sit *lascivia* optime explicat Kritz. ad Sall. Iug. 66. *Dicacitas* igi-

dicacitati, per quae paulatim impudentia irrepit et sui alienique contemptus. Iam vero propria et peculiaria huius urbis vitia paene in utero matris concipi mihi

tur est vorlautes, naseweises Wesen, *lascivia* Ungezogenheit. Quam autem lect. *libertati* exhibent Codd. Par. Vind. et cett. Edd., quum *libertas* per se in vitio non ponatur a Latinis, locum habere non posse contra Gronov. l. l. probavit Eckstein.

per quae paulatim impudentia irrepit] A Latinis scriptt., ut a Sallustio, Tacito al., post plura substantiva generis feminini praedicatum aut pronomen, si plurali effertur, genere neutro ponitur; qui usus loquendi apud Graecos quoque obtinet. Sallust. Cat. 5, 7. *Agitabatur magis magisque in dies animus ferox, inopia rei familiaris et conscientia scelerum: quae utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi* c. annot. Fabr. Tac. Hist. III, 70. *pacem et concordiam, victis utilia, victoribus pulchra esse.* Pabst. Ecl. Tac. p. 325. Quint. VII, 4, 31. *ira et concitatio furori sunt similia.* vd. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. XVI. Ruddiman. Inst. P. II. p. 30 — 35. De Graecis vd. Popp. Prolegg. in Thucyd. Vol. I. P. I. p. 106 et 374. Matth. Gr. §. 439. — *Irrepit* sc. in animos parvulorum. Tacitum frequentare *arrepere*, *irrepere* et *obrepere* signif. translata observavit Boett. Lex. Tac. p. 43. Nec silentio praetermittendus usus absolutus huius verbi, de qua consuetudine Taciti verba relativa absolute ponendi vd. Pabst. Ecl. Tac. p. 338. Sic Plin. Epp. III, 20, 8. *Est enim periculum, ne tacitis suffragiis impudentia irrepat.* De sententia cf. ibid. VIII, 23, 2 sq. *ad hoc ita me diligebat, ita verebatur, ut me formatore morum, me quasi magistro uteretur. Rarum hoc in adolescentibus nostris. Nam quotusquisque vel aetati alterius vel auctoritati ut minor cedit? Statim sapiunt, statim sciunt omnia: neminem verentur, imitantur neminem atque ipsi sibi exempla sunt.*

sui alienique contemptus] Sic Cod. Farn., e quo iam Lips. tacite *alienique* in Codd. Par. Vind. et vett. Edd. omissum recepit: quam lacunam temere restituerunt Dronk. et Osann. Perpetua est haec oppositio et *alienum* h. l. complectitur aliorum res et personas, ut recte annotavit Orell. Sall. Cat. 5. *alieni appetens, sui profusus.* Quint. II, 7, 3. *Nam et exercebitur acrius memoria aliena complectendo quam sua.* X, 1, 130. *Velles enim suo ingenio dixisse, alieno iudicio.* Plin. Epp. II, 13, 8. *Nam qui fortasse de alieno negligentes, certe de suo diligentes erunt.* De re cf. Cic. Off. I, 28. *Adhibenda est igitur quaedam reverentia adversus homines et optimi cuiusque et reliquorum. Nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed omnino dissoluti.*

videntur, histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia; quibus occupatus et obsessus animus quantulum loci bonis artibus relinquit? quotumquemque inveneris, qui domi quicquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intravimus? Nec praeceptores quidem ullas cre-

histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia] *Histrionalis favor* positus est pro *histrionum* (genit. obiect.) *favore*, quum Tac. saepius quam alii scriptores adiectiva cum substantivis coniuncta loco genitivorum aliarumve constructionum ponere soleat, maxime in exprimendis iis, quae ad terras, urbes hominesve pertineant, ut observavit Boett. Lex. Tac. p. 36 et de vit. et scr. Tac. p. 33. De Sall. vd. Kritz. ad Iug. 41. Tac. Ann. I, 6. *novercalia odia*. 23. *militares facetiae*. — *Favor* et *favere* dicuntur de plausu populi in circo et theatris vd. Cic. pr. Rosc. Com. 10. Sest. 54. Ruhnk. Schol. in Suet. Caes. 11. Gierig. ad Plin. Epp. IX, 6., ubi *studium favorque* legitur. Tac. Ann. I, 16. *histrionale studium*. Sic *fautores histrionum* XIII, 25. *lascivia fautorum* I, 77. *Studia* optime explicata a Gronov. Observv. p. 751. ed. Platn. accipienda sunt de factionibus spectatorum alicui factioni aurigarum vel prasinae vel venetae vel russatae vel albae faventibus. vd. Rup. ad Iuven. 6, 590. 7, 114. 11, 196. Boett. Sabin. Vol. II. p. 184. 206. Ed. II. Tacitus tria genera spectaculorum, ludos scenicos, Circenses et gladiatorios enumerat, quorum insano amore et cupiditate flagrabant Romani. De licentia theatri cf. Tac. Ann. I, 77. XIII, 25. XIV, 20., de Circensibus Iuven. 10, 81. Suet. Ner. 22. Plin. Epp. IX, 6. *Quo magis miror, tot millia virorum tam pueriliter identidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines. Si tamen aut velocitate equorum aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. Nunc favent panno, pannum amant: et si in ipso cursu medioque certamine hic color illuc, ille huc transfertur, studium favorque transibit, et repente agitatores illos, equos illos, quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquent. Tanta gratia, tanta auctoritas in una vilissima tunica!*

quibus occupatus — relinquit] Quint. XII, 1, 7. laudat. ab Eckst. *Nihil est enim tam occupatum, tam multiforme, tot ac tam variis affectibus concisum atque laceratum quam mala mens. Nam et quum insidiatur, spe, curis, labore distringitur: etiam quum sceleris compos fuit, sollicitudine, poenitentia, poenarum omnium exspectatione torquetur. Quis inter haec litteris aut ulli bonae arti locus?*

si quando auditoria intravimus] Cf. Spalding. ad Quint. V, 12, 20. Cum h. l. compara, quae Plin. Epp. II, 18. in. de

briores cum auditoribus suis fabulas habent: colligunt enim discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione salutationum et illecebris adulationis. Transeo prima discentium elementa, in quibus et ipsis parum laboratur; nec in auctoribus co-

modestia adolescentium refert. *Sedeo inter iuvenes, ut solebam: atque etiam experior, quantum apud illos auctoritatis ex studiis habeam. Nam proxime frequenti auditorio inter se coram multis ordinis sui clare loquebantur, intravi, conticuerunt. Quod non referrem, nisi ad illorum magis laudem quam meam pertineret.* De perfect. *intravimus* signif. aoristi posito cf. annot. ad Dial. 24. Kuehn. ad Cic. Tusc. III, 2, 3.

Nec praeceptores quidem] Pro lect. Codd. et plerarumque Edd. *nec — quidem* e Gronov. emendat. in annott. proposita *ne — quidem* receperunt Ern. Brot. Schulz. Oberl. Orell. Bekk. Boett. Cf. annot. ad Dial. 10.

non severitate disciplinae] Vd. Plin. Epp. III, 3, 3. *iam circumspiciendus rhetor Latinus, cuius scholae severitas, pudor, in primis castitas constet.* Quint. I, 2, 5. II, 2, 1—4.

ingenii experimento] Est intelligendum de praeceptoribus, qui ingenii doctrinaeque documentis editis famam ac laudem sunt consecuti. Vell. Pat. II, 94. *praecipua omnium virtutum experimenta edere.* Suet. Ner. 22. *artium experimenta dare.*

ambitione salutationum] Quod e coniectura Acidal. receperant Heumann. Schulz. Orell. confirmat Cod. Farn. et probatum est Bekker. et seqq.; *salutantium* Codd. Par. Vind. et cett. Edd. Cogitandae autem sunt ipsorum praeceptorum salutationes, per quas divitum et potentiorum parentum gratiam captando eorum filios sibi discipulos acquirant. *Ambitio* i. q. captatio gratiae ac favoris (*amb. sal.* Gunstbuhlerei durch Visitenmachen) in malam partem usurpatur a scriptt. arg. aet. vd. Walch. ad Tac. Agric. p. 107. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 28. et Boett. Lex. Tac. s. v.

in quibus et ipsis parum laboratur] E Cod. Farn. (teste Schlutt.) recepi *laboratur* pro vulgata *elaboratur* commendatum ab Haas. annot. 322. ad Reisig. Vorles. §. 177. (de discr. utriusque verbi vd. annot. nostr. ad Dial. 6.), quod explicat: man lässt es sich wenig sauer werden (i. e. in quibus non satis operae insumitur).

nec in auctoribus cognoscendis] *Auctor* pro scriptore invaluit aetate argentea vd. Herbst. ad Quint. X, 1, 24. Krebs. Antibarb. p. 119. *Cognoscere* i. q. attente legere, ut notitiam alicui rei tibi pares. vd. Brem. ad Corn. Nep. Lys. 4. Goerenz. ad Cic. Acad. II, 1. in. et 8, 23.

gnoscendis nec in evolvenda antiquitate nec in notitia vel rerum vel hominum vel temporum satis operae insumitur.

Cap. XXX.

Sed expetuntur, quos rhetoras vocant; quorum professio quando primum in hanc urbem introducta sit quamque nullam apud maiores nostros auctoritatem habuerit, statim dicturus referam necesse est animum ad

in notitia — satis operae insumitur] *in notitiam* Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd. revocatum a Dronk. Osann. et Orell. pro in *notitia* emend. a Pich. et recept. a seqq. Contra Dronk., qui accusativum tuetur, quod diversi casus etiam ab aliis scriptt. copulentur (coll. Oudend. ad Suet. Vesp. 19. Brem. ad Corn. Nep. Dat. 3.), recte observarunt Rup. et Eckstein., nomina quidem diversam structuram asciscere, sed locos non exstare, in quibus casus diversi eidem praepositioni eidemque verbo coniuncti sint. Rarioris structurae exemplum *insumere in aliqua re* (vd. ad Dial. 9.) praebet Quint. III, 4, 5. *et plurimum in consiliis ac iudiciis insumebatur operae.* De form. *et — nec — nec* (τέ — οὔτε v. μήτε) cf. Fabr. ad Liv. XXII, 8.

Cap. XXX. *quos rhetoras vocant*] Dial. 35. De hac terminatione Graeca in nomm. Graecc. maxime usurpata (quanquam ap. Caesar. etiam legitur *Allobrogas* B. G. I, 14. et *Lingonas* I, 26. ap. Tac. Germ. 46. *Oxionas*) cf. Zumpt. ad Cic. Verr. IV, 2. Dederich. not. crit. ad Dict. Cret. IV, 7. Kritz. ad Sall. Iug. 19. annot. nostr. ad Tac. Germ. 46. Ramsh. §. 28. p. 54.

quorum professio] *Profiteri, professor* et *professio* aetate argentea de iis dicuntur, qui artis cuiusdam liberalis, praecipue rhetoricae, scientiam prae se ferunt eamque docent. Suet. Gramm. 8. *professio grammaticae.* Plin. H. N. VII, 30, 31. *professio sapientiae.* Quint. I, 9, 1. al. vd. Bonnell. Lex. s. v. XII, 11, 20. *geometrae et grammatici ceterarumque artium professores.* II, 1, 6. *grammaticen profiteri.* Sic Plin. Epp. II, 18, 3. IV, 11. init. c. annott. Gier. *profiteri* dicuntur rhetoricae professores. Tac. Ann. XIII, 14. exstat *professoria lingua* Senecae.

habuerit, statim dicturus referam] Sic. h. l. corruptum egregie emendavit Gronov. Observv. p. 462. ed. Plat., quem secuti sunt Heum. Bip. Oberl. Bekk. Boett. et seqq. Cod. Farn. *habuerit statim de curiis; habuit statim de curiis* Codd. Par. Vind. vett. Edd.; *de * curiis* Lips. (in annott. coniecit *decursis his* sc. dicam); *habuit, statim audietis* Pithoe.; *habuit, statim*

eam disciplinam, qua usos esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor et cotidiana meditatio et in omni genere studiorum assiduae exercitationes ipsorum etiam continentur libris. Notus est vobis utique Ciceronis liber, qui Brutus inscribitur; in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut quandam educationem refert: se apud Quintum Mucium ius civile didicisse, apud Philonem Academicum, apud

docuero ex Rud. Agric. emend. Pichen. Bernegg. Gron.; *habuerit* (ex emend. Acid.) Ern. Brot.; *habuerit, statim dicam. Prius referam* ex coniect. Acid. Schulz.; *exstat in decretis censoriis* Seebod. Edd. II.; *habuerit, statim de curiis* ** Dronk. Orell.; *exstat de curiis* * Osann.; *habuerit, sat in diurnis. Referam* A. Wittich. in comment. de auctore Dial. in Seebod. etc. Archiv. f. Philol. etc. V, 2. p. 279., qui observavit in actis quoque diurnis, si *actorum libri* Dial. 37. intelligendi sint diurna, de eiusmodi rebus actum esse. Gronovio Tacitus ante oculos habuisse videtur Quint. VIII, 3, 41. *Ceterum dicturus, quibus ornetur oratio, prius ea, quae sunt huic contraria laudi, attingam.* Verba *statim dicturus* pertinent ad Dial. 35. init.

quorum infinitus labor] Cic. de Orat. I, 1, 1. *infinitus forensium rerum labor.* Quint. IV. prooem. 7. *infinitum mihi laborem prospicio.*

in omni genere — continentur libris] *studiorum exercitationis* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *stud. exercitationes* Edd. omnes ante Seebod. Ed. II. (it. Rup.), qui exhibet *assiduae studiorum exercitationes;* offerunt enim *studiorum assiduae exercitationes* Codd. Farn. (nisi quod *assidue exercitationis*) Vaticc., quos secuti sunt Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt.; *assiduae exercitationes* eiecto v. *studiorum* perperam repraesentant Dronk. Osann. Orell. *Contineri* i. q. exstare, inesse, non, ut explicat Schulz., commemorari, narrari.

Notus est vobis — in cuius extrema parte] *nobis* in Codd. et vett. Edd. ab Rhenano recte emendatum in *vobis* et receptum a plerisque Edd. nuper temere reduxerunt Broter. Seebod. Dronk. Osann., quod propter adiectum *utique* admitti nequit. *Extrema pars* Bruti referenda ad cp. 89 — 92.

sua initia, suos gradus, suae eloquentiae] Exempla anadiplosis Tac. usitatae exstant: Dial. 36. *hinc — hinc* etc., ib. *hi — hos* etc., 40. *omnia — omnia* etc., ib. *donec nulla — nulla*: vd. Eckstein. Prolegg. p. 82.

se apud Q. Mucium ius civile didicisse] *Q. Mucius Scae-*

Diodotum Stoicum omnis philosophiae partes penitus hausisse; neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam

vola, pontifex maximus, tribunus pl. 648. U. C., aedilis c. L. Licin. Crasso, consul c. P. Lic. Crasso 659., in quo magistratu cum collega legem tulit de regundis in sua civitate sociis, 672. iussu Marii iunioris trucidatus est a L. Damasippo praetore in curia Hostilia. Post mortem Mucii auguris praeceptor fuit Ciceronis in iure civili, a quo ingenio, iustitia, integritate praestans, iuris peritorum eloquentissimus et eloquentium iuris peritissimus dicitur et saepissime memoratur. Vd. Cic. Brut. 89, 306. 39, 145. 40, 148. 44, 163. Onomast. Tull. ed. Orell. et Bait. P. II. p. 406 sq. Westerm. G. d. R. B. §. 52. Georg. d'Arnaud Vitae Scaevolarum cum adnott. H. I. Arntzenii. Traiect. ad Rhen. 1767. 8.

Philonem Academicum] Philo, Larissaeus, Clitomachi discipulus et Antiochi magister, princeps Academiae quartae, cum Atheniensibus bello Mithridatico (666. U. C.) quum profugisset Romamque venisset, philosophiam et rhetoricam ibi docuit, cui se totum tradidit Cicero eumque frequenter laudavit in scriptt. suis. vd. Brut. 89, 306. c. annott. Ellendt. et Meyer. Tusc. II, 3, 9. Acad. I, 4, 13. Onomast. Tull. P. II. p. 454.

Diodotum Stoicum] Diodotus Stoicus, homo eruditissimus, Ciceronem puerum, qui eum admirabatur et diligebat, in dialectica, geometria aliisque artibus instituit, caecus factus multos annos eius domi vixit et 695. U. C. mortuus est. Cic. Brut. 90, 309. Tusc. V, 39, 113. Epp. ad Fam. XIII, 16. ad Attic. II, 20. Onomast. Tull. P. II. p. 221.

omnis philosophiae partes penitus hausisse] *omnis* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. (*omis*) Put. et Riv. (*ois*) et seqq. it. Bekk. Boett. *omnes* Codd. Farn. Vaticc. cett. Edd. vd. annot. ad Dial. 28. *Penitus* i. q. prorsus, plane, omnino: Dial. 2. *penitus excipere fabulas* etc. Agric. 40. *tranquillitatem atque otium penitus auxit* ibiq. Walch. Quint. XII, 2, 8. *evolvendis penitus auctoribus*. Vd. Boett. Lex. Tac. s. *penitus*. Alia structura est Cic. Legg. I, 5. *penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas*.

quorum ei copia in urbe contigerat] Indicativus pro coniunctivo in sententiis orationi obliquae interpositis post pronom. relativum aut coniunctiones poni solet, quae non ex mente loquentis aptae, sed ab ipsius scriptoris iudicio profectae adiiciuntur, aut quae rem veram et in facto positam efferunt, aut quae eiusmodi sunt, ut, si qua res ex animo alius proferatur, ea tanquam praesens narrantis menti obversetur. Exempla huius structurae Tacito frequentissimae collegerunt Boet-

peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque Hercule in libris Ciceronis deprehendere licet non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat.

tich. Lex. Tac. p. 253. Pabst. Ecl. Tac. p. 322. Walth. et Bach. ad Tac. Ann. II, 26. *posse et Cheruscos ceterasque rebellium gentes, quando Romanae ultioni consultum est, internis discordiis relinqui* (ubi tamen Bekk. et Ritt. *esset* cum Mureto emendarunt): III, 69. *adversum quae disseruit Caesar, non quidem sibi ignara, quae de Silano vulgabantur.* Hist. IV, 16. *se cum cohorte, cui praeerat, Canninefatem tumultum compressurum.* Ann. XV, 59. *Quanto laudabilius periturum, dum amplectitur rem publicam, dum auxilia libertati invocat.* Cf. Ramshorn. Gr. §. 186. 2. Krueger. Untersuch. etc. Fasc. I. p. 45 sq. II. p. 78. Kritz. ad Sall. Cat. 14, 7. 27, 4. 50, 3.

Achaiam quoque et Asiam] Vd. Cic. Brut. 91.

omnium artium varietatem] De his artibus uberius exposuit Quintilianus locis infra laudandis: in universum I, 10, 1 sq. Petron. Satir. cp. 55. Cic. de Orat. I, 42, 187. *Omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt, ut in musicis numeri et voces et modi; in geometria lineamenta, formae, intervalla, magnitudines; in astrologia coeli conversio, ortus, obitus motusque siderum; in grammaticis poetarum pertractatio, historiarum cognitio, verborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus; in hac denique ipsa dicendi ratione excogitare, disponere, ornare, meminisse, agere, ignota quondam omnibus et diffusa late videbantur.*

non geometriae] Dial. 31. Quint. I, 10, 34 sq. II, 21, 29.

musicae] Quint. I, 10, 9—33.

grammaticae] Quint. I, 4—8. II, 1, 4 sq.

dialecticae] Quint. XII, 2, 13. Cic. Orat. 32 et 33.

moralis partis utilitatem] Cic. Fat. 1. Quint. VI, 2, 8. XII, 2, 15—20.

rerum motus causasque cognoverat] E Cod. Farn. *cognoverat* pro vulg. *cognovit* Bekk. Boett. Walth.Bach. Ritt. receperunt. Haec referenda sunt ad philosophiam naturalem, quoniam philosophiae Graecorum tres partes erant: ἠθική, διαλεκτική et φυσική, i. e. philosophia moralis, rationalis et naturalis. vd. Quint. XII, 2, 10. Senec. Ep. 89. Ceterum de Ciceronis disciplina et institutione cf. Westerm. G. d. r. B. §. 62.

Ita est enim, optimi viri, ita. Ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et

Ita est enim — ita] Recepi e Cod. Farn. coll. a Schluttig. cum Ritt. et Bach. hunc ordinem verborum iam commendatum ab Eckstein. pr. vulg. *ita enim est*, sicut cp. 31. *haec est enim* ex eodem Cod. pro *haec enim est*. De form. *ita esse* sic Haud. Tursell. Vol. III. p. 492 sq. »Augetur vis demonstrandi ubi rem ita se vere habere pro certo affirmatur et adverbium vicem adiectivi explet. *Esse ita* et *ita esse* confirmant, rem ita, ut dictum erat, se habere. Praecedit verbum *esse*, quando de veritate rei agitur.« De collocatione particularum *autem*, *enim* et *igitur* post verbum *esse* optime exposuerunt Hand. l. l. Vol. I. p. 578. II. p. 399 sq. Kuehner. ad Cic. Tusc. I, 4, 8. Herbst. ad Quint. X, 1, 14. Censor Ed. Walth. in Diar. Lips. 1833. m. Octob., quorum praeceptis usus statuo eas plerumque tertio loco poni: 1) post nomina, quibus praefixa est praepositio: *ante omnia igitur* Quint. X, 2, 4.; 2) si praedicatum, sive est substantivum sive adiectivum sive participium sive adverbium, primum enunciationis locum tenet: *fortitudo est igitur* Cic. Tusc. IV, 24, 53. *facile est autem* Quint. X, 1, 45. *tractatum est autem* Cic. Tusc. III, 33, 81. *ita est enim interpretatio illa pontificum* Cic. de Harusp. respons. 7, 13. ed. Wolf.; 3) si enunciatio incipit a pronominibus *hic*, *is*, *quis*, *nemo*, *nullus*, *nihil* etc. subiecti vicem sustinentibus: *haec est enim* Dial. 21. *haec est enim, ut scis, vetus et Socratica ratio* Cic. Tusc. I, 4, 8. *nihil est enim* Quint. X, 2, 19.; 4) si enunciatio incipit a vv. *est*, *sunt*, *non est*, *non sunt*, ubi perinde est, utrum subiectum praedicato, an praedicatum subiecto praecedat: *non est enim philosophia similis reliquarum artium* Cic. Tusc. III, 21, 79. De partic. *enim* secundo loco ante v. *esse* collocata vd. Bernhard. et Peter. ad Cic. Brut. 49, 181. — Alterum *ita* temere eiecit Heumann. (qui proposuit quoque emendat. *Ita enim est, opt. viri, ita est: ex*), quod tamen ad vim affirmationis augendam bene positum est, si modo locus recte interpungatur cum Rhen. Ald. Lips. Pith. Pichen. Bekk. Orell. Boett. Walth. Ritt. Bach. *Ita est — ita. Ex*, qui in cett. Edd. male est distinctus *Ita — viri: ita ex*.

et plurimis artibus et] E Cod. Farn. Bekker. Boettich. Walth. Bach. Ritt. *et pluribus partibus et* Codd. Par. Vind. vett. Edd. *pluribus artibus ex* Rhen. (1533.) Pith. Ald. Heum. *ex pluribus artibus et* Rhen. (1544.) Lips. et Edd. usque ad Dronk., qui *et pluribus artibus et* restituit receptum ab Osann. et Rup. De sententia cf. Cic. de Orat. I, 6, 20. *Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam*

exuberat illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis cluditur, sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit.

Cap. XXXI.

Hoc sibi illi veteres persuaserant: ad hoc efficiendum intelligebant opus esse non ut in rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec ullo modo ad verita-

consecutus. Etenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio.

neque oratoris vis et facultas — cluditur] De *vi et facultate* cf. Dial. 33. Sic Cic. de Orat. I, 31, 142. *Quumque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa* etc. Quint. XII, 1, 33. *vis ac facultas dicendi.* De forma prisca *cludo* (v. Dial. 35.) Tacito et Quintiliano usitatissima vd. Dronk. ad h. l. annot. nostr. ad Germ. 34. et Eckstein. Prolegg. p. 60 et 83. De usu verbor. simplicium pro compositis ap. Tac. bene exposuit. Roth. ad Agric. p. 164 sq. Adiect. *angustus et brevis* coniuncta leguntur Germ. 6. *angusto et brevi ferro.* Plin. Epp. II, 7, 4. *vita eius brevis et angusta;* qui eandem fere formulam usurpavit III, 7, 13. *Tam angustis terminis tantae multitudinis vivacitas ipsa concluditur.*

sed is est orator etc.] De sententia cf. annot. ad Dial. 1. p. 3. Cic. de Orat. I, 15, 64. III, 10, 37. Orat. 29. init. de opt. gen. orat. 1, 3. *Optimus est enim orator, qui dicendo animos audientium et docet et delectat et permovet. Docere debitum est, delectare honorarium, permovere necessarium.* Quint. prooem. 18. et II, 15, 2—13. c. annot. Spalding. B. A. Nautae et I. R. Thorbeckii commentationes praemio ornatae de Ciceronis ipsius sententia de perfecto oratore. Traiect. ad Rhen. 1820. 8.

Cap. XXXI. *Hoc — persuaserant*] Cod. Farn. Bekk. et seqq. *haec — persuaserant* Codd. Vaticc. Dronk. Osann. Orell. (in annott. suspicatus *hoc*); *haec — persuadebant* cett. Codd. et Edd.

ad hoc efficiendum] Sic e Codd. Farn. et Vaticc. c. Dronk. recentt. praeter Orell. et Rup., qui *ad haec efficienda*, ut in cett. Codd. et Edd. exstat, receperunt.

non ut in rhetorum scholis declamarent etc.] Sic Cod. Farn.; *in rhet.* om. *ut* Codd. Vaticc., unde c. Brot. *ut in rh.*

tem accedentibns controversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut iis artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto disputatur. Haec est enim oratori subiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus de honestate disserimus, ita ut plerumque haec ipsa invicem misceantur; de quibus

receperunt Seebod. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt.; *in* omiss. est in Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Rhen. Ald. Lips. Pith. et seqq. it. Rup.; *rhetorum scholis* Edd. Ber. Alc. *ut rhetorum in scholis* e coniect. Acid. receperunt Heum. Schulz. Oberl. Bip. De omiss. praepos. *in* cf. annot. ad Dial. 32. De re Dial. 14. Quint. X, 2, 12. *Quo fit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant quam orationes, quia in illis vera, in his assimulata materia est.* I. Ch. Th. Ernest. de elocut. poett. Latt. vett. luxur. comment. I. p. 38.

ut iis artibus pectus implerent] Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. *ut in iis — implorent* Cod. Farn. *ut in his* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *ut his* Edd. Put. seqq. De structura c. ablat. vd. Otto ad Cic. Finn. V, 23, 68. (*compleri aliqua re*), c. genit. ap. Cic. Zumpt. in Quint. Ed. Spald. Vol. V. p. 244. Reisig. Vorles. §. 355. c. Haas. annot. 531. Tacitus mihi ante oculos habuisse videtur Cic. de Orat. III, 30, 121. *Non enim solum acuenda nobis neque procudenda lingua est, sed onerandum complendumque pectus maximarum rerum et plurimarum suavitate, copia, varietate.* Similis est sententia Quint. X, 7, 15. *Pectus est enim, quod disertos facit, et vis mentis.* Lectu digna est oratio I. A. Ernest. de eodem argumento habita in Opuscc. orator. p. 20 sq. De honestatis studio Taciti Eckstein. Prolegg. p. 74. laudavit Ann. XVI, 16. Histor. I, 15. Germ. 20.

Haec est enim oratori subiecta ad dicendum materia] *Haec est enim* c. Ritt. et Bach. recepi e Cod. Farn. pr. vulgat. *haec enim est.* De re cf. Cic. de Orat. I, 46, 201. *sic in causis publicis iudiciorum, concionum, senatus omnis haec et antiquitatis memoria et publici iuris auctoritas et regendae rei publicae ratio ac scientia tanquam aliqua materies iis oratoribus, qui versantur in re publica, subiecta esse debet.*

Nam in iudiciis — misceantur] *disserimus* Codd. Farn. (om. *plerumque*) Vaticc. Edd. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. *dicimus* Codd. Par. Vind. cett. Edd. Ursinus et Muretus, quibus hic locus mutilus est visus ob omissum tertium causarum genus, laudationum, et quod in deliberationibus non apte de honestate disseratur, approbantibus

copiose et varie et ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum pravitatemque vitiorum et intellectum eorum, quae neque in virtutibus neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius iram iudicis vel instiget vel leniat, qui scit, quid ira sit; promptius ad mise-

Acidal. et Schurzfl. eum sic suppleverunt: *nam in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus de utilitate, in laudationibus de honestate dicimus.* Quo tamen supplemento non opus esse recte iudicarunt Schulz., Eckstein. et Bach., quum Dial. 35. *duo genera materiarum, suasoriae et controversiae*, commemorentur, Quint. II, 1, 10 et 11. *suasorias iudicialesque materias* tantum afferat, et III, 4, 16. tria genera in duo contrahat eaque mixta esse dicat. *Nec his* (Aristot. Rhet. I, 35. Cic. de Inv. II, 4. Topic. 24. Auct. ad Herenn. III, 1.) *quidem accesserim, qui laudativam materiam honestorum, deliberativam utilium, iudicialem iustorum quaestione contineri putant celeri magis ac rotunda usi distributione quam vera. Stant enim quodammodo mutuis auxiliis omnia. Nam et in laude iustitia utilitasque tractantur et in consiliis honestas: et raro iudicialem inveneris causam, in cuius non parte aliquid eorum, quae supra diximus, reperiatur.* Hanc ob causam Tac. dixit *fere* addens *ita ut plerumque — misceantur.*

nisi qui cognovit etc.] Cf. Cic. de Orat. I, 12, 53. *Quare, nisi qui naturas hominum vimque omnem humanitatis causasque eas, quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo, quod volet, perficere non poterit.* Aristot. Rhet. I, 10, 12 — 18.

intellectum] *Intellectus* i. q. intelligentia, scientia vd. Dial. 22. Quint. I, 1, 15. 4, 22.

quae neque in virtutibus neque in vitiis numerantur] E Cod. Farn. *neque in virtutibus* pr. vulg. *nec in v.* recepi c. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt., sicut infr. *nec Stoicorum* pr. *neque St.* c. Walth. et Ritt. vd. Eckst. ad utrumque locum. Intelligenda sunt ἀδιάφορα Stoicorum, de quibus vd. Cic. Finn. III, 16, 53. *Quoniam autem omne, quod est bonum, primum locum tenere dicimus, necesse est, nec bonum esse nec malum hoc, quod praepositum vel praecipuum nominamus. Itaque id definimus, quod sit indifferens, cum aestimatione mediocri: (quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut indifferens dicerem).* Tennemann. Gesch. d. Philos. Vol. IV. p. 84 sq.

quid ira sit] Recepi egregiam emendat. Pithoei probat. Eggero in Zimmerm. Zeitschr. f. Alterthumswiss. 1836. Nr. 43. p. 347., quum *irae* exstet in Codd. Farn. Vind. vett. Edd.

rationem impellat, qui scit, quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibusque versatus orator sive apud infestos sive apud cupidos sive apud invidentes sive apud tristes sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit venas animorum, et prout cuiusque natura postulaverit, adhibebit manum et temperabit orationem parato omni instrumento et ad omnem usum reposito. Sunt apud

iram in Cod. Par.; vulgata *quid ira* debetur Lips., *quid sit ira* proposuit Orell.

qui scit, quid sit] Sic Germ. 40. *quid sit id.*

sive apud cupidos sive apud invidentes] Dial. 34. *ex invidis et faventibus. Cupidus* i. q. partium alicuius studiosus vd. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 12.

tenebit venas animorum] Codd. Farn. Vaticc. Par. Vind. Edd. Spir. Orell. Bekk. et seqq., pro quo emendat. Put. *habenas* (metaphor. ab aurigis ducta) cett. Edd. secuti sunt. Bene lect. Codd. tuitus est Doederlein. Rhein. Mus. III. 1. p. 20 sq. ed. Niebuhr. docens Tac. hausisse e fonte Cic. de Orat. I, 52, 223. *Teneat oportet venas cuiusque generis, aetatis, ordinis et eorum, apud quos aliquid aget aut erit acturus, mentes sensusque degustet.* Cf. Klossmann. Prolegg. p. 5. Haec metaphora desumpta a corpore humano, ut recte intellexit O. M. Mueller. ad Cic. ll., non a metallis, ut Ernest. opinatus est, indicat accuratam intimae naturae diversorumque sentiendi modorum cognitionem habere. Vd. Eckstein. ad h. l. *Venas* interpretatur Schuetz. Lex. Cic. s. v. naturam rerum et qualitates.

postulaverit] E Cod. Farn. receperunt Bekk. et seqq. pro *postulabit* lect. Codd. Par. Vind. et cett. Edd., quae non ita multum displicet Ecksteinio.

parato omni instrumento] *Instrumentum* intelligit Dronk. de omnibus, quibus causa instrui potest, quod Spalding. allatis multis locis Quintiliani ad IV, 2, 55. accuratius dici annotavit, quicquid pertineat ad probandum factum aliquod, de quo sit lis. Schulz. accipit de materia et argumento e disciplinis, maxime e philosophia morum, petendo. Equidem *instrumentum* sc. dicendi (vd. Quint. XII, 11, 24. *quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit?*) intelligo, quicquid *ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia* (Dial. 30.), h. e. e philosophia, grammatica, musica, geometria, iuris civilis scientia etc. petitur, de quibus instrumentis perfecti oratoris cf. Quint. quoque XII, 5. et Ernest. Lex. techn. Lat. s. v.

Sunt apud quos — meretur] De structura formulae *sunt*

quos astrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud hos

qui cum indicativo aut coniunctivo diversa tamen ratione compositae, de qua adhuc inter VV. DD. aliqua dissensio est, attulisse sufficiat Reisig. Vorles. §. 232. c. Haas. annot. 507. Ramshorn. Gr. §. 177. Not. 2. Kritz. ad Sallust. 19, 2. Kuehner. ad Cic. Tusc. III, 31, 76. Indicativus ponitur in re certa atque indubitata tradenda, ubi certi quidam homines a scriptore designantur, qui eius animo vel obversantur vel ab eo iam commemorati sunt; coniunctivus autem in re incerta atque dubia, quam vel ipsi non satis compertam habemus, vel cuius auctorem ignoramus vel certis de causis ignorare simulamus. Multo tamen frequentior est coniunctivus in hac formula, quoniam ad non certos homines denotandos usurpari solet. Apud poetas promiscuus utriusque modi usus est. vd. Bentl. ad Hor. Carm. I, 1, 3. Schmid. ad Epp. I, 6, 5. Sed in alterutro modo in textum recipiendo Codd. frequenter fluctuantium auctoritas est respicienda, quum a solo scriptoris arbitrio saepe pendeat, utro modo rem enunciet nec ex ipsis rebus certum peti possit argumentum, ut bene observavit Kritz. Tac. Agric. 28. *Ac fuere quos — indicium tanti casus illustravit.* Sic fluctuat lectic Hist. V, 2., ubi *sunt qui tradunt* recte ex optt. Codd. exhibent Walth. Ritt. Bach., *tradant* Kiessling. Rupert. al. — De v. *astrictum* vd. annot. ad Dial. 25., cuius synon. *collectum* rarissima significatione h. l. est contractum: Cic. Brut. 90, 309. *Dialectia quasi contracta et astricta eloquentia putanda est. Concludens* i. q. comprehendens, colligens. Sic ponitur de argumentando: Cic. Orat. 35, 122. *argumentationes concludere.* Quint. XII, 2, 15 et 25. Praeterea cf. Eckstein. Prolegg. p. 27. de h. l. »Intellectu videtur difficillimum esse, dialecticae magistros h. l. diversos esse a Peripateticis, quos paullo post commemorat, cum dialecticam ad Peripateticorum disciplinam pertinuisse inter eruditos constet. Sed quia dialecticae opera astrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus paratur, Peripateticis vero fusa tribuitur et aequalis oratio, ut illud de Stoica disciplina intelligam facile inducor. Talem enim orationem antiquis Stoicis fuisse narratur a Cic. Brut. 31, 120. 25, 94. 30, 114. Topic. 2, 6. cl. Finn. IV, 4, 10. et Brut. 90, 309. Sunt alia quoque testimonia, quae huic rei probandae inserviant, sed satis habeo illius loci sententiam explanasse ita: dialectica Stoicorum ad astrictum praeparat dicendi genus, Peripateticorum disciplina fusum et cum lenitate quadam aequabili profluens. Hi omnem orationem amplificare, Academici acrem et contentiosam, Plato sublimem, Xenophon suavem reddere poterunt.«

dedisse operam dialecticae proficiet. Alios fusa et aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis delectat: ad hos permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam

fusa] Denotat orationis ubertatem et copiam concisae brevitati atque ieiunitati contrariam. Cic. de Orat. II, 15, 64. *Verborum autem ratio et genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabili profluens.* 38. 159. *et genus sermonis affert non liquidum, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum.* Sic a Quint. X, 1, 73. (c. annot. Herbst.) *fusus* dicitur Herodotus et 77. Aeschines.

aequalis] i. e. cum lenitate quadam aequabili profluens.

ex communibus ducta sensibus] E Cod. Farn. Lips. et seqq. praeter Osann., qui lect. Codd. Par. Vind. et vett. Edd. *sermonibus* revocavit. Ex annot. Spalding. ad Quint. I, 2, 20. disci potest, formulam *sensus communis* aetate demum Augusti hac significatione absoluta in usu esse coepisse, quum apud Ciceronem (vd. or. pr. Planc. 13 et 14. de Orat. I, 3, 12. II, 16, 68. *communes sensus* or. pr. Cluent. 6., it. *communis mens — prudentia — naturalis prudentia* ap. Henrichsen. ad Orat. II, 30, 132.) semper fere aliquid adiungatur, unde pro vario nexu disputationis variam locutioni significationem tribuas. Ex Spald. interpretatione *sensus communis* [le sens commun et the common sense] ap. ad Quint. est notitia eorum, quae nosse et sentire homines solent; prudentia qualis in quovis homine, modo inter homines versatus fuerit eorumque mores et instituta cognoverit, exspectari debeat, sed potissimum qualis in usu hominum familiari est necessaria. Aliam *sensus communis* ap. Hor. Sat. I, 3, 65. proposuit explicationem Heindf., ut in eo homine insit, qui bene sentiat, quid deceat in victu, cultu, hominum consuetudine, et qui tempus, locum, personas observet. Iuven. 8, 73. *Rarus enim ferme sensus communis in illa Fortuna.* Quint. l. l. *Sensum ipsum, qui communis dicitur, ubi discet, quum se a congressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoque animalibus naturalis est, segregarit?* Phaedr. I, 7, 4. Senec. de Benef. I, 12. *Sit in beneficio sensus communis, tempus, locum, personas observet: quia momentis quaedam grata et ingrata sunt.* Ep. 5. (quae tota lectu digna est). *Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem: a qua professione dissimilitudo separabit.* Ep. 105.

mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem iam paratos locos. Dabunt] Codd. Farn. (nisi quod *peripatheticis apertos*) Vaticc. 1518 et 1862. (nisi quod *mutabimus*, ut Cod. Par., non *mutuabimus*, ut Cod. Vind. et vett. Edd.

locos. Dabunt Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem: ne Epicuri quidem

temere receptum a Dronk. et Rup. contra usum Tac. Ann. I, 38. Dial. 9. 24. 32. et vulgarem vd. Ramsh. p. 194.) Edd. Broter. Seebod. Osann. Orell. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt. Offert Ed. Spir. *mutuabimus aliquid Peripateticis. aptos — Achademici: pugn.* Edd. Put. Riv. Ber. Alc. *mutuabimus aliquid a Peripateticis. hi aptos — dabunt*, quod receptum est ab Rhen. emendato tamen v. *mutuabimur* et a seqq. usque ad Broter. Tacitus ante oculos habuit Cic. Orat. 14, 46. *In hac Aristoteles adolescentis non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici posset, exercuit: idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utrumque partem traheretur oratio. Facile igitur hic noster — quoniam loci certi traduntur, percurret omnes, utetur aptis, generatim dicet.* Hanc disciplinam de *locis* Aristoteles tractavit octo libris Topicorum, quae Cicero in brevius contracta exhibuit in Topicis ad Trebatium, ubi cp. 2. *locos* sive τόπους quasi sedes interpretatur, e quibus argumenta promantur. Plutarch. Sympos. I. p. 616. Cic. de Orat. I, 31, 141. II, 87, 358. De h. l. Dialog. disseruit Stahr. Aristot. unter d. Röm. p. 117 sq.

Academici pugnacitatem] »Cf. Cic. de Orat. I, 18, 84. *hic enim mos erat patrius Academiae adversari semper omnibus in disputando.* 62, 263. Tusc. II, 3, 9. [c. annot. Kuehner.]. Finn. II, 13, 42. Quint. XII, 2, 25.« Eckstein. in Ed. Walth. Add. Cic. Acad. II, 3, 7. Voc. *pugnacit.* est argent. aetatis: vd. Quint. IV, 3, 2. *ne, si pressae illi, qualis saepe desideratur, narrationis gracilitati coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigescat.*

Plato altitudinem] De voc. *altitud.* vd. annot. ad Dial. 21. De Platone Quint. X, 1, 81. *Philosophorum, ex quibus plurimum se traxisse eloquentiae M. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem esse praecipuum sive acumine disserendi sive eloquendi facultate divina quadam et Homerica? Multum enim supra prosam orationem et quam pedestrem Graeci vocant surgit: ut mihi non hominis ingenio, sed quodam Delphico videatur oraculo instinctus.* Cic. Brut. 31, 121. Orat. 1, 5. 19, 62. 20, 67. de Orat. I, 11, 47. III, 4, 15. Plin. Epp. I, 10, 5. *Platonicam illam sublimitatem et latitudinem effingit.* ubi vd. Gier. *Latitudo* ap. Plin. i. q. *amplitudo* Cic. Orat. I, 5. et πλατύτης τῆς ἑρμηνείας Diog. Laert. III, 4. Vd. Stallbaum. Prolegg. ad Plat. Vol. I. Sect. I. p. XLII sq. Ed. II. Gothan.

Xenophon iucunditatem] Quint. X, 1, 82. *Quid ego com-*

et Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere iisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori. Neque

memorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit? ut ipsae sermonem finxisse Gratiae videantur et quod de Pericle veteris comoediae testimonium est in hunc transferri iustissime possit, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. 33. *Adde quod — huius* (Xenoph.) *ore Musas esse locutas existimet.* Cic. Orat. 9, 32. 19, 62. Brut. 35, 132.

ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere] *Epicurus* Gargettius, nat. Olymp. 109, 3. 342. a. Ch. mort. Olymp. 127, 2. 271. a. Ch., adolescens in insula Samo habitabat, unde XVIII. annos natus Athenas rediit; qua urbe relicta Colophonem, Mytilenas et Lampsacum se contulit, ubi quinque annos philosophiam cum felici successu docebat. Sed ut maior campus doctrinae suae pateret, iterum Athenas revertit, ubi novae scholae in hortis conditor factus est, cuius discipuli Epicurei appellari solebant. Philosophus fuit nobilis, quem et bonum virum et comem et humanum fuisse affirmat Cic. Finn. II, 25. 80., qui tamen acerrimus eius disciplinae adversarius exstitit, quae apud Romanos nacta est multos sectatores. Ad trecenta volumina conscripsisse dicitur, quorum paucae reliquiae germanae e libr. de natura Herculani inventae sunt. — *Metrodorus* Atheniensis, mort. a. 277. a. Ch., princeps fuit discipulorum Epicuri et paene alter Epicurus, qui a Cicerone saepe commemoratur, ut Finn. II, 3, 7. 28, 92. Nat. D. I, 33, 93. Tusc. II, 3, 8. *Epicurum autem et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit.* vd. de Epicuro Reinhold. Gesch. d. Philos. Vol. I. p. 306 sq. Onomast. Tull. P. II. p. 235.ed. Orell. et Bait.; de Metrodoro ib. p. 398. Epicuri exclamationes recte cum Broterio Orell. in Add. p. LXVIII. intellexit fortes quasdam γνώμας Epicuri, cuiusmodi aliquot legantur ap. Cic. Finn. II, 27, 89. *Ait enim, si uratur* [in Phalaridis tauro], *quam hoc suave! dicturum:* cuius exclamationis mentio fit Tusc. quoque II, 7, 17. V, 10, 31. Senec. Ep. 66.; Cic. Finn. II, 29, 95. *Si gravis* (dolor), *brevis: si longus, gravis.* 96. epistol. ad Hermarchum.

iisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori] *iisque* Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Walth. Bach. Ritt. *hisque* cett. Edd. Broter. non temere recepisset coniecturam Pith. et Huet. *poscet*, si contulisset Tac. Germ. 44. *et mutabile, ut res poscit.* Quint. X, 1, 9. *ubi res poscit*, XI, 1, 1. *quum res poscit.* — Structura adiect. *alienus* c. genit. aut dativ. rarior est apud scriptt. aur. aetat. quam cum ablat. aut c. praep. *a*: vd. Reisig. Vorles. §. 354. Cic. pr. Caec. 9. *Hoc illi causae maxime*

enim sapientem informamus nec Stoicorum civitatem, sed eum, qui quasdam artes haurire, omnes libare

alienum est. Liv. I, 20. Quint. prooem. 5. II, 5, 21. VI, 3, 29. *Dicacitas etiam scurrilis et scenica huic personae* (oratoris) *alienissima est.*

Neque enim sapientem informamus nec Stoicorum civitatem] Haec verba offenderunt iam Schurzfl. et Heumann., ut coniecturis infelicibus ea tentarent. At Orell. proposuit coniecturam satis ingeniosam probatam Bach. et Rup. in annott. *neque enim sapientem informamus Stoicorum neque Platonis civitatem*, quod *Stoicorum civitas* nusquam memoretur et Tacitus continuarit imitationem Cic. de Or. I, 52, 224. (c. annot. Henrichs.) *nec, si quando ei dicendum erit de iustitia et fide, mutuetur a Platone, qui quum haec exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam finxit in libris civitatem* (vd. ll. X. de Re publ., de Legg. et Politic.). de Rep. II, 11. *Nam princeps ille, quo nemo in scribendo praestantior fuit, aream sibi sumpsit, in qua civitatem exstrueret arbitratu suo, praeclaram illam quidem fortasse, sed a vita hominum abhorrentem et moribus* c. annott. Creuzer. Contra hanc coniecturam Eckstein. observat Tacitum, si Ciceronis verba imitari voluisset, accuratius redditurum fuisse, et *Stoicorum civitatem* (de qua tamen Freund. quoque in Lex. Lat. dubitat), quamvis artificiosius hoc dictum sit, explicari posse e Quint. X, 1, 84., quod qua ratione fieri possit non intelligo. *Minus indulsere eloquentiae Stoici veteres: sed quum honesta suaserunt, tum in colligendo probandoque quod instituerant plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis quam, id quod sane non affectaverunt, oratione magnifici.* Unde Stoicos sua sapientia contentos ceteras artes neglexisse et eloquentia non valuisse satis apparet, sicut e XII, 2, 25. Cic. Brut. 31, 118. Finn. IV, 28. De sapiente Stoicorum perfecto cf. Cic. Paradoxa et Reinhold Gesch. d. Philos. Vol. I. p. 454 sq.

qui quasdam artes haurire, omnes libare debet] *qui quasdam artes audire omnes liberaliter debet* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. *qui non quasdam artes audire, sed omnes liberaliter debet* ex emend. Put. Edd. Riv. Ber. Alc. Rhen. Lips. Pith. Pichen. Bernegg. Gronov. Brot. Bip.; Acidal. coniecit, *qui non quasdam artes libare, sed omnes haurire liberaliter debet*, Lips. vel *adire* vel *haurire* et *liberales*, quem secuti Schulz. Oberl. Seebod. Dronk. Osann. Orell. (c. asterisco) Bekk. Rup. emendarunt *qui non quasdam artes haurire, sed omnes liberaliter debet;* at Orell. in annott. coniecit *qui non quasdam artes haurire, sed omnes libare debet* express. a Gutm. in interpr. vernac. Bekkeri verissimam emendationem in annott. propositam *qui quasdam artes haurire, omnes li-*

debet. Ideoque et iuris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant et grammatice, musice, geo-

bare debet recepi c. Boett. Walth. Ritt., pro qua I. Sillfigii coniecturam *qui quasd. art. haurire, omnes libare leviter debet* in textu posuit Bach., in qua inest pleonasmus *libare leviter* non ferendus, quum *libare* et *delibare* iam per se significent leviter aliquid degustare et quasi primoribus labris attingere; deinde transferuntur ad notandum parciorem cuiuscunque rei usum et experimentum, vd. Schwarz. ad Plin. Paneg. 28. init. (ubi in Codd. confusa sunt *libasse* et *liberasse*). Cic. de Orat. I, 34, 159. *libandus etiam ex omnis genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.* Tusc. V, 29, 82. *quoniam te nulla vincula impediunt ullius certae disciplinae libasque ex omnibus, quodcunque te maxime specie veritatis movet.* Quint. IV, 2, 55. *Omnia denique, quae tractaturi sumus, narratione delibabimus.* Ovid. Fast. I, 159. *Quisque suas artes ob idem delibat agendo.* Quid sit *haurire* vd. Dial. 28 et 30. Ut h. l. *haurire* et *libare*, sic Senec. Ep. 36. laud. supr. ad cp. 28. extr. *tingi* et *perfundi* sibi opponuntur. De sententia cf. Cic. Orat. I, 50, 218. *Ac si iam placet omnes artes oratori subiungere, tolerabilius est sic potius dicere, ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse ieiuna et nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo et cogitatione, multa etiam legendo percurrisse neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse.*

Ideoque] C. L. Roth. in commentatt. Tacitann. specim. exscript. in Seebod. N. Archiv. 1829. p. 85 sq. de copula *que* initio periodi apud Tacitum posita, e quo praeter multos locos hunc quoque Dialogi laudavit, bene observat eam sic usurpari, ut saepe in notionem firmiorum particularum *etiam*, *vero* abeat. Ann. II, 37. *Censusque quorundam senatorum iuvit.* XI, 22. *Mansitque consulibus potestas deligendi.* XIII, 2. *Ibaturque in caedes, ni issent.* De consuetudine Liviana Fabrius ad XXIII, 13, 8. recte statuit innumeris locis novam enunciationem, sed quae rem contineat ita cum prioribus cohaerentem, ut pro complemento vel appendice eorum haberi possit, adiungi per *que:* II. *Dictatorque cum Magone in Hispaniam missus est.* 15, 15. *Laetoque iuveni promissis equum eximium dono dat.* 17, 11. *Idque praesidium Casilini habebant Romani.* Sic a Quintiliano frequentatur *ideoque* ad annectendas sententias initio periodi positum: X, 2, 13 et 26. 5, 16. Bonnell. Lex. Quint. s. *ideo;* de quo aliisque scriptt. cf. Hand. quoque Turs. Vol. III. p. 181.

et grammatice, musice, geometrice imbuebantur] E Cod.

metrice imbuebantur. Incidunt enim causae plurimae quidem ac paene omnes, quibus iuris notitia desideratur, pleraeque autem, in quibus haec quoque scientia requiritur.

Farn. ap. Bekk. recepere Bekk. Boett. Bach. Ritt., *et geometrice* teste Schluttig., quem secutus est Walth.; *et grammaticae, musicae et geometricae* Codd. Par. Vind. vett. Edd.; *et grammatica, musica et geometria* cum Rhen. seqq. Formae Graecae apud scriptt. arg. aetatis erant frequentes: *Acten* Tac. Ann. XIV, 2. *Sinopen* Hist. IV, 84. Apud Quintil. ubique leguntur nominativo *dialectice* II, 20, 7., *grammatice* I, 4, 4., *musice* I, 10, 22., *rhetorice* II, 1, 5. vd. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. XXI sq. Eckstein. ad Voss. Aristarch. IV, 2. p. 543 sq. Reisig. Vorles. §. 51. c. Haas. annot. 43.

ac paene omnes] *Ac paene* sicut *ac prope* (vd. Dial. 6.) usitatius esse quam *et p.* multis exemplis probavit Herbst. ad Quint. X, 1, 20. et Delect. Epist. Plin. p. 27.

pleraeque autem, in quibus haec quoque scientia requiritur] *plerumque* e Cod. Farn. recepit Bach. verba sic explicans: plerumque (i. q. saepe cf. ad Ann. IV, 9.) autem incidunt causae, in quibus haec quoque grammaticae, musicae et geometriae scientia requiritur. Codd. Par. Vind. Ed. Spir. afferunt *plerique*, Edd. Put. Riv. *plerisque:* ex emend. Rhen. *pleraeque* receperunt seqq. praeter Heum., qui *persaepe* correxit. Lectio *haec quoque scientia requiritur* in Codd. et vett. Edd., unde eam restituerunt Seebod. Dronk. Orell. Walth. Bach. Ritt., non debebat contra bonam Latinitatem ab Rhen. depravari in *hae quoque scientiae requiruntur*, recept. a seqq. nuper a Bekk. et Boett., quum plur. *scientiae* apud bonos scriptt. non reperiatur. Sic saepius legitur ap. Vitruv. de Architect. I, 1, 18. *mediocres scientias habere disciplinarum.* III. praef. §. 1. *disciplinarum scientiae et scientias artificiorum.* §. 3. *scientiaeque disciplinis auctae.* De loc. Cic. Cat. M. 21, 78. *tot artes tantae scientiae* explicando dissentiunt inter se VV. DD. Klotz. annott. p. 162. plur. *scientiae*, qui plura quasi genera *scientiae* significet, intelligi vult, praesertim quum ap. Cic. or. pr. Rosc. Amer. 25. et II. Parad. §. 18. plur. *conscientiae* inveniatur. Sed rectius Doederl. Lat. Syn. Vol. V. p. 265., ubi vv. *scientia, notitia, inscius, nescius, literae, artes, doctrina et disciplina* bene distinxit, et Reisig. Vorles. §. 90. *tantae scientiae* notione abstracta pro genitivo, qui pendeat a vv. *tot artes* (nam aliter dicendum fuisse *tot scientiae*), accipiunt.

Cap. XXXII.

Nec quisquam respondeat sufficere, ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur. Primum enim aliter utimur propriis, aliter commodatis; longeque interesse manifestum est, possideat quis, quae profert, an mutuetur. Deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque, ubi minime credas, eminet et excellit. Idque non doctus modo et prudens auditor, sed etiam populus intelligit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut per omnes

Cap. XXXII. *sufficere*] *sufficeret* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. *sufficit* Put. et seqq. *sufficere* Pith. Broter. Dronk. Osann. et recentt.

ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur] Bene Hand. Turs. Vol. I. p. 126 sq., ubi de quattuor variis significatt. formul. *ad tempus* exposuit, contra Schulz. observavit h. l. eam non explicandam esse, in exiguum tempus, sed, ut fert vel postulat tempus. cf. Rup. ad Tac. Ann. I, 1. *Uniformis*, quod est ἅπαξ λεγόμενον ap. Tac., exstat Macrob. Saturn. VII, 5. *Ut horrore uniformis alimoniae edendi desiderium languesceret.* Aurel. Vict. Epit. 9. med. *Institutum uniforme omni imperio tenuit.* Appul. ad Asclep. p. 80. v. 10. Elmenh. *Non enim omnium hominum — uniformis est sensus?* Sententiam h. l. sic explanavit Ernestius: ut, si caussa tempusque inciderit, in quibus opus sit aliqua particula acris, eam tum partem cognoscere studeamus, et e libris, vel ab iis, qui iuris scientiam profitentur, petamus.

Primum enim] Pro *autem* lect. Codd. et vett. Edd. emendat. Rhen. *enim*, probata Hand. quoque Turs. Vol. I. p. 573. (cf. p. 588. de confus. utriusque partic.), recepta est a seqq. De partic. *autem*, quae videatur vim habere part. *enim*, cf. Kuehn. ad Cic. Tusc. I, 2, 3.

possideat quis] I. e. ex ingenio suo ut propria in medium proferat, non, ut Schulz., totus habitet in iis, accurate teneat.

Deinde — excellit] Synon. *eminere et excellere* legi Plin. Pan. 2, 4. 24, 4. annotavit Eckstein. De re cf. Dial. 30. *Ex multa* etc. Tac. alludere videtur ad sententiam Cic. de Orat. I, 16, 73. Similis exstat Quint. I, 10, 7.

ut legitime studuisse] *ut* Cod. Vind., quod ex emend. Alc. pro *aut* ab omnibus Edd. est receptum. De v. *studuisse* vd. ad Dial. 21.

ut per omnes eloquentiae numeros isse] Form. *ire per aliquid*, quae respondet Graec. ἰέναι — χωρεῖν — ἔρχεσθαι —

eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem esse fateatur; quem non posse aliter exsistere neque exstitisse unquam confirmo, nisi eum, qui tanquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. Quod adeo negligitur ab horum

βαίνειν διά τινος vd. Valck. ad Eurip. Phoen. v. 482 et 1554., significat h. l. pertractare, penetrare aliquid, diu multumque versari in aliqua re. Ovid. Fast. I, 15. *Annue conanti per laudes ire tuorum.* Frequentatur a Quint., vd. Lex. Bonnell. s. v. I, 7, 35. *Non obstant hae disciplinae per illas euntibus, sed circa illas haerentibus.* VII, 1, 64. *nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes.* X, 5, 21. *per totas ire materias* c. annot. Herbst. *Numeros* Dronk. intellexit de partibus eloquentiae coll. Quint. VIII. prooem. 1. *inventa disponendi — per omnes numeros penitus cognoscere.* Sed haec locutio proprie desumpta est ab re athletica, unde rhetores multas formulas petiisse annotavimus ad Dial. 5. Quint. X, 1, 4. *sed athleta, qui omnes iam perdidicerit a praeceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina praeparandus sit.* XII, 2, 12. *Et ut palaestrici doctores illos, quos numeros vocant, non idcirco discentibus tradunt, ut iis omnibus, quae didicerunt, in ipso luctandi certamine utantur* etc. Senec. Benef. VII, 1. Plin. Paneg. 71, 6. *Omnes comitatis numeros obibas* c. annott. Schwarz. et Gier. Iuven. 6, 247. *vel quis non vidit vulnera pali, Quem cavat assiduis sudibus scutoque lacessit Atque omnes numeros implet?* Sic *omnibus numeris absolutus* Plin. Epp. IX, 38.

ut denique oratorem esse fateatur — neque exstitisse] *et* ante *ut* in Codd. Par. Vind. et vett. Edd. deletum iam ab Rhen. et omiss. in Cod. Farn. teste Schluttig. eiecerunt seqq., quod in anaphora semper abest, vd. Boett. Lex. Tac. Prolegg. p. LXL. Deinde ab eodem Cod. confirmatur *esse* e coniect. Muret. receptum ab Orell. Bekk. Boett. et postea a Walth. Bach. Ritt. Recepi *neque exstitisse* pro *nec exst.* ex eodem Cod. c. Walth. Bach. et Ritt.; Schurzfl. coniecturam *esse denique oratorem eum fateatur* mutato ordine vv. *d. o. esse eum fateatur* in textu posuit Schulz. At supplemento *eum* non opus est, quum ellipsis pronomm. ap. Tac. frequentissima sit: vd. nos ad Dial. 19. Boett. Lex. Tac. 383 sq. Idem Schulz. male explicat *exsistere* per eminere, excellere, quum simpliciter significet fieri, exoriri. Cic. Orat. 3, 12. *me oratorem — exstitisse.* de Orat. II, 46, 194. *poetam bonum neminem — sine inflammatione animorum exsistere posse.*

qui — exierit] De hac metaphora vd. annot. ad Dial. 10., cui add. Cic. Orat. 13, 42. de Orat. I, 32, 147. De sententia III, 22, 84. *Neque enim apud homines res est ulla difficilior*

temporum disertis, ut in actionibus eorum vis quoque cotidiani sermonis, foeda ac pudenda vitia, deprehendantur; ut ignorent leges, non teneant senatus consulta, ius civitatis ultro derideant, sapientiae vero stu-

neque maior neque quae plura adiumenta doctrinae desideret (quam eloquentia).

vis quoque cotidiani sermonis, foeda ac pudenda vitia, deprehendantur] *vis* Codd. Edd. Spir. Orell. (c. asterisco) Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt.; *vix* Edd. Put. Riv. Ber. Alc.; *fex* Rhen. et seqq. (*faex* Osann. Dronk.), quod, sicut *faex* dicitur infima plebs (Cic. Epp. ad Q. Fr. II, 6. ad Attic. I, 16), intelligendum esset de sordido atque humili sermone, de quo tamen vix apud quenquam scriptorem usurpatum inveniatur. Heumann. *ut in actionibus eorum foeda quoque quotidiani sermonis ac pudenda vitia deprehendantur*; Schulz. probat. Osann. in annott. *ut in actionibus eorum vitia quoque* [*quaeque* Osann.] *quotidiani sermonis foeda, ac pudenda depr.*; Orell. in annott. comprobantibus Boettich. in annott. et comment. de vit. et script. Tac. et Gutmann. in interpr. vernacula: *ubique* (pr. *vis quoque*) *quotidiani sermonis foeda ac pudenda vitia deprehendantur*; Eckstein. coniecit *usque* pr. *vis quoque*; Doederlein. in dissert. de Tacito verborum transpositione emendando p. 18. *ut in actionibus eorum foeda ac pudenda vixque quotidiani sermonis vitia deprehendantur*; qua tamen transpositione non opus esse existimavit C. T. Zumpt. in censura huius dissert. in Berl. Iahrb. f. Kritik 1839. Nr. 45. p. 356., quum emendatione *vix quoque* in textum admittenda omnis loci difficultas tollatur et *quoque* notione v. *sogar* post negationem apud bonos scriptt. reperiatur. Verba sic interpretatus est: man findet in den Reden dieser Leute schmähliche Fehler, wie sie selbst in häuslicher Conversation kaum vorkommen. Quam loci emendandi et explicandi rationem ceteris omnibus praeferrem, si non lectio recepta sic tuenda mihi videretur, ut *vis* (sicut *vis veneni* Cic. or. pr. Cael. 24.) in malam partem et, ne asyndeto offenderemur, verba *foeda ac pudenda vitia* per epexegesin acciperentur: dass man in den gerichtlichen Reden derselben den Einfluss der Sprache des gemeinen Lebens (der täglichen Unterhaltung Ritt.), hässliche und schändliche Fehler, antrifft — wahrnimmt. De *sermone cotidiano* cf. Quint. XI, 1, 6. XII, 10, 40 sq.

non teneant senatus consulta] Quae, ut annot. Schulz. probe nosse debebat patronus causarum, quum a Tiberii temporibus vim legum obtinerent. vd. Heinecc. Antiqq. Rom. iurisprud. illustrant. I. tit. II. §. 45.

ius civitatis — derideant] I. e. ius civile, rarissima significa-

dium et praecepta prudentium penitus reformident, in paucissimos sensus et angustas sententias detrudant eloquentiam velut expulsam regno suo, ut, quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora

tione. Dronk. intelligi vult illud ipsum ius, quod quae iura complexum sit exposuerit Heinecc. l. l. I. tit. II. §. 24 sqq.

praecepta prudentium] *Prudentes* h. l. non intelligo cum Schulz. et Dronk. iuris consultos, qui saepe absolute ita dicuntur, quorum sententiae et opiniones *responsa*, nunquam *praecepta* (Iustin. Instit. I. tit. 2. med.) appellantur, sed c. Bach. philosophos, quos tamen saepissime, sicut philosophiam h. l. *sapientiam*, *sapientes* (vd. ad Dial. 5.) vix *prudentes* aetate argentea appellatos constat. De philosophiae studio ab oratoribus neglecto queritur Quint. quoque XII, 2, 8. *Sed quia deserta ab his, qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiae non iam in actu suo atque in hac fori luce versantur, sed in porticus et in gymnasia primum, mox in conventus scholarum recesserunt* etc. De formis *um* et *ium* genit. plur. tert. declinat. participp. et adiectivv. in ns vd. Reisig. Vorl. §. 68. c. Haas. annot. 83.

in paucissimos sensus etc.] Cf. Cic. de Orat. I, 11, 46. *Multi erant praeterea clari in philosophia et nobiles, a quibus omnibus una paene voce repelli oratorem a gubernaculis civitatum, excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia ac tantum in iudicia et conciunculas tanquam in aliquod pistrinum detrudi et compingi videbam.*

velut expulsam regno suo] Cic. de Orat. III, 32, 126. *quantam rerum varietatem, quantam vim, quantam copiam, Crasse, complexus es quantisque ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare!* Sic metaphor. *regnum forense* Cic. Epp. ad Fam. IX, 18., *iudiciale* Epp. ad Attic. I, 1., *regnum meum* (Cic. in iudiciis) or. pr. Sull. 7. c. annot. Matth.

quae olim omnium artium domina] Cic. Offic. III, 6, 28. *Haec* (iustitia) *enim una virtus est domina et regina virtutum.* Or. pr. Muren. 14. *sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia* c. annot. Matth., a quo laudatur Quint. I, 12, 18. *flexanima atque omnium regina rerum oratio*, coll. Eurip. Hec. 816. πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώπων μόνην. De principatu eloquentiae vd. Cic. Off. II, 19, 66. *Quid enim eloquentia praestabilius vel admiratione audientium vel spe indigentium vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic ergo a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus.*

pulcherrimo comitatu] Cic. de Orat. III, 6, 23. *quocunque ingreditur* (eloquentia), *eodem est instructu ornatuque comitata*

implebat, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate quasi una ex sordidissimis artificiis discatur. Ergo hanc primam et praecipuam causam arbitror, cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes

circumcisa et amputata] *Circumcidere* et *amputare* vites et ramos arborum proprie dicuntur agricolae et vinitores, qua signif. pariter ac translata hh. vv. a Cic. frequentantur: Finn. V, 14, 39. *quae sit scientia atque ars agricolarum, quae circumcidat, amputet* etc. I, 13, 44. *amputata circumcisaque inanitate omni et errore.* de Orat. I, 15, 65. Acad. II, 45, 138. cf. Sarp. quaest. philoll. p. 6. (in Frotscher. ed. Quint. L. X. p. 243.), qui praeterea comparat *circumscribere, resecare* et *coercere.*

sine ingenuitate] *Ingenuitas* est liberalitas animi ex honesta educatione orta, honestas libero homine digna. Cic. de Orat. II, 59, 242. Academ. I, 9, 33. Eloquentia igitur *sine ingenuitate* i. q. libero homine non digna.

quasi una ex sordidissimis artificiis] Syntaxis congruentiae postulat, ut dicatur *quasi unum ex s. a.* Sed Tac. respiciens ad antecedens subiectum *eloquentia* scripsit *una*: cuius quidem constructionis insolentioris exempla frustra apud scriptt. Latt. quaesivi. Explicanda videtur ad analogiam structurae et Graecis et Latinis usitatae, qua adiectivum superlativo positum et cum genitivo partitivo vel c. praep. *de* aut *ex* coniunctum genere non refertur ad genitivum partitivum, sed ad nomen, cui subiectum est. Cf. Matth. Gr. §. 459. Herod. IV, 85. ἐθηεῖτο πόντον ἀξιοθέητον ὄντα· πελαγέων γὰρ ἁπάντων πέφυκε θωυμασιώτατος. Hom. Il. 22, 139. G. T. A. Krueger. Syntaxis Congruentiae d. lat. Spr. Brunsvig. 1840. 4. p. 13., qui a me de h. l. consultus hanc explicationem humanissime mecum communicavit et quemadmodum Latine dicatur, *naufragium calamitatum omnium maximum est*, ita dici quoque posse putat, *naufragium unum est ex maximis calamitatibus.* Plin. H. N. XVIII, 18. *Hordeum frugum omnium mollissimum est.* — *Unus* superlativo adiectivi praefixum, quod modo genitivo effertur, modo cum praeposs. *ex — de — ante* coniunctum est, cum quadam vi positum refertur ad excellentiam. Cic. Tusc. II, 26, 64. *amplitudinem — unam esse omnium rerum pulcherrimam* c. annot. Kuehner. De Orat. III, 14, 55. *Est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus.* Nat. D. I, 2. *et una excellentissima virtus iustitia* c. annot. Ochsn. in Ecl. Cic. p. 34. Corn. Nep. Attic. 3. extr. *unus ei ante alios fuerit carissimus.*

Ergo hanc — cur in tantum — recesserimus] Recte *ergo* exhibent Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Ber. Alc. Lips. et seqq., quia Messalla argumentationem confecit et con-

desiderantur, quos potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem, quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est? Et Cicero his, ut opinor, verbis refert, quicquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum, sed Academiae spatiis con-

clusionem finivit; *ego* Cod. Vatic. 1862. Edd. Rhen. Ald. Pith. Brot. Ern. Bip. Dronk. Osann. Orell. Deinde *cur tantum* Codd. Par. Vind. Edd. pleraeque, *in tantum* Cod. Farn.!, ex emend. Bekk. *cur in tantum* Boett. Walth. Bach. Ritt. vd. Dial. 24. *cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus.* De sententia vd. Quint. V, 12, 17. *quia declamationes — olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt atque ad solam compositae voluptatem nervis carent.*

quem studiosissimum Platonis — proditum est] »Testantur id Hermippus in Plutarch. Demosth. 5. Polemo ap. Diog. Laert. III, 46. Cic. Brut. 31, 121. [c. annot. Bernh. in Ed. Meyer.] de Orat. I, 20, 89. Orat. 4, 15. [Off. I, 1, 4.] Quint. XII, 2, 22. 10, 23. Gell. N. A. III, 13. et Lexicogr. Graeci.« Eckstein. in Ed. Walth. Adde Acta soc. Graec. edd. Westermann. et Funkhaenel. Vol. I. p. 289 sq.

his, ut opinor, verbis refert] E Cod. Farn. (coll. a Schlutt.) *verbis refert* receperunt Walth. Bach. Ritt. *refert verbis* Codd. Vaticc. Edd. Brot. Bip. Oberl. Dronk. Osann. Orell.; *refert* omissum est in Codd. Par. Vind. et reliquis Edd. approbante F. A. Wolf. in Verm. Schr. p. 159 sq., sed potior est bonorum Codd. auctoritas. Cf. Cic. Orat. 3, 12. *et fateor, me oratorem, si modo sim aut quicunque sim, non ex rhetorum officinis* (i. e. ex scholis eorum, qui praecepta dant eloquentiae, Orell. in Onom. Tull. p. 2.), *sed ex Academiae spatiis* (i. e. e scholis Academicorum philosophorum ib.) *exstitisse.* Quint. XII, 2, 23. *nam M. Tullius non tantum se debere scholis rhetorum, quantum Academiae spatiis frequenter ipse testatur.* X, 1, 81. Manso verm. Schr. p. 69.

non rhetorum, sed Academiae spatiis] *Spatia,* quod voc. pariter atque *ambulatio* de actione et de loco usurpatur vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. III. p. 52., sunt loci ad ambulandum facti in gymnasiis, villis, porticibus, cuiusmodi Cicero in villis suis habebat ad similitudinem gymnasiorum Graecorum, in quibus philosophi habitabant et scholas habebant. Cic. de Legg. I, 4. c. annott. Wyttenb. et Moser. ib. Turneb. p. 540 et 755. *Academiae*, gymnasii Atheniensis, *spatia* commemorantur a Cic. Finn. V, 1, 1. in. *Quum autem venissemus in Academiae non sine causa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quam volueramus.* Orat. 3, 12. Sic *Academia* in Cic. quoque Tusculano locus erat, ubi de rebus ad philosophiam per-

secutum. Sunt aliae causae magnae et graves, quas vobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus explevi et, quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi, quos, si forte haec audierint, certum habeo dicturos me, dum iuris et philosophiae scientiam tanquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.

tinentibus disputabatur, vd. Tusc. II, 3, 9. III, 3, 7. H. l. *spatia* tantum ad Academiam, non ad rhetorum officinas referenda sunt. — Heumann. ex coniect. Acid. *in* ante *rhetorum* intrusit, qua non opus esse probatur his exemplis Taciti. Dial. 35. *in scholas, quibus.* Ann. VI, 3. *custoditurque domibus magistratuum.* XII, 36. *Stetere — campo, qui castra praeiacet.* Hist. III, 19. *Posse coloniam plano sitam impetu capi.* V, 3. *vitisque aurea templo reperta.* Cf. Wopkens. in Ed. Orell. ad h. l. Pabst. Ecl. Tac. p. 303. Hand. Turs. Vol. III. p. 351 sq. Kritz. ad Sall. Iug. 30, 3.

causae magnae et graves] Haec synonyma coniunxit Plin. Epp. I, 193. *magnae et graves causae.* V, 8, 6. *Egi magnas et graves causas.*

quas vobis aperiri aequum est] Sic Codd. et vett. Edd. it. Dronk. Osann. et Bach.; praepos. *a* ante *vobis* a Rhen. interpositam receperunt seqq., qua omissa non oritur nimia orationis ambiguitas, quae iis, quae sequuntur, facile tollitur. De structura ipsa apud scriptt. Latt. cf. Reisig. Vorles. §. 379. c. Haas. annot. 551., ap. Tac. frequentissima vd. annot. ad Dial. 4. extr., ap. Liv. Fabr. ad XXI, 2, 4.

quos, si forte haec audierint] Boett. Walth. Bach. Ritt. *quod si forte haec audirent* Cod. Farn., *audierint* e marg. Lips. 1600. et commendat. a Broter. in annott. receperunt Orell. Bekk. (a quo exhibetur *qui si forte haec audierint*) et Boett.; *quos* ex emend. Pithoei Dronk. Osann. Orell. al.; *quod si forte hoc audirent* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *qui s. f. h. a.* Edd. Put. seqq. usque ad Dronk. praeter Heum., a quo *qui s. f. h. audient* correctum est.

dum — laudo] Frequens est apud poetas, historicos post Livium et praecipue ap. Tacitum constructio part. *dum* cum indicat. praes. in re praeterita enarranda et in oratione obliqua, ubi Ciceronem eiusque aequales coniunctivo usos esse (vd. Hand. Turs. Vol. II. p. 312.) satis constat. Vd. Hand. l. l. p. 306 sq. (ubi inter exempla e Tac. hunc quoque loc. attulit) Boettich. Lex. Tac. p. 254 sq. Walth. ad Ann. II, 81. Beneck. ad Iustin. IX, 2, 10. Fabr. ad Liv. XXIV, 19. Heinrich. ad Cic. or. pr. Tull. §. 12. p. 75 sq. et in Addend. p.

C a p. XXXIII.

Et Maternus, Mihi quidem, inquit, susceptum a te munus adeo peregisse nondum videris, ut inchoasse tantum et velut vestigia ac lineamenta quaedam ostendisse videaris. Nam quibus instrui veteres oratores so-

XXIII. Tac. Ann. II, 81. *Tandem victa pertinacia Piso oravit, uti traditis armis maneret in castello, dum Caesar, cui Syriam permitteret, consulitur.* XIII, 15. *quod, dum rumorem respiciunt, dum parant defensiones, morarentur.* Hist. III, 28. *versas illuc omnium mentes, dum Vitellius amicorum inimicorumque negligens fovet aemulum.*

ineptiis meis plausisse] *Ineptiae* non sunt studia frivola et minuta, quasi dicas *mein Steckenpferd*, ut explicat Schulz., sed studia artium non necessariarum ideoque absurdarum, quibus mera doctrinae ostentatio quaeratur, *Pedantereien.* Quid sint *ineptus* et *ineptiae*, optime explanavit Cic. de Orat. II, 4, 17 sq. III, 49, 187. *Plaudere sibi* legitur Plin. Epp. IX, 14. in. Horat. Sat. I, 1, 66.

Cap. XXXIII. *Et Maternus*] Vd. annot. ad Dial. 4.

inchoasse] Codd. Farn. Vind. Edd. post Ald. praeter Dronk. et Osann., qui *incohasse* scriptur. Cod. Par. et vett. Edd. revocarunt, de qua utraque cf. Dronk. et Eckstein. ad h. l. Doederl. Lat. Syn. Vol. III. p. 156 sq. de differentia vv. *ordiri*, *incipere*, et *inchoare*, ubi h. l. allato observat *inchoare* contraria habere *peragere*, *perficere*, *ad finem perducere*, *consummare.*

et velut vestigia ac lineamenta quaedam] Bene Walch. ad Tac. Agric. 34. p. 358 sq. annotavit, in h. l. duplicem inesse metaphoram. Nam *vestigia* proprie sunt signa a pede hominis vel animalis impressa, *lineamenta* autem extremae lineae, quas pictor facit, ut picturam adumbret. Cicero metaphoras ab arte pingendi repetitas transfert ad artem oratoriam. Sic Quint. quoque II, 6, 2. *primas lineas ducere*, et IV, 2, 120. *primis lineis designare.* Exemplis a Walch. collectis, quae duplicem metaphoram in eadem enunciatione exhibent, haec addo. Virg. Aen. IV, 1 et 2. *At regina gravi iamdudum saucia cura Vulnus alit venis et caeco carpitur igni.* Horat. Art. poet. v. 441. *male tornatos incudi reddere versus* (vd. Ern. init. rhetor. §. 319. et Matthiaei Encyclop. d. Philol., p. 136.). — In transcursu memoranda est mirabilis suspicio Rup. in Addend. Vol. III. p. 745., qui in vv. *videris* — *videaris* orationem sciolorum additamentis depravatam detexisse sibi visus veram scripturam proposuit: *susceptum* — *videris*, *sed inchoasse* — *ostendisse.*

Nam quibus — *soliti sint*] *sunt* Codd. Par. Vind. vett.

liti sint dixisti differentiamque nostrae desidiae et inscientiae adversus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera exspecto, ut, quemadmodum ex te didici, quid aut illi scirint aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuvevenes iam forum ingressuri confirmare et alere ingenia

Edd. it. Dronk. et Osann.; *sint* ex Rhen. emendat. Edd. seqq., quod confirmat Cod. Faru. De indicativo pro coniunctivo in interrogatt. obliquis posito cf. Reisig. Vorles. §. 329. c. Haas. annot. 504. Kuehner. ad Cic. Tusc. V, 41, 121. Bonnell. Prolegg. ad Lex. Quint. p. LXXI. — *Quibus* sc. artibus, studiis.

adversus acerrima — studia] *Adversus* h. l. dicitur rariore signific. in comparationibus pro *ad* vel *contra*, gegen; falso Dronk. de loco pro *e regione* accepit. Liv. VII, 32. *Quid autem esse duo prospera in tot saeculis bella Samnitium adversas tot decora populi Romani* etc. XXIV, 8. *tamen* (dux) *repente lectus in annum creatus adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur.* Sic *contra* ap. Quint. X, 1, 114. *C. vero Caesar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur.*

quid aut illi scirint aut nos nesciamus] *quod* Codd. Farn. *qd* Par. *quod* Vind. *qd'* Ed. Spir. *quod* Edd. vett. *quid* ex emend. Rhen. seqq. De discrimine inter *quid* et *quod* cf. Beneck. ad Iustin. VIII, 2, 12. Kuehn. ad Cic. Tusc. III, 18, 42. (de form. *habeo quod* vel *quid dicam*) Held. ad Caes. B. C. II, 20. Moser. ad Cic. de Divin. I, 5. Wagner. ad Virg. Ecl. 2, 2. Ramshorn. Gr. §. 160. Not. 1. Eckstein. ad h. l. Pro *scirent* emend. Schurzfl. *scierint* probatam Ern. in annott. receperunt Heum. Orell. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt. Ego posui *scirint*, de qua forma propius accedente ad *scirent* et commendata ab Heinrich. ad Iuven. 15, 166. coll. Schaef. ad Plin. Epp. III, 5, 7. (ubi hic pr. *scires* non *scieris*, sed *sciris* legi vult).

iuvenes iam forum ingressuri] *iam et forum ingressi* Codd. Farn. (om. *et*) Par. Vind. Edd. usque ad Ern., qui e Cod. Vat. 1862. *iam et forum ingressuri* recepit, quod deleto *et* auctore Schulz. et addicente Cod. Farn. probatum est recentt. praeter Orell. (qui *et* retinuit) et Bach., qui *ingressi* sic explicat: »quibus exercitationibus iuvenes qui iam forum ingressi sint (sive publicum eloquentiae specimen ediderint) ingenia sua confirmare et alere soliti sint, sc. antequam forum ingressi sint sive pro rostris dixerint, id quod inest in forma *soliti sint*.« Sed praestat *ingressuri*, propterea quod Messalla, qui de iis artibus hactenus disseruit, quibus veteres oratores instrui soliti sint, iam ad eas exercitationes progreditur, quae iuveni, qui foro

sua soliti sint. Neque enim dum arte et scientia, sed longe magis facultate et * eloquentiam contineri nec tu, puto, abnues, et hi significare vultu videntur. Deinde quum Aper quoque et Secundus idem annuissent, Mes-

et eloquentiae paretur (cf. Dial. 34.), sint faciendae. Fr. Hess. in commentt. mss. lect. *iuvenes iam et forum ingressuri* ita defendi posse censet, ut partic. *iam* ad *iuvenes* relata verba explicentur: quando ad iuvenilem aetatem iam pervenerant et forum ingressuri erant. — Cum formula *ingredi forum*, i. e. in iudiciis versari et causas agere, cf. *ire in forum* Quint. VII, 2, 54., *venire in forum* Cic. Epp. ad Fam. XIII, 10.; *forum attingere* V, 8., *in foro esse* Corn. Nep. Cat. 1.

Neque enim dum] Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Spir. Bekk. Boett. Bach.; *dum* cum Put. eiecerunt seqq. Hand. quidem Turs. Vol. II. p. 323. tmesin nomm. *nondum*, *nihildum*, *necdum* etc. locum habere posse negat, quod uno accentu contineantur, quando alterum enclitici instar alteri subiiciatur; sed exemplis rarioribus quidem hoc praeceptum refellitur. Terent. Heaut. II, 1, 17. *neque etiam dum scit pater.* Tac. Ann. XIII, 50. *acri etiam populi Romani tum libertate* vd. Boett. de vit. et script. Tac. p. 85. Bach. Prolegg. ad Tac. Vol. II. p. XXXXV., qui *neque dum* (Cic. Epp. ad Attic. XIV, 10. extr.) accipit pro *necdum* et sic explicat: »*eloquentiam arte et scientia nondum contineri* (i. e. si quis artem et scientiam consequutus sit, eum nondum oratorem esse) *sed longe magis facultate contineri* (i. e. sed oratori dicendi potius facultatem opus esse) *nemo dubitat.*« Fr. Hess. in commentt. mss. *sola arte* suspicatus est.

*sed longe magis facultate et * eloquentiam contineri*] *facultate et eloquentia* Codd. et vett. Edd. *facultate eloquentiam* ex emend. Rhen. seqq. Quum in scriptura Codd. et vett. Edd. post *et* aliquid excidisse videretur, quod concinnitas quoque orationis postularet, Rud. Agric. interponi voluit *meditatione*, Tyrwhittus *usu* probatum Dronk. et Orell., qui uncis inclusum in textu posuit, et Fr. Hess. coll. Quint. XII, 6, 4. *Et Hercule quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri discriminis facies, plusque, si separes, usus sine doctrina quam citra usum doctrina valet.* Forsitan exciderit *vi* post *et*, quum legatur Dial. 30. *vis et facultas*, et infra h. cp. *facultati vis eloquentiae accedat.* Klossmann. Prolegg. p. 4. suspicatur respici a Materno ad Cic. de Orat. I, 2, 5.

hi] Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Rhen. et sqq. ss. omiss. in Edd. Put. Riv. Ber. Alc.; *ii* Cod. Farn. »*Hi* sunt intelligendi, qui huic sermoni intersunt.« Eckstein.

salla quasi rursus incipiens, Quoniam initia et semina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui oratores instituti erudirique soliti sint, persequar nunc exercitationes eorum. Quanquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiae accedat: per quae colligitur eandem esse rationem et percipiendi, quae proferas, et proferendi, quae perceperis. Sed si cui obscuriora haec videntur isque scientiam ab exercitatione separat, illud certe concedet, instructum et plenum his artibus animum

idem annuissent] *Annuere* i. q. nutu vel vultu significare velle nos aliquid. Tac. Ann. XV, 58. Cic. de Orat. II, 70, 287. *Id quoque toto capite annuit.* Paullo post ad *Quoniam* suppl. *inquit.*

initia et semina] Cic. Tusc. V, 24, 69. *Inde est indagatio initiorum et tanquam seminum.* Quint. II, 20, 6. *initia quaedam ac semina sunt concessa natura.*

nisiut] Offensi praeter necessitatem hac lect. in Codd. et plerisque Edd. exhibita Acid. Heum. Schulz. et Dronk. *ut* sustulerunt, Huet. malebat *nisi et*, Orell. *nisi ubi*, Osann. in textu posuit *nisi simul*, Boett. coniecit *nisi ut scientiae meditatio*, *ita meditatio* etc. Nam hanc formulam recte defendit Wopkens. Observv. misc. Vol. VII. P. 3. p. 403. Plin. Epp. II, 11, 16. *Neque enim iam inchoari poterat actio, nisi ut noctis interventu scinderetur.* Quint. V, 10, 57. *Nunquam itaque a specie tolletur genus, nisi ut omnes species, quae sunt generi subiectae, removeantur* (ubi Spald. om. *ut*). Fr. Hess. in commentt. mss. h. l. sic interpretatur. »Altera pars enuntiationis non conditionem alterius partis, sed consequentiam continet et particula *ut* posita est pro *ita ut.* Sententia est: Si quis ad omnes eas artes incumbit, quibus summa eloquentiae vis ac facultas paratur, hoc ipsum studium efficit, ut non solum scientia eius in dies augeatur, sed etiam meditatio et facultas et usus eloquentiae accedat.«

meditatio] Vd. annot. ad Dial. 10. add. Cic. Brut. 37, 139. de Orat. II, 27, 118. Quint. II, 10, 2. *meditatio dicendi.* vd. Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

vis eloquentiae] Ex coniect. Acid. *usus eloq.* receperunt Heum. et Schulz., probat. Dronk. et Boett. in annott.

plenum his artibus — paratiorem] Aetate Quint. (vd. IX, 3, 1.) structura adiect. *plenus* c. ablativo usitatior quam cum

longe paratiorem ad eas exercitationes venturum, quae propriae esse oratorum videntur.

Cap. XXXIV.

Ergo apud maiores nostros iuvenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis deducebatur a patre vel

genitivo, qui hunc casum coniungit cum subst. ad animum spectantibus (*plenus iucunditatis* X, 1, 96. *auctoritatis* IX, 4, 108.), illum cum substantt., quae ad res extra nos positas pertinent (*plenum pueris gymnasium* II, 8, 3.). Apud Cic. rarior est ablativus vd. Verr. IV, 57, 126. coll. Muret. Varr. Lectt. XVII, 4.: de usu promiscuo Liv. vd. Drakenb. ad III, 25. V, 11, 14. XXVII, 40, 8.; de Caesaris Herzog. ad B. C. II, 41. cf. Ruddiman. Vol. II. p. 112. Haas. annot. 531. ad Reisig. Vorles. p. 645. — Ex emend. Lips. *paratiorem* receperunt seqq., pro quo exstat in Codd. Par. Vind. vett. Edd. *paratum*, in Cod. Farn. *aperte.*

quae propriae esse oratorum videntur] *quae proprie circa oratoriam videntur* Codd. Par. Vind. (*oratorium* ut Ed. Spir. sed a sec. man. corr. *oratoriam*), *propriae circa oratoriam* Edd. usque ad Ern., it. Osann. et Orell. (c. asterisco ante *circa*). Ern. coniecturam in annott. prolatam *quae propriae curae oratorum* secuti sunt Broter. Bip. Schulz. Oberl. Dronk.; Heum. *propriae circo oratorum;* Cod. Farn. teste Nieb. *proprie et oratorum*, teste Schlutt. *proprie et ornatorum*; ad quas lectt. corruptas prope accedit Rud. Agricolae emendat. *propriae esse oratorum videntur*, recepta a Walth. et Bach., omisso v. *esse* a Bekk. Boett. et Ritt. Sic Cic. Brut. 12, 47. *quod iudicaret hoc oratoris esse maxime proprium.* Off. I, 1. *quod est oratoris proprium.*

Cap. XXXIV. *foro et eloquentiae*] Vd. annot. ad Dial. 11. p. 73.

refertus honestis studiis] Sic Cic. de Caelio or. 30, 72. *Cuius prima aetas dedita disciplinis fuit iisque artibus, quibus instruimur ad hunc usum forensem, ad capessendam rem publicam, ad honorem, gloriam, dignitatem.*

deducebatur] Apud Romanos *deduci* dicebantur a patribus adolescentes ad viros in civitate primarios (oratores vel iuris consultos), quibus in disciplinam traditi ita commendabantur, ut eorum consuetudine ac praeceptis doctiores fierent: vd. Cic. Off. I, 34, 122. II, 13, 46. Cat. M. 9. Constat Ciceronem a patre ad Scaevolam augurem iuris discendi causa esse deductum vd. Brut. 89, 306. Lael. 1.: sic Caelium ad Ciceronem vd. or.

a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat. Hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse sive in iudiciis sive in concionibus assuescebat, ita ut altercationes quoque excipere et iurgiis interesse, utque sic dixerim, pugnare in proelio disceret. Magnus ex hoc usus, mul-

pr. Cael. 4. Cf. Quint. X, 5, 19. XII, 11, 5 et 6. *Frequentabunt vero eius domum optimi iuvenes more veterum et veram dicendi viam velut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiae parens et ut vetus gubernator littora et portus et quae tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid adversis ratis poscat, docebit non humanitatis solum communi ductus officio, sed amore quodam operis. Nemo enim minui velit id, in quo maximus fuit. Quid porro est honestius quam docere quod optime scias? Sic ad se Caelium deductum a patre Cicero profitetur: sic Pansam, Hirtium, Dolabellam in morem praeceptoris exercuit cotidie dicens audiensque.* Plin. Epp. II, 14, 3. Eckstein. ad h. l.

qui principem in civitate locum obtinebat] Codd. Farn. Vaticc. Edd. Broter. Bip. Oberl. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. et recentt.; Schulz. *princ. loc. in civ. obt.*; *qui principem locum in civitate tenebat* Codd. Par. Vind. cett. Edd.; *princ. in civ. loc. tenebat* Seebod. Ed. II. Cf. Dial. 8 et 38. de form. *locum obtinere*, quae frequentatur a Cic. quoque, ut Brut. 67, 238. or. pr. Quint. 13.

Hunc sectari] Vd. annot. ad Dial. 2.

dictionibus] Sunt orationes h. l., ut Cic. de Orat. I, 15, 64. 33, 152. II, 67, 270. Quint. II, 4, 27., vel declamationes ut, Quint. I, 5, 2. II, 2, 6.

sive in iudiciis — interesse] Haec verba omissa in Codd. Par. Vind. et vett. Edd. e Cod. Farn. primus supplevit Lips. *Altercationes* sunt breves loquentium in senatu aut in iudiciis vices, quibus interrogationibus se et responsionibus utrimque interrumpunt, quae opponuntur *perpetuis orationibus* vd. Liv. IV, 6. VIII, 33. *Altercationis praecepta* rhetorica dat Quint. VI, 4. — *Alterc. et iurg.* coniunxit Suet. Tiber. 2. *nonnulli in altercatione et iurgio tribunos plebis pulsaverint.*

excipere et iurgiis interesse, utque sic dixerim, pugnare in proelio disceret] Bekker. correxit *exciperet — interesset*, quem secuti sunt Boett. et Ritter., qui hanc emendat. his verbis defendit, primum quod infinitivis efficiatur sententia longe ineptissima, apud maiores iuvenem *didicisse* oratorum excellentium altercationes auribus excipere eorumque iurgiis interesse, quasi hoc quenquam mortalium *discere* oporteat, quasi quisquam docendus sit, ut audiat altercantes et intersit iurgiis eorum; deinde quod repetitum *interesse* magnopere offendat,

tum constantiae, plurimum iudicii iuvenibus statim contingebat in media luce studentibus atque inter ipsa dis-

interesset vero paulo post *interesse* positum minus sit odiosum. Quibus observationibus haec obiicienda mihi videntur, *excipere* h. l. non simpliciter significare auribus excipere, sed (vd. annot. ad Dial. 2.) attente et cum studio audire, quod iuvenes didicisse non inepte dicuntur, praesertim quum *altercari* in iudiciis aut in concionibus non facile fuerit, ut ex Quint. praeceptis l. l. intelligitur. Repetitio autem v. *interesse*, pro quo Orell. *inserere se* (Tac. Hist. II, 19 et 61.) probat. Boett. et Rup. coniecit, molesta non est, quum exempla eiusmodi repetitionum apud optt. scriptt. non sint infrequentia. v. Cic. Catil. III, 12. *providere — providi — providere.* Nat. D. I, 6, 13. *Si erit inventus aliquis, qui quid verum sit invenerit* vd. Reisig. Vorles. §. 181. Beneck. ad Iustin. VII, 2, 11. Verba *utque sic dixerim* explica per *atque ut sic dixerim*, cuius formulae exempla sunt: Dial. 40. Germ. 2. Quint. X, 2, 15., *ut ita dixerim* Agric. 3. Plin. Epp. II, 5, 6., *ut ita dicam* Quint. X, 1, 6., qui de eius usu haec observavit VIII, 3, 37. *Et si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est*, Ut ita dicam, Si licet dicere, Quodam modo, Permittite mihi sic uti. *Quod idem etiam in iis, quae licentius translata sunt, proderit, quae non tuto dici possunt.* De locutione *pugnare in proelio* cf. Dial. 10 et 37. Spalding. ad Quint. X, 1, 121. coll. V, 13, 59.

constantiae] Haec est fiducia illa sive confidentia, partim ingenita, partim usu paulatimque paranda, quae est inter artis oratoriae instrumenta, quam Germani appellant *Dreistigkeit, Selbstvertrauen.* vd. Quint. prooem. §. 27. c. annott. Spald. Vol. V. Suppl. p. 8. ed. Zumpt. XI, 3, 155. XII, 5, 2. Sarp. Analect. p. 12. Suet. Ner. 7. Valer. Max. III, 1, 2. Sic *constantius* extr. h. cap.

in media luce studentibus] *Lux* dicitur a Cic. de locis et regionibus celebritate insignibus, ut Epp. ad Q. Fratr. I, 1, 7. *in luce Asiae*; tum de vita publica et de publico hominum convictu: Cat. M. 14. *in luce atque oculis civium.* Quint. I, 2, 18. *in media rei publicae luce.* Sic h. l. *lux*, h. e. forum et iudicia, ubi vera proelia sunt, opponitur umbraticis rhetorum exercitationibus et studiis secretis. XII, 2, 8. (*in hac fori luce*) 6, 4. *Et Hercule quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri discriminis facies.* I, 2, 18. *Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate et in media rei publicae luce vivendum est, assuescat iam a tenero non reformidare homines neque illa solitaria et umbratili vita pallescere.*

crimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex respuat et adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernentur. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur; et quanquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant, habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent, quid in quoque vel probaretur vel displiceret. Ita nec praeceptor deerat, optimus quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret; nec adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes: sed au-

contrarie — et iudex respuat] De v. *contrarie* vd. annot. ad Dial. 35. De re Quint. VI, 4, 19. *Est imprimis acuti videre, quo iudex dicto moveatur, quid respuat: quod et vultu saepissime et aliquando etiam dicto aliquo factove eius deprehenditur.* De v. *respuere* vd. annot. ad Dial. 9. *Aspernari ac respuere* coniunxit Cic. de Orat. III, 25, 99. Fat. 20.

habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam] Boett. in Lex. Tac. p. 177. *que* explicat per *etiam*, *praeterea*, ut infr. *hodieque*, coll. Ann. XIV, 28. *auxitque patrum honorem statuendo.* Verba sic strue: *habebantque copiam diversissimarum aurium ipsius populi*, et interpretare: habebantque copiam vel opportunitatem cognoscendi et inter se comparandi diversa iudicia populi, h. e. auditorum, qui causis et iudiciis interfuerant. De hac structura, qua genitivus genitivo est subiectus, cf. praeter Dronk. et Eckstein. ad h. l. Ramshorn. §. 107. Herzog. ad Caes. B. C. 1, 7. Kritz. ad Sall. Iug. 30, 3. 65, 3. Kuehn. ad Cic. Tusc. II, 15, 35. Creuz. ad Cic. de Rep. I, 28. p. 119. Reisig. Vorles. §. 342.

qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret] *Facies* (al. forma) h. l. i. q. *ἰδέα ἀρχέτυπος*, *ἀρχέτυπον*, *παράδειγμα*, *species* Cic. Orat. 2 et 3., *Urbild*; *imago* est adumbrata similitudo, *Abbild*. Cic. Off. I, 5. *Formam quidem ipsam, Marce fili, et tanquam faciem honesti vides.* Cic. Orat. 3. in. *perfectae eloquentiae speciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus.* Quint. X, 2, 15. *sufficiat imaginem virtutis effingere.* Liv. XL, 9. *simulacrum — imago pugnae* opponitur verae. Spectat autem *facies eloquentiae* ad forum et iudicia, *imago* ad scholas rhetorum.

ferro, non rudibus dimicantes] *sudibus* Codd. et Edd. vett. it. Seebod. et Bach., probatum Doederl. quoque Lat. Syn. Vol. III. p. 266. coll. locc. Liv. XL, 6. *multaque vulnera sudibus*

ditorium semper novum, semper plenum, ex invidis et faventibus, ut nec breviter dicta dissimularentur. Scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam

facta nec praeter ferrum quicquam defuit ad iustam belli speciem. 9. *quem sudibus te inspectante prope occiderunt*; in quo utroque loco *sudibus* (quod in *rudibus* pariter ac l. l. Iuven. corrigi vult Eckstein.) recte se habet, quibus praeacutis in ludicra pugna usi Macedones vulnera facere poterant, non rudibus. Iuvenal. VI, 248. *vulnera pali* a femina nisi sudibus acutis effici non poterant, quibus palus cavabatur. Nam milites tirones exercebantur ad palos, contra quos aut ligneis ensibus aut sudibus iisque acutis pugnabant. Liv. XXVI, 57. *sudibus inter se in modum iustae pugnae concurrerunt praepilatisque missilibus iaculati sunt.* Ap. Sall. Cat. 56. praeacutas sudes portabant milites Catilinae, quum militaria arma iis deessent. Lips. emendationi *rudibus*, in priorr. edd. ab eo in textum receptae, in posterr. tantum in annott. commendatae et probatae plerisque seqq. Edd. suffragatus est P. quoque Faber Semestrium Lib. II. Paris. 1573. 4. p. 243. in doct. comment. in h. l. *Rudis* erat virga s. pugio ligneus, quo gladiatores tirones exercendae artis causa pugnabant s. batuebant et quo utebantur lanistae artem gladiatoriam docentes. *Sudibus* utebantur milites se exercentes, *rudibus* gladiatores. Sed confirmatur haec emendatio potissimum loco Cic. de opt. gen. or. 6, 17, quem Tac. ante oculos habuisse videtur: *non enim* (Isocrates) *in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio.* De *eludere* verbo gladiatorio vd. annot. ad Dial. 5.

sed auditorium semper novum, semper plenum] Sic e Cod. Farn. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt., in Codd. Par. Vind. et reliquis Edd. *semper plenum, semper novum. Auditorium*, voc. aetat. argent., plerumque positum de loco ut Dial. 9. 10. 29. 39., *plenum auditorium* Quint. II, 11, 3., dicitur de auditoribus quoque ipsis (vd. Plin. Epp. IV, 7. sicut *acroasis* Cic. Epp. ad Attic. XV, 17.), qua duplici signif. h. l. est accipiendum, ubi forum locus est. Sic *conventiculum* de congregatione hominum (Cic. pr. Sest. 42.) et de loco, quo conveniunt (Tac. Ann. XIV, 15.).

ut nec breviter dicta dissimularentur] Sic Boett. et Bach. secuti Cod. Farn., qui tamen male exhibet *dissimularent.* Boett. explicatio h. lectionis probata Bach. haec est: »tam intentae erant in omnia diversae partes ut ne breviter quidem dicta iniudicata relinquerentur.« *Nec* i. q. ne — quidem vd. Reisig. Vorles. §. 245. c. Haas. annot. 417. Fabr. ad Liv. XXIII, 18, 4. Lectionem *nec bene dicta dissimularentur* in Codd. Par. (nisi quod *dissimularent*) Vind. et plerisque Edd. (Orell. c. asteri-

non minus in diversis subselliis parari quam suis; inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari. Atque Hercule sub eiusmodi praeceptoribus iuvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et assuefactus alienis experimentis, cui cotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, saepe cognitae populi aures, sive accusationem susceperat sive defensionem, solus statim et unus cuicunque causae par erat. Nonodecimo aetatis anno L.

scis post *bene*) Schulz. sic interpretatus est: »est βραχυλόγως dictum: ut quidem male dicta sugillarentur et exagitarentur ab invidis et adversariis, ita tamen ut bene dicta aeque laudarentur ab illis: virtus enim et in hoste laudanda.« Rud. Agric. coniecturam *nec male nec bene dicta* probata Lips. et Broter. recepta est a Bip., Pithoei *nec bene nec male dicta* a Walth.

in diversis subselliis] I. e. in subselliis adversariorum. De signif. adi. *diversus* vd. annot. ad Dial. 1.: usurpatur in causis de adversa parte a scriptt. aetatis arg.: *ex diverso consistens patronus* Quint. IV, 1, 42. *diversa subsellia* XI, 3, 133.; *adversa subsellia* §. 132. et VI, 1, 39. *Subsellia* sunt sedes iudicum, patronorum, advocatorum, testium, amicorum utriusque partis e regione sibi oppositae.

inde quin immo constantius surgere, ibi] *Inde* i. e. e diversis subselliis, *ibi* i. e. e suis. De form. *fama surgit* cf. Cic. Epp. ad Fam. VIII, 8. *magna illico fama surrexit*. Quint. XII, 9, 4. *resurgit fortior fama*. Tac. Hist. II, 42. *is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus an in ipsa Othonis parte seu dolo seu forte surrexerit parum compertum.*

fori auditor] I. e. auditor oratorum in foro agentium.

sive accusationem susceperat sive defensionem] Cf. annot. ad Dial. 5. Quint. XII, 7, 1 sq. Quum difficilius esset defendere aliquem quam accusare, iuvenes apud Romanos eloquentiae tirocinium in illustri aliqua accusatione ponebant. Cf. Boettig. de originibus tirocinii apud Romanos. Wimar. 1794. p. 5. Gesner. et Spalding. ad Quint. V, 13, 3. Cic. or. pro Cael. 30. extr. *Voluit* (Laelius) *vetere instituto eorum adolescentium exemplo, qui post in civitate summi viri et clarissimi cives exstiterunt, industriam suam a populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci.* A quo C. Antonium primum accusatum esse cp. 31. narratur.

solus statim et unus cuicunque causae par] Sic e Cod. Farn., quocum consentit Par. nisi quod *causa* exhibet, c. Lips. receperunt Edd. seqq., quod Orellio iudice exquisitius dictum

Crassus C. Carbonem, unoetvigesimo Caesar Dolabellam, altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non

pro eo, quod assolet *unus solus*; quae notio quasi per antithesin rursus complectitur omnia illa *oratorum, discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum*. In Cod. Vind. et Edd. ante Lips. est *solus statim unicuique causae par*.

Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem] Cf. Dial. 18. Narrat Cicero Crassum adolescentulum accusatorem Carbonis exstitisse v. Brut. 43, 159. Offic. II, 13. de Orat. I, 10, 40. 26, 121., et quidem III, 20, 74. annos natum unum et viginti, ubi Lambinus astipulante Orell. in annott. perperam *undeviginti* corrigi malebat, quum tamen Ciceroni in hac re maior auctoritas sit tribuenda quam Tacito. Nam *L. Licin. Crassus* natus 614. U. C. *C. Carbonem* maiestatis accusavit 635. Cf. Henrichsen. ad l. l. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 109., qui hanc dissensionem Tac. pariter ac de Iul. Caesare tribuit aut errori scriptoris aut librario oculorum aberratione lapso, a quo vitiosus numerus signis non verbis expressus textui sit illatus; Meyer. oratt. fragm. p. 147. Westermann. G. d. r. B. §. 49. Ad rem cf. Quint. XII, 6, 1. *Agendi autem initium sine dubio secundum vires cuiusque sumendum est. Neque ego annos definiam: quum Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit; Calvus, Caesar, Pollio multum ante quaestoriam omnes aetatem gravissima iudicia susceperint; praetextatos egisse quosdam sit traditum; Caesar Augustus duodecim natus annos aviam pro rostris laudaverit.* Sic Plinius Epp. V, 8, 8. undevigesimo aetatis anno se dicere in foro coepisse narrat.

unoetvigesimo Caesar Dolabellam] *unoetvigesimo* Codd. Farn. Vind. vett. Edd. Dronk. et recentt. praeter Bekk. et Boett., qui *unoetvicesimo* exhibent cum Bernegg. et reliq. Edd. *Dolobellam* Codd. Par. Vind. vett. Edd. Dronk., sicut Vell. Pat. II, 43. ed. Orell.; *Dolabellam* Lips. et seqq., quae sola scriptura proba exstat in nummis teste Eckhel. Doctrin. num. T. IV. p. 139 sq. In numero *unoetvigesimo* mendum inesse observarunt Lips. et Brot. ad h. l. Casaub. ad Suet. Caes. 11. Wesseling. Observv. p. 222. Caesar enim natus 655. U. C. admodum adolescens 677. anno aetatis vigesimo secundo tribus orationibus Cn. Cornelium Dolabellam, patrem P. Corn. Dolabellae, generi Ciceronis, repetundarum postulavit, quo iudicio liberatus est patrocinio Hortensii et Cottae. Suet. Caes. 55. *Post accusationem Dolabellae haud dubie principibus patronis annumeratus est.* Vd. Meyer. fragm. oratt. p. 176. 178 sq. Beier. ad Cic. oratt. pr. Tullio, in Clod. etc. p. 210. Westermann. G. d. r. B. §. 68. 8.

altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem] Praenomen

multum aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.

C. omittunt Codd. Par. Vind. et vett. Edd. it. Dronk. et Osann.; Lips., qui primus adiecit (num e Cod. Farn.?), secuti sunt posteriores. *Alter et vigesimus* i. q. vigesimus secundus; nam *alter* numeralibus additum modo pro primo, modo pro secundo est accipiendum. v. Liv. III, 33. XXXIII, 21. c. annott. Drakenb. Cic. Epp. ad Fam. XII, 25. ibiq. Manut. Philipp. I, 13. ibiq. Graev. et Garat. *C. Porcium Catonem*, M. Catonis affinem, nullius consilii adolescentem, qui tribun. pl. 698. U. C. Pompeio se vendiderat, Pollio accusavit lege Iunia Licinia et Fufia a. 700., sed absolutus est a C. Licin. Calvo et M. Scauro defensus. Vd. Cic. Epp. ad Fam. I, 2. 4. 5. ad Attic. IV, 15 et 16. ad Quint. Fr. I, 2, 5. Onomast. Tull. P. II. p. 486. Meyer. fragm. oratt. p. 211. Thorbeck. de Asin. Poll. p. 56. Heinrich. ad Cic. oratt. partt. ined. p. 7.

non multum aetate antecedens] *multo* Codd. Par. Vind. Edd. praeter Bach. et Ritt., qui recte receperunt e Cod. Farn. (teste Schluttig.) et Vaticc. *multum*, quanquam utraque structura est Latina; deinde *aetate* (in Cod. Par. *etate*) emend. ab Rhen. in Castigatt. p. 447. propositam pro *aetatem* lect. Cod. Vind. et vett. Edd. secuti sunt Edd. seqq. Sic Quint. X, 1, 103. *paulum aetate praecedens eum Bassus Aufidius.* Cic. Brut. 21, 82. *aetate paulum his antecedens* (cf. de discrim. vv. *antecedere* et *praecedere* Reisig. l. l. §. 413.). Off. I, 30, 105. *quantum natura hominis pecudibus antecedat.* Caes. B. G. VI, 27. *sed* (Alces) *magnitudine* (capras) *paulo antecedunt*? Cf. Ramshorn. §. 154. B. c. Not. 1. Reisig. Vorl. §. 226. c. Haas. annot. 400.

Calvus Vatinium etc.] Vd. annot. ad Dial. 21. Weichert. poett. Latt. reliq. p. 109.: »Quae verba cave ita accipias cum Pighio Ann. T. III. p. 360 et N. Fabro ad Senec. Controv. L. III. 19. p. 256. T. III. Amstelod. 1772. ac si Calvus non multo antecesserit aetate Pollioni, quem a. U. C. 678. primam vidisse lucem constat, quum manifestum sit auctorem Dialogi id non spectasse, ut, uter natu maior minorve altero esset, exponeret, sed uter eorum aetate iunior pro rostris posuerit tirocinium.«

hodieque] *hodie* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Osann. *hodie quoque* Cod. Vatic. 1862. Dronk. *hodieque* Edd. Ber. et seqq., quod tantum bis legitur ap. Tac. hic et Germ. 3., ubi vd. annot. m., et quod usurpatur a Liv. (I, 26. V, 27.) et scriptt. aet. arg., ut a Quintil. (X, 1, 94. *et hodie* III, 1, 21.), a Sueton. (Tib. 14. Claud. 19. vd. Clav. Suet. Baumgarten —

Cap. XXXV.

At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui rhetores vocantur; quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod [M.] Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, ludum im-

Crus. p. 398.), a Plin. al. vd. Dronk. et Eckst. ad l. l. et Boett. Lex. Tac. s. v. Sed quaeritur, num *hodieque* h. l. Codici, an ingenio Beroaldi debeatur.

Cap. XXXV. *adolescentuli*] Vd. Brem. ad Corn. Nep. Eum. 1. (*peradolescentulus*) et Attic. 2. (*adolesc.*) Saepe hoc deminutivum, ut h. l., cum quodam contemptu ponitur vd. Gernh. ad Cic. Cat. M. 9.

in scenas scholasticorum] *in se in* Cod. Farn. *in scena* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Ber. Alc. *scaena* Edd. Put. Riv., quam scripturam probatam Osann. ad Appul. orthogr. p. 123. argenteae aetati assignat Zumpt. ad Cic. Verr. III, 79. Emendat. Rhenani *scenas* omnes Edd. deinceps receperunt. *Scena* meton. est locus rei alicui publice agendae destinatus, ubi causae aguntur et orationes habentur, h. l. schola. Cic. de Orat. II, 83, 338. *Fit autem, ut, quia maxima quasi oratori scena videatur concionis, natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur.* Plin. Epp. VII, 17, 9. *Utique si latior scena et corona diffusior.* Quint. Declam. IX, 10. Vol. III. p. 177. Bip. *Hoc concitavit istam iudicii scenam.* Petron. Satir. 33. ibiq. Burm. Sic *theatrum* metaphor. Dial. 39. Vd. Boett. Lex. Tac. et Forcell. s. *scena.* Quemadmodum in scena rebus fictis et adumbratis loci plurimum est (Cic. Lael. 26.), sic in scholis rhetorum, quae opponuntur foro, ubi vera discrimina fiunt, fictae causae tractantur.

quod [M.] Crasso et Domitio censoribus] *quod M.* etc. Codd. et Edd. vett. it. Seebod. Sed ob manifestum errorem, quoniam non M. Crassus (vd. Dial. 37.), sed L. Licin. Crassus censor cum Cn. Domitio Ahenobarbo fuit, Pithoeus correxit *L. Crasso* probantibus Ern. Bip. Oberl. Schulz. Bekk. et Boett.; *Marco* eiecerunt Schurzfl. Heum. Dronk. Osann. Orell. Rup. Bach.; quod *Domitius* quoque praenomine careat, uncis saepserunt Walth. et Ritt. Sic Germ. 37. Codd. falso *M.* pro *Cn. Manlio* exhibent, quum librarii in nomm. propr. et praecipue in praenomm. plurimum labi soleant. De Crasso vd. annot. ad Dial. 18. *Cn. Domitius Ahenobarbus*, Cn. F. Cn. N., homo nobilissimus, fuit trib. pl. 650. U. C., in quo magistratu M. Iun. Silanum accusavit, M. Aemil. Scauro patri diem dixit et legem de sacerdotiis tulit, consul 658. c. Cassio Longino, et censor 662. c. L. Crasso, quocum mira dissensione propter dis-

pudentiae iussi sunt. Sed ut dicere institueram, deducuntur in scholas, quibus non facile dixerim utrumne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco nihil reverentiae, sed in quem nemo nisi aeque imperitus intrat; in con-

similitudinem morum censuram gessit, quum Crassus (cuius oratio in collegam habita commemoratur a Cic. Brut. 44, 164. de Orat. II, 11, 45.) optimatum, ipse populi partibus faveret. vd. E. A. I. Ahrens die drei Volkstribunen Ti. Gracch., M. Drusus und P. Sulpicius p. 56. Laudatur eius gravitas et auctoritas a Cic. de Orat. II, 56, 230. Cf. Onomast. Tull. P. II. p. 225. ed. Or. et Bait. Meyer; ad Cic. Brut. 44, 164.

ut ait Cicero] De Orat. III, 24, 93 et 94. *etiam Latini, si diis placet, hoc biennio magistri dicendi exstiterunt*; *quos ego censor edicto meo sustuleram, non quo (ut nescio quos dicere aiebant) acui ingenia adolescentium nollem, sed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam. Nam apud Graecos, cuicuimodi essent, videbam tamen esse praeter hanc exercitationem linguae doctrinam aliquam et humanitatem dignam scientia; hos vero novos magistros nihil intelligebam posse docere nisi ut auderent. — Hoc quum unum traderetur et quum impudentiae ludus esset, putavi esse censoris, ne longius id serperet, providere.* Hoc edictum censorium propositum est a. 662. U. C. non confundendum cum SCto, quo rhetores et philosophi Graeci C. Fannio et M. Valerio Messalla Coss. a. 593. U. C. 161. a. Ch. n. Roma expulsi sunt. Vd. Ellendt. Prolegg. p. XIV. Sueton. de clar. rhet. 1. Gell. N. A. XV, 11. Quint. II, 4, 42. Ciceronis aetate clari Latini dicendi praeceptores fuerunt *L. Plotius Gallus* et *M. Antonius Gnipho*. vd. Westermann. G. d. r. B. §. 30.

in scholas, quibus] Ex emend. Schurzfleisch. non necessaria *in* ante *quibus* interposuerunt Heum. Schulz. Oberlin. Dron. Bekk. Boett.; uncis inclusit Orell. De omiss. praepos. vd. Doederl. h. l. memor de brachylog. sermon. graec. et lat. p. 5. et annot. nostr. ad Dial. 32. Ramshorn. p. 474. Not. 2.

utrumne] Dial. 37. Rarius ap. Cic. or. pr. Quint. 30. de Invent. I, 31., II, 39., frequentius ap. Quint. V, 11, 28. c. annot. Spalding. XII, 1, 41. v. Bonnell. Lex. Quint. s. v. Cf. Reisig. Vorles. §. 277. ibiq. locc. all. scriptt. collectos.

sed in quem — intrat] I. e. sed is est locus, in quem nemo nisi aeque imperitus intrat. vd. Quint. X, 1, 82. *Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla consequi affectatio possit?* Unde manifestum est non necesse esse cum Acidalio corrigi *scilicet* pro *sed* probat. Orell. (qui h. v. non debebat praefigere asteri-

discipulis nihil profectus, quum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae.

scum), aut *est* c. Schurzfl. et Heumann., aut *et* c. Seebod., aut *sed* deleri c. Ern. Boetticherus elliptice dictum esse putat pro: sed caret ea omnino, cum in eum nemo — intret.

nemo nisi aeque imperitus intrat] *aeque imperitus* Codd. Farn. Vaticc. Edd. Broter. et seqq. praeter Seebod. Ed. II. Orell. et Rup., qui *imperitus aeque* lect. Codd. Par. Vind. et cett. Edd. receperunt. Bene Hand. Tursell. Vol. I. p. 195. observat contrahi orationem suppressa comparatione, ubi *aeque* addatur adiectivis, adverbiis et verbis, et complementum sententiae interdum in rei natura vel in alia accessione reconditum esse. Sic h. l. *aeque imperitus*, i. e. atque alter. Suet. Tib. 2. *exstant et feminarum exempla aeque*, i. e. ac virorum. Corn. Nep. Hannib. 4. *hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut posthac nunquam dextro bene usus sit*, i. e. ac sinistro oculo.

pari securitate et dicant et audiantur] »Securi, ne vituperentur et rideantur a doctioribus; parata, quidquid effuderint, laude.« Schulz.

exercitationes — contrariae] Ita sunt comparatae, ut nihil inde utilitatis ad actionem forensem, quam meditari debebant, redundare possit, noxiae, *zweckwidrig*, ex interpr. Schulz. Cf. Dial. 39. Spald. ad Quint. IV, 2, 64. Herbst. ad X, 5, 15. laudato h. l. Suet. Ner. 4.

Nempe enim] Coniunctae leguntur hae particulae ap. Quint. II, 13, 9. (ubi Spald. *nempe* affirmantis esse dicit cum respectu ad antecedentia — *ja*) VIII. prooem. 6. Plin. Paneg. 62. Epp. III, 16, 8. Cf. Boettich. Prolegg. ad Lex. Tac. p. LXLIV. coll. *nempe igitur* — *quippe enim* etc.

duo genera materiarum] Alterum genus, ad quod pertinent suasoriae, est deliberativum, alterum, ad quod referuntur controversiae, iudiciale: tertium genus demonstrativum non tractatur.

suasoriae et controversiae] Frequenter coniunguntur a scriptt. aet. arg., maxime a Quint. VII, 4. 2.; II, 10, 1. *suasorias iudicialesque materias*; III, 1, 2. *deliberativas iudicialesque materias*. *Suasoriae* sc. materiae, quae spectant ad genus deliberativum, utpote leviores minusque prudentiae exigentes pueris delegabantur. v. Quint. II, 1, 8. Plerumque in argumentis historicis versabantur, ut essent modo *simplices* II, 8, 18., modo *duplices* 19., modo *triplices* 33., quarum exempla vd.

Ex iis suasoriae quidem, etsi tanquam plane leviores et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur; controversiae robustioribus assignantur, quales per fidem

Quint. III, 8. VII, 4. Cf. Senecae Suasoriarum liber. Westermann G. d. r. B. §. 81. Bonnell. de mutat. sub prim. Caesar. eloq. condic. p. 17 sq.; de suasor. et controv. Bernhard. Röm. Lit. p. 120. *Controversiae* e genere iudiciali adultioribus et exercitatioribus discipulis assignabantur, quippe quibus, quum difficiliores ac magis compositae essent, iuvenum ingenia acuerentur et ad actiones forenses melius praepararentur. Vd. Senec. Controvv. Lib. I. prooem. p. 63. *Declamabat autem Cicero, non quales nunc Controversias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. — Hoc vero alterum nomen Graecum quidem est, sed in Latinum ita translatum, ut pro Latino sit, Scholastica, Controversia multo recentius, sicut ipsa declamatio. apud nullum auctorem antiquum ante ipsum Ciceronem et Calvum inveniri potest, qui declamationem distinguit. Ait enim, Declamare est iam non mediocriter dicere. Bene alterum putat domesticae exercitationis esse, alterum verae actionis. Modo nomen hoc prodiit. Nam et studium ipsum nuper celebrari coepit.* Quint. II, 10, 5. IX, 2, 77. Ern. Lex. techn. Lat. s. v. Exempla offerunt Senec. Controvv. et Quintil. quae feruntur Declamatt.

Ex iis — controversiae] E Cod. Farn. verba ab *Ex* usque ad *controversiae* omiss. in cett. Codd. et Edd. Lipsius primus supplevit. Verba *etsi tanquam* offenderunt VV. DD., quorum alii, ut Muret. Acid. Freinsh. Heum. Ern. Schulz. Oberl. Bekk. Boett. et Bach. *etsi* eiecerunt, alii uncis saepserunt, ut Seebod. Osann. Orell. Rup. et Ritt., Pith. asteriscum posuit post *etsi* probat. Boettich., cui quum verisimile videatur, sicut controversiae vituperentur, ita etiam simile quid de suasoriis iniectum esse, cui sententiae favere dicit quod sequatur *plane* i. e. utique, doch wenigstens, in comment. de vit. et scriptt. Tac. p. 86. exhibet *etsi . . . . tanquam*; in qua suspicione assentientem sibi habuit Eckstein. Orell. *etsi tamquam* ex *sic tamquam* corruptum suspicatus est.

robustioribus] *Robustus* saepe dicitur is, qui adolevit, nulla ratione roboris habita. Plin. Epp. X, 97, 2. *an quamlibet teneri nihil a robustioribus differant?* Ruhnk. Schol. in Suet. Ner. 20. Deinde *robustiores*, ut h. l., sunt magis adulti et in litteris exercitati, sicut saepissime ap. Quint. X, 1, 131. *iam robustis et severiore genere satis firmatis legendus* (Seneca). 5, 1. *quo robustiorum studiis ordinem dedimus.* I, 12, 1. II, 2, 14. al. Sic *robur* ad ingenium transfertur: Tac. Agric. 6. c. annot. Walch. et Bach. Quint. X, 1, 43. *robur viris dignum* ubi vd. Herbst.

et quam incredibiliter compositae! Sequitur autem, ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut tyrannicidarum praemia aut vitia-

per fidem] Pro corrupt. lect. *perfidia* Cod. Par. *perfidiae* Vind. (*perfidie*) et vett. Edd. *per fidem* e Cod. Farn. recepit Lips. et seqq. Exempla simplicis formulae *per fidem* non addito genitivo, de qua dubitarunt Drodk. et Osann., exstant: Virg. Aen. II, 141. *Per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam Intemerata fides, oro.* Petron. Sat. 100, 5. allat. ab Orell. *Per fidem, inquam, pater, cuius haec navis est?* Ille *per fidem* h. l. explicat ex formula *per tuam*, *per vestram fidem* omisso pronomine. Sed est haec, ut aliae *pro deum fidem*, *per deos* etc. vd. Rup. ad h. l., obtestandi potius et orandi quam indignandi formula. Fr. Hess. in commentt. mss. secutus emend. Groslot. *super fidem* locum satis probabiliter sic emendandum censet: *quales*, *quam super* (vel *supra*) *fidem et quam incredibiliter compositae*, coll. Quint. II, 10, 5. *Nunquam haec supra fidem et poetica — themata iuvenibus tractare permittemus, ut exspatientur —?* Haec emend. bene respondet frequentissimo usui synonymorum in h. Dial., quibus h. l. graviter reprehenditur, quod materiae abhorreant a veritate. Simplicius autem mihi videtur vv. transponere: *quales quam supra fidem et incredibiliter.*

Sequitur — adhibeatur] »I. e. accommodetur, ut sensus sit: sequitur, ut declamatio eodem modo a veritate et usu forensi abhorreat, quam materia.« Bonnell. de mut. sub prim. Caesar. etc. p. 17. Aliter Schneider. Observv. p. 13.: »materia, quae ficta neque ex rebus vere actis hausta nonnisi exercitationis loco esse potest et declamationem requirit.« Aliquid excidisse suspicatus Pithoeus post *quoque* interposuit *similis* et Heum. *par* e coniect. Acidal., qui vel *similis* vel *par* vel *talis* addi volebat, Orell. autem *vana.* Quibus additamentis non opus, quum *declamatio* cum vi dictum et bene explicatum esse per vv. sqq. *ingentibus verbis persequantur* recte observavit Eckstein. coll. Garaton. ad Cic. or. p. Planc. p. 205. ed. Wund. et Schmid. ad Hor. Epp. I, 2, 2. Quint. contra haec praecepit II, 10, 3. *Sint ergo et ipsae materiae, quae fingentur, quam simillimae veritati: et declamatio, in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est.*

tyrannicidarum praemia] Nullae fere declamationes frequentiores quam de tyrannis et tyrannicidis. vd. Bonnell. l. l. p. 27. Quint. II, 10, 5. *Nam magos et pestilentiam et responsa et saeviores tragicis novercas aliaque magis adhuc fabulosa frustra inter sponsiones et interdicta quaeremus.* Quint.

tarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum aut quicquid in schola cotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam ingentibus verbis prosequantur:

VII, 8, 3. *Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo praemia petit.* Quint. Declam. 282. *Tyrannicida veste muliebri.* 288. *Tyrannicida filiorum duorum.* 345. *Pauper ad tyrannicidium mercede conductus.* 382. *Tyrannicida conductus.* Calpurn. Declam. 13. *Medicus tyrannicida.* Senec. Controvv. I, 7. *Tyrannicida a piratis dimissus.* Excerpt. Controvv. IV, 7. *Tyrannicida et adulter tyranni.*

vitiatarum electiones] I. e. Heirathen der Entführten vom Entführer. Spectant ad legem scholasticam, quae dicitur raptarum: rapta raptoris aut mortem optet aut nuptias; de qua cf. Quint. IV, 2, 68. VII, 8, 4. Quint. Declam. 276. *Bona raptoris, qui se suspendit.* 309. *Raptor convictus.* Calpurn. Declam. 42. 44. 49. *Raptor duarum filium nutriens.* Senec. Controvv. I, 5. *Raptor duarum.* III, 23. *Mutanda optio raptore convicto.* Excerpt. Controvv. IV, 3. *Patre exsule filia rapta.*

pestilentiae remedia] »Fingebant isti rhetores pestilentiae tempore adiri oracula, vates consuli, responderi immolandam virginem aliave similia, quae mirum in modum exaggerabant.« Brot. Vd. Spalding. ad Quint. II, 10, 4. Anton. Liber. cp. 25. Quint. Declam. 326. *Legati filius victima pestilentiae.* 384. *Virgo immolata pestilentiae.* Calpurn. Decl. 19. 43.

incesta matrum] Quint. Declam. 330. *Abdicandus, qui alit adulteram matrem.* Quint. VII, 8, 3. *Incesti damnata et de saxo praecipitata vixit.*

in schola — in foro] *Schola* cum declamationibus et *forum* cum veris causis sibi opponuntur. Cic. de Orat. II, 24, 100. *Haec est enim in ludo causarum fere formula. At vero in foro tabulae* etc. Frequenter ap Quint. II, 10, 9. *Nihil ergo inter forense genus dicendi atque hoc declamatorium intererit? — quae nos, quamlibet per alia in scholis exercitati sumus, tirones in foro inveniunt.* IV, 1, 46. V, 13, 36. *Nam quidam etiam in foro tanquam rem molestam et odiosam praetereunt —: et scilicet multo magis in scholis* etc. 45. *Rursus aliud in scholis permittendum semper, in foro raro.* VII, 2, 54. *Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere.*

ingentibus verbis prosequantur] *persequuntur* Codd. Par. Vind. Ed. Spir. *persequantur* ex emend. Put. seqq.; *prosequuntur* Cod. Farn., quod emendatum in *prosequantur*, nec improbatum Boett. in annott. ut exquisitius recipiendum duxi, licet Eckstein. in tali sententia non aptum videatur. Sic *prosequi* (sc. verbis) Cic. pr. Rosc. Amer. 30, 83.; *verbis vehementiori-*

quum ad veros iudices ventum est
multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur

bus Verr. II, 29. extr.; *stilo* Plin. Epp. I, 8, 8.; *latius* Quint. V, 8, 2.; *latius dicendo* II, 6, 2.; *verbis* II, 4, 28. *Ingentia verba* sunt *sesquipedalia* Horat. Art. poet. v. 97., in quibus pro gravitate et sublimitate inest vanus tumor.

quum ad veros iudices ventum est] Post haec verba integra fere pagina in Cod. Farn. vacua relicta est additis his verbis: *multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur*, non, ut Lips. refert, *hic multum deficit;* margini Cod. Vat. 1518. appositum: *hic desunt sex pagellae* (al. *plagulae*); in Cod. Vat. 4498. exstat: *hic multum deficit;* in Cod. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. nullum est lacunae signum, quod primus exhibuit Beroald.; in Cod. Par. duarum vel trium litterarum spatium est relictum, ex cuius conditione mutilata Eggerus (vd. Zimmerm. Zeitschr. f. Alterthumsw. 1836. Nr. 42.) mensuram lacunae ita computavit, ut novem folia, sive duodeviginti paginas, h. e. sextam Dialogi partem intercidisse statueret. Schulting. et Schurzfl., qui pauca deesse suspicati sunt, coniecturas satis infelices protulerunt, quas vd. in Schulz. Excurs. V. p. 175 sq. Broter. supplemento 14 capp. a se excogitato hanc lacunam explevit. Nuper de hac lacuna, num magna an parva fuerit, et quibusnam interlocutoribus sermones habiti sint assignandi, copiosius disputarunt VV. DD., quorum sententias quam brevissime recensuisse sufficiat. U. Becker. epistol. in Seebod. Archiv. f. Philol. u. Paed. 1825. p. 71 — 74. repetit. in Orell. Ed. Dial. p. 94 — 98., quocum faciunt Bach. et A. Wittich. in Seebod. N. Archiv. V. 2. p. 261., suspicatur Iulium Secundum excepisse sermonem Messallae animique iudicium protulisse a cap. 35. usque ad cap. 40., ubi altera lacuna finem huius sermonis abstulerit, unde usque ad finem Maternum loqui, qui demonstret, summam illam eloquentiam alumnam fuisse licentiae; nec multa intercidisse et ea tantum desiderari, quibus Messallae oratio cum Secundi, et Secundi sermo cum Materni iusto transitu coniungatur. In eandem fere sententiam disputavit Doederlein. Rhein. Mus. v. Niebuhr. III, 1. p. 16 sq. repetit. in Ed. Or. p. 98 sq., nisi quod Secundo minores partes tribuit, et putat Maternum excepisse orationem Messallae (ut Zell. Ferienschr. III. p. 106 sq.), in quo assentientem sibi habuit Klossmann. Prolegg. p. 28 sq.; item Eckstein. Prolegg. p. 29 sq., qui inconstantiam in persona Materni in priore parte Dialogi antiquam libertatem, in posteriore recentiorem dominationem laudantis inter artificia scriptoris referens cum Strodtbeckio ironiam subesse arbitratur, quam prorsus a Materni oratione alienam esse iudicat Wittich. l. l. p. 272 sq.; denique Ritterus, cuius expositionem

rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat.

Cap. XXXVI.

Magna eloquentia sicut flamma materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea conse-

breviorem apponere lubet: »Sequentia eloquitur Maternus, quemadmodum exitus dialogi ostendit, non Secundus, quae Ul. Beckeri aliorumque sententia est. Maternus oratorum veterum prae novis praestantiam ex turbida veteris rei publicae condicione explicaturus paulatim assurgit et, postquam incitamenta antiqui oratoris et praemia percensuit formamque iudiciorum et consuetudinem prius minus adstrictam descripsit, postremum (c. 40.) quod sentit pronuntiat, eloquentiam esse alumnam licentiae, ideoque apud antiquos, cum licenter agerent, eam artem viguisse, sed iam, cum amota licentia modeste viveretur, fractam esse notabilem prioris aevi eloquentiam. Qui Secundi orationem huic operi insertam fuisse existimant, falsam sententiam ex c. 16. hauserunt. Sed non est ipse Secundus qui se dicturum ibi promittit, sed Maternus pollicetur se et Secundum exsecuturos eas partes, quas intellexerint Messalam non tam omisisse quam ipsis reliquisse; quae est honorifica amici commemoratio, nihil amplius. Sed gravius est quod ex fine dialogi liquide apparet Secundum non esse locutum. Nam Maternus post finitam orationem assurgens Aprumque complexus fore dicit, ut ipse Aprum poetis, Messala eundem antiquariis criminarentur: sed Aper ad Maternum ac Messalam conversus »ego« inquit »vos rhetoribus et scholasticis (criminabor).« Vides omnes qui locuti erant commemorari, Secundum ceterosque qui audierant silentio transmitti. Aliud falsae illius opinionis adminiculum ad cp. 40. [*admovebant*, ubi nullam lacunam statuit Rit.] subruere placet.« Mihi quidem haec sententia probabilior videtur quam Beckeri al.; sed tamen in causa tam difficili, in qua non satis liqueat, ampliandum potius quam certam sententiam ferri posse censeo.

Cap. XXXVI. *clarescit*] »Hoc verbum nitoris et splendoris aliquam significationem habet, ut Spalding. docuit not. crit. ad Quint. Inst. or. 6, 4, 9. coll. Zumpt. Vol. V. p. 347.« Eckstein. in Ed. Walth. Sic Quint. III, 8, 61. *ita quum verba rebus aptentur, ipso materiae nitore clarescunt.* De eloquentiae ortu et dignitate vd. Bernhard. Roem. Lit. p. 284 sq.

cuti sunt, quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi assequi videbantur, quum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduae et populare nomen, hinc conciones magistratuum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes

composita et quieta et beata re publica tribui] Emendat. Lips. *tribui* pro *imbui* lect. Codd. Par. Vind. et vett. Edd. omnes Edd. seqq. receperunt. *Compositus* i. q. tranquillus, quietus frequentatur a Tac. vd. Dial. 41. Ann. IV, 1. Boett. Lex. Tac. s. v. Sic Dial. 40. *Non de otiosa et quieta re loquimur.* Broter. haec ad principum et maxime Vespasiani laudes refert.

plura] E tacita emendat. Lips. pro *pleraque* lect. Codd. Par. Vind. vett. Edd. it. Seebod. receperunt seqq. *Plura* sc. quam nunc assequimur, ut expl. Orell. De re cf. Dial. 40.

quantum erranti populo] »Sc. oratorem sapere.« Bach. *Errare* i. q. fluctuare inter varia consilia (Senec. Ep. 52.), certo et prudenti consilio non regi, metaphora desumpta a viatore, qui de recta via deflectit, vel a nave gubernatore privata. Sic Dial. 40. translatum ad statum civitatis significat certo imperio non uti, uno moderatore carere, sicut erat libera res publica, qua omnia omnes poterant. Contrarium legitur cp. 41. *quum de re publica non imperiti et multi deliberent, sed sapientissimus unus.*

Hinc leges assiduae] De anadiplosi *hinc* cf. annot. ad. Dial. 30. *Hinc* i. e. ex hac contentione oratorum. *Leges assiduae* i. e. assidue ad populum latae, quas alii suadebant, alii dissuadebant.

populare nomen] *Popularis* is dicitur, qui populi voluntatem carissimam semper habens legibus ferendis eiusque causa contra optimates defendenda popularem gratiam ac favorem etiam cum rei publicae detrimento et contra honestatem captat. Cf. Cic. or. pr. Sest. 45. de *popularibus* et *optimatibus*. Beier. ad Offic. I, 25. init. Beneck. ad Catil. IV, 5, 9. Sic Liv. VI, 19. *nihil minus populare quam regnum.*

hinc contiones magistratuum paene pernoctantium in rostris] *hinc contiones migrantium pene* Codd. Par. (*conc.*) Vind. Edd. Spir. Put. Riv.; *hinc cont. migrantium ac pene* Edd. Ber. Alc. Rhen. Ald. E Cod. Farn. recepit *magistratuum* Lips. et seqq. Scriptura *contio* probatur Zumpt. ad Cic. Act. Verr. I, 1. et Bonnell. in Lex. Quint. s. v., at improbatur Freund. in Lex. Lat. s. v. Fundus locutionis *pernoctare in rostris* est ap. Ciceronem: *habitare in rostris* Brut. 89, 305., *in subselliis* de

potentium reorum et assignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et assidua senatus adversus plebem certamina. Quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto

Orat. I, 62, 264., *in foro* or. pr. Muren. 9., *cum curis habitare pernoctareque* Tusc. V, 24, 69. c. annot. Kuehn. De re cf. Petron. Sat. cp. 15. Burm. *advocati tamen iam paene nocturni.* Senec. de Brev. Vit. cp. 11. Lips. *non est quod me solos putes dicere* (occupatos), *quos a basilica immissi demum canes eiiciunt.*

potentium reorum] *Reus* h. l. non accipiendum est sensu forensi, cui contraria sunt vv. *accusator*, *petitor*, *actor*, sed de eo, qui extra forum alicuius rei culpa tenetur, auctor, ut annotavit Walch. ad Tac. Agric. p. 401. Liv. VI, 24. *Orare ut se reum fortunae eius diei crimine eximerent.* IX, 8. init. *iussumque dicere non tanquam senatorem, sed tanquam reum qua infelicis belli, qua ignominiosae pacis.* Tac. Ann. II, 24. *quum se tanti exitii reum clamitaret.*

assignatae etiam domibus inimicitiae] Quia in libera re publica invisae sunt plebi praepotentium domus.

procerum factiones] *Factiones* sunt nobilium et paucorum potentium, *partes* (Dial. 40.) populi. Sall. Iug. 41. init. *Ceterum mos partium popularium et senati factionum* c. annot. Kritz. et Fabr. ad 40, 2. A Tac. *partes* frequentantur pro *factionibus* vd. Boett. Lex. Tac. s v.

exercebant — videbantur] Dial. 38. *eloquentiam tamen illud forum magis exercebat.* Cic. de imper. Pomp. 10. *Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna rei publicae?* Ad v. *cumulare* (pro quo Orell. praeter necessitatem coniecit *cumulari*) supple *eloquentiam*, i. e. homines eloquentes. De sententia cf. Cic. or. pr. Muren. 13. *Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia.* 14. *Duae sunt artes, quae possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni: ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur.* Brut. 49, 182. *Volo enim sciri in tanta et tam vetere re publica maximis praemiis propositis omnes cupisse dicere, non plurimos ausos esse, potuisse paucos.*

quia quanto quisque etc.] Tac. Ann. XI, 6. *Silius acriter incubuit veterum oratorum exempla referens, qui famam et posteros praemia eloquentiae cogitavissent pulcherrima.*

facilius honores assequebatur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat. Hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant; hos ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant; hos et praeturae et consulatus vocare ultro videbantur; hi ne privati quidem sine potestate erant, quum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. Quin immo sibi ipsi persuaserant neminem sine eloquentia aut assequi posse in civitate aut tueri conspicuum et eminentem locum. Nec mirum, quum etiam inviti ad populum producerentur; quum parum esset

principes] Sunt *principes viri* Dial. 40.

parabat] Sic ex emend. Lips. in annott. proposita Pithoe. et seqq. pro *probabat* lect. Codd. et vett. Edd. De usu absoluto vv. *parare*, *apparare* et *comparare* cf. Ruhnk. Dict. ad Ter. Andr. I, 5, 19. Eun. III, 2, 35. Schol. ad Suet. Caes. 42.

ituri in provincias — reverebantur] »Ut hi oratores primarii dignitatem absentium in senatu contra inimicorum criminationes tuerentur. Exempla vd. in Cic. Epp. ad Fam.« Schulz.

hos reversi colebant] E Cod. Farn. *reversi* c. Lips. seqq. receperunt pro *reversuri*, quod revocavit Osann. Magistratus e provinciis Romam reversi colebant oratores, ut, si forte repetundarum a provincialibus postularentur, aut ab iis non accusarentur aut defenderentur.

hos — vocare ultro videbantur] E Cod. Farn. recepit Lips. et seqq. praeter Osann., qui *hi et praeturae et consulatui vacare ultro vid.* lect. Codd. Par. Vind. et vett. Edd. non improbatam Dronk. revocavit. Sententia est: his oratoribus, licet praeturas et consulatus non ambirent, ultro deferri a populo videbantur.

consilio et auctoritate regerent] Coniuncta leguntur haec substantt. Tac. Germ. 12.; frequenter ap. Cic. vd. Parei Lex. crit. Mantiss. p. 32 sq. De v. *regere* cf. Herzog. ad Sall. Iug. 1, 1. »Sallust bezeichnet mit diesem Verbo die moralische, physische und politische Gewalt, die Jemand über den Andern ausübt.«

quum etiam inviti ad populum producerentur] *Produci* proprie dicuntur, qui in concionem vel ad populum ducuntur quibusque potestas datur dicendi. vd. Ruhnk. Schol. ad Suet. Caes. 20., it. ad Claud. 12., ubi *in rostra produci* legitur. Li-

in senatu breviter censere, nisi quis ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur; quum in aliquam invidiam aut crimen vocati sua voce respondendum haberent; quum testimonia quoque in [iudiciis] publicis

cebat autem tribunis plebis magistratus vel invitos ad populum producere, ut de re, quae agebatur, verba facerent. vd. Ern. Clav. Cic. Epp. ad Fam. XII, 3. (Antonius) *productus in concionem a Canutio turpissime discessit.* Brut. 60, 217. *is enim* (Cn. Sicinius) *quum tribunus plebis Curionem et Octavium consules produxisset Curioque multa dixisset sedente Cn. Octavio collega —, Nunquam, inquit, Octavi, collegae tuo gratiam referes, qui nisi se suo more iactavisset, hodie te istic muscae comedissent.* Matth. ad Cic. or. pr. Sext. 15, 33. Sic Appuleius produxit Ciceronem Antonio cos., quo tempore Philippicam VI. habuit. Similiter dixit Demosth. pr. Coron. p. 285. Reisk. οἱ πρυτάνεις — τὸν ἥκοντα παρήγαγον.

in senatu breviter censere] *Censere* dicitur vel senatus vel senatores vel (per metonymiam, qua abstract. pr. concreto ponitur) sententiae eorum. Cic. Off. I, 13, 39. (Regulus) *captivos reddendos in senatu non censuit.* Caes. B. C. II, 30. *Erant sententiae, quae — censerent* c. annot. Herzog. Variae formulae de senatus decreto sive consulto, quas enumerat Brisson. de Formm. p. 181 sq, sunt hae: placere senatui, senatum velle et aequum censere, existimare, arbitrari, senatui videri; rariores: senatum iudicare, senatui curae fore.

nisi quis ingenio — tueretur] *nisi quis* Cod. Farn. e marg. Lips. Edd. posterr. Heumann. Broter. Ern. Oberl. recentt.; *nisi qui* Codd. Par. Vind. vett. Edd. et Rup.; *nisi ingenio — tuerentur* e coniect. Ern. temere obtrusit Schulz. Cf. annot. ad Dial. 3. De usu partic. *nisi* ap. Tac. vd. Roth. ad Agric. p. 255.

quum testimonia — dicere cogerentur] A vetere consuetudine, ut testes *coram et praesentes* dicerent, iam temporibus liberae rei publicae est discessum, quum testimonia per *tabellas darentur* sive *recitarentur.* Vd. Rein. Röm. Privatrecht p. 477. Quint. V, 7, 1 — 3. *Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Ea dicuntur aut per tabulas aut a praesentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam et minus obstitisse videtur pudor inter paucos signatores et pro diffidentia premitur absentia. Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. Tacita praeterea cogitatio refragatur his omnibus, quod nemo per tabulas dat testimonium nisi sua voluntate: quo ipso non esse amicum ei se, contra quem dicit, fatetur. Neque tamen protinus cesserit orator, quo minus et amicus pro amico et inimicus con-*

non absentes nec per tabellam dare, sed coram et praesentes dicere cogerentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat; et quomodo disertum haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur.

Cap. XXXVII.

Ergo non minus rubore quam praemiis stimula-

tra inimicum possit verum (si integra sit ei fides) dicere. — Cum praesentibus vero ingens dimicatio est ideoque velut duplici contra eos, proque iis acie confligitur, actionum et interrogationum. Tac. Ann. II, 34. *Urgulaniae potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam, quae apud senatum tractabatur, venire dedignaretur. — Testimonia per tabellam* sive *tabulam* dare i. q. de scripto sive *tabellis obsignatis* (Cic. Tusc. V, 11, 33.), quod fiebat ab absentibus. cf. Heinrich. ad Cic. oratt. inedit. p. 11.

in [iudiciis] publicis non absentes] *in publicis non absentes* Codd. Farn. (*absentis*) Par. Vind. Edd. ante Heum. Alii Edd. aliquid deesse opinati, ut Seebod. Dronk. Osann. Orell., lacunae signum posuerunt; alii, ut Rud. Agricol. *in publicis iudiciis* (quem secutus Bach. *iudiciis* uncis circumdedit), ut Cuiacius *in iudiciis publicis*, ut Bip. et Schulz. *in publicis causis* suspicati sunt; Heum. emendat. *in iudiciis* secuti sunt Ern. Oberl. Bekk. Boett. Walth. et Ritt., quibus *publicis* otiosum est visum, quum nihil intersit, utrum publica sint iudicia an privata. Probata mihi quidem est Cuiacii coniectura, sed *iudiciis* tamen uncis inclusi coll. Quint. V, 7, 9. *Et quoniam duo genera sunt testium, aut voluntariorum, quibus iudex in iudiciis publicis denunciare solet* etc.

et quomodo — sic contra] *et commoda — sed contra* Codd. et vett. Edd. usque ad Heum. it. Osann. Emendavit Acidal. *et quomodo — sed contra*, Schurzfl. *sic contra*, quorum emendatt. usi Heum. et seqq. *et quomodo — sic contra* ediderunt. Sic est Dial. 39 et 41. Agric. 34.

mutum et elinguem] Liv. X, 19. *quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent.* Pseudocicer. or. post red. in sen. 3. *mutum forum, elinguis curia.* Suet. Vit. 6. *sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.*

Cap. XXXVII. *Ergo non minus rubore*] E Cod. Farn. Lips. et seqq.; *ergo non* om. Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Osann.; *non minus* ex emend. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen. *Rubor* pro pudore frequentatur a Tac.: Germ. 13. Hist. I, 30 vd. Boett. Lex. Tac. s. v.

bantur, ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur; ne traditae a maioribus necessitudines ad alios transirent; ne tanquam inertes et non suffecturi honoribus aut non impetrarent aut impetratos male tuerentur. Nescio an venerint in manus vestras haec

clientulorum] Cod. Farn. Edd. Alc. Rhen. et seqq. praeter Brot. et Schulz., qui e coniect. Schurzfl. et Ern. *clientelarum* receperunt; *clientularum* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Ber. Deminutivum *clientulus*, quod exstat Ann. quoque XII, 36. (ubi vd. Walth.), recte formatum est a cliente, ut *adolescentulus* ab adolescente, *infantulus* ab infante, *nepotulus* a nepote. vd. F. A. Wolf. Verm. Schr. p. 162., nec debebat in dubium vocari a Freund. Lex. Lat. s. v. Gryczewsky comment. de substantivis Latinorum deminutivis. Regiomont. 1830. 4.

necessitudines] Vd. annot. ad Dial. 5. p. 24.

suffecturi] Ann. I, 13. *quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent* c. annot. Rup. Tac. Germ. 13. *non ante — quam civitas suffecturum probaverit.* Quint. X, 1, 119. *pronunciatio vel scenis suffectura.* *Sufficere* i. q. parem esse, satis virium habere ad aliquid.

Nescio an] Ab his vv. Heum. Rup. et Walth. incipiunt cap. 37. Optime de formulis *nescio an* — *haud scio an* etc. Hand. Turs. Vol. I. p. 310 sq. (quae in brevius contraxit Weber. Uebungsschule d. Lat. Stils p. 527 sq.) sententiis VV. DD. sub examen revocatis disputavit, usitatas esse plurimis antiquorum scriptt., maxime Ciceroni et Livio, apud quos tantum non omni dubitandi vi remota id significetur, quod probum et verum videatur, affirmeturque cum verecunda et urbana haesitatione (fortasse, arbitror, opinor). Sed scriptt. posteriores, ut Plinius Sec., Quintilianus, Seneca aliique ab hoc usu loquendi discedentes modo modestam affirmationem, plerumque tamen improbationem sive negationem (non puto, vix) ei tribuunt, sicut Tac. quoque h. l. (apud quem bis tantum h. l. et Ann. III, 53. exstat), ubi is, qui loquitur, dubitat, num in manus venerint *haec vetera*, h. e. acta vel scripta veterum oratorum. Sic Plin. Epp. IV, 2. init. *Regulus filium amisit, hoc uno malo indignus, quod nescio an malum putet.* c. annot. Herbst. in Delect. Epp. Plin. p. 62. VI, 21, 3. VII, 19, 4. Quint. I, 7, 24. II, 17, 38. *Sed an causa vera sit nescit.* VIII, 6, 22. c. annot. Spalding. Cf. Herbst. ad X, 1, 65. Reisig. Vorles. §. 278. c. annott. Haas. 440 et 441. Ramshorn. §. 174. II. Not. 2. (de formm. *dubito*, *incertus sum*, *nescio*, *haud scio an*). Kuehner. ad Cic. Tusc. IV, 22, 50.

vetera, quae et in antiquariorum bibliothecis adhuc manent et quum maxime a Muciano contrahuntur, ac

et in antiquariorum bibliothecis] Cod. Farn. Edd. Orell. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt.; *et in antiquorum* Cod. Vat. 1862. Edd. Brot. Schulz.; *et antiquorum* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Heum.; *quae in antiquorum* Cod. Vat. 1518., quod e coniect. Heum. Ern. Oberl. Seebod. Osann. Dronk. Rup. receperunt. Lect. *antiquorum* locum habere non posse bene Orell. contra Osann. demonstravit. De *antiquariis* vd. annot. ad Dial. 21.

quum maxime] *cum maxime* Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Spir. Ern. et recentt.; *nunc maxime* ex emend. Put. seqq. usque ad Ern. it. Bip. Seebod. Vd. annot. ad Dial. 16. Form. *nunc quum maxime* legitur ap. Cic. or. pr. Cluent. 5. Mamertin. Paneg. Maxim. Aug. dict. cp. 2. init. c. annot. Arntzen.

a Muciano contrahuntur] *in Muciano* Cod. Vind., *in Mut.* Cod. Par. Ed. Spir., *a Mut.* ex emend. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen., *a Muc.* Lips. seqq., quam scripturam meliorem esse docuit Walth. ad Hist. I, 10. Intelligendus est *M. Licinius Crassus Mucianus*, P. Mucii Scaevolae frater, cuius res gestas moresque et ingenium Tacitus accurate descripsit, vir et belli et pacis artibus clarissimus, secundis adversisque iuxta famosus, qui insignium hominum amicitias iuvenis ambitiose coluerat, mox attritis opibus lubrico statu, suspecta etiam Claudii Imperatoris iracundia in secretum Asiae, in Lyciam sepositus legatus postea Syriam cum quattuor legionibus obtinebat. In bellis civilibus post mortem Neronis ortis cum Vespasiano, qui tum a Nerone dux delectus bellum Iudaicum cum tribus legionibus administrabat, ad Othonis partes transgressus eo mortuo Vespasianum ad imperium obtinendum incitavit summisque opibus adiuvit, sub quo ter consul maxima auctoritate pollebat. Cf. Tac. Hist. I, 10. 76. II, 4. 5. 7. 76. 80. 82. 84. 95. Inerat in hoc homine summa peritia civilium et bellicarum rerum, doctrina, qua de litteris praeclare meruit, magnae virtutes mixtae multis vitiis. Sic de eo Tac. Hist. I, 10. *Luxuria industria, comitate adrogantia, malis bonisque artibus mixtus. Nimiae voluptates, quum vacaret: quotiens expedierat, magnae virtutes. Palam laudares: secreta male audiebant. Sed apud subiectos, apud proximos, apud collegas variis illecebris potens, et cui expeditius fuerit tradere imperium quam obtinere.* II, 5. *Mucianum e contrario magnificentia et opes et cuncta privatum modum supergressa extollebant; aptior sermone, dispositu provisuque civilium rerum peritus.* A Plin. N. H. gravissimus auctor saepissime laudatur, velut: III, 5, 9. XII, 1, 5. XXXII, 6, 21. Cf. Nast. interpr. vernac. p. 255 sqq. De hoc opere Muciani Meyer. praef. oratt.

iam undecim, ut opinor, Actorum libris et tribus Epistolarum composita et edita sunt. Ex iis intelligi pot-

Romm. fragm. p. VIII. »Atque adeo aetate Taciti [eo ipso tempore, quo hic Dialogus scriptus est p. 190.] id munus aggressus est M. Licinius Crassus Mucianus, ut praecipuorum monumenta oratorum contraheret et ederet, ne oblivione obruerentur, ut in Dial. de Or. 37. scriptum legimus. Ac ni Mucianus hunc suscepisset laborem, multo minus etiam quam nunc habemus, opinor, reliqui haberemus. Ea enim fragmenta, quae apud Gellium, Frontonem, Macrobium etiamnunc legimus, ex illo opere excerpta puto.« *Contrahuntur* i. q. colliguntur, coguntur. vd. Suet. Aug. 31. *libros contr.* Gram. 24. *exemplaria.* Orell. intellexit de epitome sive eclogariis, quales tunc a multis componi solerent. Cf. Front. Ed. Rom. p. 160. *Memini me excerpsisse ex Ciceronis epistulis ea dumtaxat, quibus inesset aliqua de eloquentia vel philosophia vel de re publica disputatio.* Sic Tiro libertus Ciceronis commentarios orationum contraxit vd. Quint. X, 7, 31., et Plinius Maior *Electorum* e variis scriptoribus excerptorum commentarios centum sexaginta reliquit Plin. Secundo vd. Epp. III, 5, 17.: ipsa Nat. Hist. nihil nisi excerpta exhibet.

Actorum libris] Quid sint *Acta*, difficilius videtur ad explicandum. Meyer. oratt. Romm. fragm. p. 190. *Actionum* legendum suspicatus, de quibus vd. annot. ad Dial. 17., intellexit praecipuorum oratorum veterum monumenta. Westerm. G. d. r. B. §. 82. 19. collectionem veterum orationum a Muciano factam dicit. Zell. üb. die Zeitungen der alten Römer p. 16. ambigit, utrum h. l., sicut Acholii Acta in Vopisc. Aurelian. 12., intelligenda sint Acta diurna (Staatszeitungen) an commentarii historici. Wittich. loco supr. p. 199. allato accepit de Actis diurnis, quae diversa ab *Actis senatus* (Senats — verhandlungen — protokolle) vocabantur *Acta* quoque *populi*, *A. urbis*, *A. diurna urbis*, *A. diurna*, *A. urbana*, *A. publica*, *Acta*, *Diurna* (Röm. Stadt- u. Staatszeitung) continebant res rationesque populi, iudicia publica, supplicia, comitia, aedificia, nativitates, illustres mortes, matrimonia, divortia, de quibus vd. praeter Zell. Lips. Exc. ad Tac. Ann. V. Walch. ad Agric. p. 114. Rup. ad Ann. III, 3.; Orell. satis dubie interpretatur de epitome sive eclogariis: at ex quorum scriptorum (num oratorum, an historicorum?) libris factis? Osann. refert ad libros in formam encyclopaediae vel chrestomathiae e veteribus varii generis scriptis contractos vel excerptos, quod confirmetur auctoritate Plinii, qui in N. H. frequenter eius testimonio ita utatur, ut appareat res varias easque plane diversi argumenti ab eo tractatas esse. Sic *Electa* Plinii Maioris continebant excerpta e variis scriptoribus. Examinatis his VV.

est Cn. Pompeium et Marcum Crassum non viribus

DD. sententiis mihi maxime probanda videtur Meyeri et Westermanni sententia, qua *Acta* accipio de actionibus vett. oratt., quas pariter atque clarorum virorum epistolas e bibliothecis antiquariorum protractas in angustum redegit Mucianus.

Cn. Pompeium et Marcum Crassum] Tac. Ann. I, 1. *Pompeii Crassique potentia.* *Cn. Pompeius*, natus 648. U. C. prid. Cal. Octobr., ob res in bello Cinnano et Sullano praeclare gestas Magnus et Imperator a Sulla dictus, in Hispaniam proconsul missus 678—682. Sertorium indeque redux reliquias exercitus Spartaci 683. devicit. Consul 684. ex equite Romano ante quaesturam gestam cum M. Crasso, quocum inimicitias ob bellum servile feliciter profligatum exercebat, tribuniciam potestatem a Sulla deminutam restituit. Lege Gabinia ei bellum adversus piratas 687. datum est, bellum Mithridaticum lege Manilia 688., in quo victor Hierosolymis captis nihil ex alto fano attigit. Compositis Asiae rebus et Mithridate devicto 693. triplicem egit triumphum de piratis, Asia et Ponto. Triumvir factus est cum C. Iul. Caesare et M. Licin. Crasso 694. In secundo consulatu 699. exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit et legem iudiciariam promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quam antea lecti iudices aeque tamen ex illis tribus ordinibus (senatu, equitibus, tribunis aerariis) res iudicarent. In tertio consulatu 702. tulit leges de vi et ambitu et modum dicendi in iudiciis astrinxit imposuitque velut eloquentiae frenos vd. Dial. 38. Bello civili cum Caesare exorto 705. in proelio ad Pharsalum 706. devictus in Aegyptum aufugit, ubi ab Achilla et Septimio per insidias interfectus est. A nullo scriptore Romano maioribus laudibus elatus est quam a Cicerone, praecipue in or. de imperio Pomp., qui familiarissime eo usus iuris publici, moris maiorum, rei publicae peritissimum, integrum, castum, gravem virum eum appellavit. Vd. Onomast. Tull. P. II. p. 469 sq. Plutarch. Vit. Pomp. Schlosser. universalhist. Uebersicht etc. II. 2. p. 388 sq. Eloquentia non multum valuit, sed orationes, quas interdum habuit, aut Cicero aut Sestius ei conscripserat. Raro caussas egisse videtur v. Plutarch. Pomp. cp. 23.: ut pro L. Libone contra Helvium Marcium 693. U. C. Valer. Max. VI, 2, 8.; cum Cicerone pro Balbo. Cf. Cic. Brut. 68, 239. c. annot. Meyer. *Meus autem aequalis Cn. Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat, actio vero eius habebat et in voce magnum splendorem et in motu summam dignitatem.* Epp. ad Attic. VII, 17. or. de imp. Pomp.

modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse; Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et

14. pr. Balb. 1. 4. Quint. III, 8, 50. XI, 1, 36. — *M. Licinius Crassus Dives*, natus 640 U. C., adolescens arti dicendi deditus cum Cicerone et Hortensio defendit Murenam, cum Cicerone et Pompeio Balbum, cum Cicerone Caelium; dixit quoque pro P. Sestio. In Africam cum Q. Metello, ut caedibus Marianorum se subtraheret, profugus 667. inde redux factus a partibus Sullae stetit et gloria militari aemulus Pompeii et inimicus praetor bellum Spartacium composuit. Bis consul fuit cum Pompeio 684 et 699. U. C., censor 689., pontifex max. 697., et triumvir cum Pompeio et Caesare 694. Coniurationis Catilinariae non ignarus fuisse dicitur, ut refert Sallust. Cat. 48. Proconsul in Syriam profectus 700. et Parthos bello aggressus interfecto Publio filio exercituque deleto cum ignominia et dedecore periit 701. Cf. Plutarch. Vit. Crass. Onomast. Tull. P. II. p. 346 sq. Schlosser. universalhistor. Uebers. II. 2. p. 381 sq. p. 404 sq. p. 478 sq. III. 1. p. 26 sq. 148 sq. Cic. Brut. 66, 233. *Is* (Crassus, aequalis Hortensii) *igitur mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore et industria et quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam et gratiam, in principibus aliquot annos fuit. In huius oratione sermo Latinus erat, verba non abiecta, res compositae diligenter; nullus flos tamen neque lumen ullum: animi magna, vocis parva contentio, omnia fere ut similiter atque uno modo dicerentur.* Vell. Pat. II, 36.

non viribus modo et armis] »Est Hendiadys, ut Hist. IV, 23. *vis et arma*, ibid. IV, 68. *vim atque arma*; Agric. c. 30. *proelium atque arma*; Hist II, 74. *bellum armaque et procul vel iuxta sitas vires*; Plin. Ep. II, 7, 2. *vi et armis.*« Eckst. in Ed. Walth.

Lentulos] Meyer. oratt. Romm. fragm. p. 191. intelligit Cn. Corn. Lentulum Clodianum et P. Lentulum Suram, haec tamen addens: »Cum vero in Dial. de Oratt. universe *Lentulorum* fiat mentio, eaque gens magnum oratorum numerum tulerit, quaeri potest, qui potissimum sint intelligendi, praesertim cum in Brut. Cic. 77, 268. alii etiam duo Lentuli, P. Lentulus Spinther et L. Lentulus Cruscellus recenseantur. attamen illos intelligere malim, quos supra dixi, cum maiorem eloquentiae famam sint consecuti.« Westerm. G. d. r. B. §. 72. 7. dubitat, utrum hi, an illi Lentuli h. l. sint intelligendi. Forsitan omnes hi Lentuli. De Cn. et P. Lentulis cf. Cic. Brut. 66, 234. c. annot. Meyer. 64, 230. 90, 308.; de Lentulis Onomast. Tull. P. II. p. 177 sq.

Metellos] Intellige Q. *Caecilios Metellos*, *Celerem* et *Nepotem*, fratres. *Celer* in exercitu Pompeii bello Mithridatico

interfuit. Praetor 691. U. C., consul egregius 694. a Cic. admodum laudatus causam optimatum fortiter defendit: 695. ab uxore Clodia veneno sublatus est. *Nepos*, legatus Pompeii in bello piratico 687., tribunus pl. 692., inimicus Ciceronis, qui contra eum scripsit orationem Metellinam, Caesarem in optimatibus a causa Pompeii abalienandis adiuvit, nec postea praetor creatus 694. et consul 697. cum P. Lentulo Spinthere ei favere destitit. Uterque pro mediocritate sua multo aptior concionibus fuit quam iudiciis. Cf. Onomast. Tull. P. II. p. 107 sq. Meyer. oratt. Romm. fragm. p. 188. Cic. Brut. 70, 247. c. annott. Meyer. *Duo etiam Metelli, Celer et Nepos, nonnihil in causis versati, nec sine ingenio nec indocti hoc erant populare dicendi genus assecuti.*

Lucullos] Intelligendi sunt *L. Licinius Lucullus Ponticus* et *M. Licinius*, post adoptionem *M. Terentius Varro Lucullus*, fratres. Uterque magna cum laude patris sui L. Luculli accusatorem Servilium augurem persecutus est. *L. Licinius*, qui adolescentiam in forensi opera consumpsit, quaestor fuit 668., aedilis cum fratre 675., et consul 680. c. M. Aurel. Cotta, e quo magistratu bellum gessit Mithridaticum ab an. 681 — 688., quod Pompeius successor ei missus confecit. Triumphum Memmio trib. pl. acerrime ei obnitente anno demum 691. impetravit. Mortuus est paullo post a. 697. A Cicerone, qui Academ. IV. ei inscripsit, propter res adversus Mithridatem summa virtute summoque consilio gestas amplissimis laudibus ornatur, sicut quum magnum eius ingenium magnumque optimarum artium studium tum omnis liberalis doctrina vd. ib. init. Magnam bibliothecam congessit. Reliquit orationes et librum de bello Marsico ab adolescentulo Graece scriptum. Luxuria et magnificentia eius fere in proverbium abiit. Cf. Plutarch. Vit. Lucull. Onomast. Tull. P. II. p. 351. Schlosser. universalhist. Uebers. etc. II. 2. p. 392 sq. 502 sq. — *M. Licinius* satis quidem clarus in civitate, at gloria fratre inferior fuit. Aedilitatem cum eo gessit 675. U. C., praeturam 677., in qua summa aequitate et sapientia ius dixit, consulatum 681. c. C. Cassio Varo, triumphavit ex Macedonia de Dardanis 683, et 697. pontifex maximus fuit. Cf. Onomast. Tull. P. II. p. 352. De utroque fratre Cic. Brut. 62, 222. *L. autem Lucullum, etiam acutum* (oratorem) — *et M. Lucullum — abducamus ex acie, id est a iudiciis, et in praesidiis rei publicae, cui facile satisfacere possint, collocemus.*

Curiones] Tres *C. Scribonii Curiones* oratores exstiterunt illustri nomine. *C. Curio* avus (I.), praetor 633. U. C., eloquentissimus fuit temporibus suis, ex cuius oratt. nobilem pro Ser. Fulvio laudavit Cicero in Brut. 32, 122. *Curio fuit igitur eiusdem aetatis fere sane illustris orator, cuius de ingenio ex eius orationibus existimari potest. Sunt enim et aliae et*

pro Ser. Fulvio de incestu nobilis oratio. Nobis quidem pueris haec omnium optima putabatur, quae vix iam comparet in hac turba novorum voluminum. v. Meyer. oratt. Romm. fragm. p. 133. Westerm. G. d. r. B. §. 42. — *C. Curio* pater (II.), nat. circa a. 630. U. C., adolescens Q. Metellum Nepotem, Balearici filium, accusavit, tribunus pl. fuit 664. et cum Sulla legatus in bello Mithridatico, unde reversus praetura 673. gesta consul 678. creatus est cum Cn. Octavio. Proconsul Macedoniam per triennium rexit belloque cum Dardanis prospere gesto triumphavit 683. Postea amicus Ciceroni Caesaris libidini quamvis cum Pompeio iuncti gravibus sententiis et orationibus in senatu habitis adversatus est, sed frustra. Mortuus est 701. Paucae eius oratt. memorantur pro fratribus Cossis contra Antonium oratorem, pro Ser. Naevio, in Q. Metellum, et reliquiae; item dialogus, in quo Caesarem exagitavit. A mala actione *Burbuleii*, pessimi histrionis, agnomen traxit. Vd. Onomast. Tull. P. II. p. 626 sq. Ellendt. Prolegg. p. XCVIII sq. Meyer. oratt. Romm. fragm. p. 165. Westerm. G. d. r. B. §. 45. A Cicerone valde reprehenditur Brut. 58, 210. *Erant tamen, quibus videretur illius aetatis tertius Curio, quia splendidioribus fortasse verbis utebatur et quia Latine non pessime loquebatur usu, credo, aliquo domestico; nam litterarum admodum nihil sciebat.* 59, 213. *neminem ex iis quidem, qui aliquo in numero fuerunt, cognovi in omni genere honestarum artium tam indoctum tam rudem.* 214. *Nullum ille poetam noverat, nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis collegerat, non publicum ius, non privatum et civile cognoverat.* §. 216. *Itaque in Curione hoc verissime iudicari potest, nulla re una magis oratorem commendari quam verborum splendore et copia: nam quum tardus in cogitando tum in instruendo dissipatus fuit.* 60. vituperatur imbecilla eius memoria. — *C. Curio* C. F. (III.) quaestura in Asia 701. bene gesta (vd. Cic. Epp. ad Fam. II, 1 — 8.) tribunus pl. 704. factus primum a partibus Pompeji stare videbatur, sed pecunia corruptus Caesaris causam dignitatemque defendendam suscepit, ad quem cum collegis ineunte a. 705. profugit, quae fuit causa belli civilis inter Caesarem et Pompeium. Mox propraetor in Africam ad bellum gerendum profectus ab equitibus Iubae oppressus periit. Cf. Caes. B. C. I, 5. II, 23 sq. Vell. Pat. II, 48. *Bello autem civili et tot, quae deinde per XX annos insecuta sunt, malis non alius maiorem flagrantioremque quam C. Curio trib. pl. subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigus, homo ingeniosissime nequam et facundus malo publico. Huius animo, voluptatibus vel libidinibus neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent.* Etc. Brut. 81, 280. (C. Curio) *ita facile soluteque verbis volvebat satis inter-*

ceteram procerum manum multum in his studiis operae curaeque posuisse, nec quenquam illis temporibus magnam potentiam sine aliqua eloquentia consecutum. His accedebat splendor reorum et magnitudo causarum,

dum acutas, crebras quidem certe sententias, ut nihil posset ornatius esse, nihil expeditius. Atque hic parum a magistris institutus naturam habuit admirabilem ad dicendum. Industriam non sum expertus: studium certe fuit. Qui si me audire voluisset, ut coeperat, honores quam opes consequi maluisset. Vd. Onomast. Tull. P. II. p. 526. Ellendt. Prolegg. p. KXXVI. Westerm. G. d. r. B. §. 69.

nec — sine aliqua eloquentia] E Cod. Farn. additum est *aliqua* a Bekk. Boett. Walth. Bach. et Ritt. Cuius lect. significatio ut recte intelligatur, discrimen inter formm. *sine ullo, non sine aliquo* et *sine omni* sic est statuendum. *Sine ullo* habet vim negativam. Corn. Nep. Timoth. 1. c. annot. Daehn. *Id sine ulla* (ohne alle) *publica impensa populo restituit.* Apud Plaut. et Ter. *sine omni* dicitur. Trin. III, 1, 20. *sine omni cura* (ohne jede Sorge) *dormias.* Andr. II, 3, 17. *sine omni periculo.* Aliter ap. Cic. de Orat. II, 1. *neminem eloquentia non modo sine dicendi doctrina, sed ne sine omni quidem sapientia* (ohne die umfassendste Gelehrsamkeit, Ramshorn.) *florere unquam et praestare potuisse.* Vd. Ramshorn. §. 159. Not. 5. d. p. 574. *Non sine aliquo* affirmat, sed ita ut res aut maior aut minor esse dicatur. Corn. Nep. Attic. 14. *Neque unquam sine aliqua* (ohne eine gewisse) *lectione apud eum coenatum est.* Cic. or. pr. Deiotar. 2. extr. c. annnot. Beneck. *tamen ad hanc causam non sine aliqua* (ohne eine bedeutende) *spe et cogitatione venerunt.* Sic h. l. *non sine aliqua eloquentia* explico: nicht ohne eine bedeutende Beredtsamkeit. Oportebat eos, qui potentiam in re publica consequi vellent, valere dicendo. Minus recte Ecksteinius: »nam non summa quaeque in eloquentia adeptus esset necesse erat, sed ut non plane inexercitatus esset, requirebatur.« Brut. 14, 54. *Ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid potuisse dicendo, qui post decemviralem invidiam plebem in patres incitatam legibus et concionibus suis mitigaverit.* Vd. Herzog. ad Caes. B. C. III, 73. Reisig. Vorles. §. 201. c. Haas. annot. 352.

splendor reorum et magnitudo causarum] *reorum* e Codd. Farn. Vaticc. receperunt Seebod. Dronk. Osann. Bekk. Boettich. Walth. Bach. Ritt.; *rerum* Codd. Par. Vind. cett. Edd. Sic Dial. 36. *accusationes potentium reorum* memorantur. Contra Orell., qui *rerum* ideo tuetur, quod *splendor* de Verre, Catilina aliisque id genus reis vix possit dici et postea quoque

quae et ipsa plurimum eloquentiae praestant. Nam multum interest, utrumne de furto aut formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, de expilatis sociis et civibus trucidatis. Quae mala sicut non accidere melius est isque optimus civitatis status habendus, in quo nihil tale patimur, ita quum accide-

amplitudo rerum recurrat, recte observat Eckstein. *rerum splendore iuxta magnitudinem causarum* tautologiam inanem effici et Verri, Catilinae aliisque multos posse opponi clarissimos viros in iudicium vocatos, dummodo unius Ciceronis orationes [pro Milone, Murena, Flacco, Balbo al.] perlustraverimus. Sed *splendor* ad nobilitatem quoque et vetustatem familiarum referri potest, e quibus rei vel patricii vel equites, quamvis pessimi essent homines, ut Catilina nobili genere natus, oriundi erant. Sic Suet. Vesp. 1. *magnum indicium splendoris familiae et vestutatis.* Cf. Plin. Epp. II, 11. init. *Accipe ergo, quod per hos dies actum est personae claritate famosum, severitate exempli salubre, rei magnitudine aeternum.*

aut formula] Vd. annot. ad Dial. 20.

interdicto] »Interdictum est decretum [magistratus, postea semper] praetoris certis formulis conceptum, quod aliquid iubet vel vetat; imprimis in controversiis de possessionibus, quum eum, qui aliquo loco deiectus est, restitui iubet, donec res iudicio plana facta sit. Vid. Iustiniani Inst. IV, 10. et ibi Hotomann.« Ern. Clav. Cic. Ex divisione Gaii Instit. IV, 140—160. interdicta erant: 1) *restitutoria et exhibitoria;* 2) *duplicia et simplicia;* 3) *possessionis retinendae et adipiscendae.* Sic Cic. or. pro Caecina fere tota versatur in formula interdicti vd. Klotz. Cicer. Reden Vol. I. p. 451 sq., de interd. Rein. Röm. Privatrecht p. 506—517.

ambitu comitiorum] Est ambitus in comitiis, h. e. crimen, quum honores petuntur modis non legitimis, quod imprimis fiebat cives, qui ius suffragii haberent, pecunia corrumpendo et largitionibus. De ambitu latae erant leges Calpurnia, Caecilia, Fabia, Iulia, Licinia et Tullia, omnes fere gravissimae et severissimae. vd. Cic. or. pr. Muren. 23 et 32. Sigon. de Iudic. II, 30. Ernest. Ind. Legg. Quid sit *senatorius ambitus* Tac. Ann. IV, 2. vd. in annott. Rup.

de expilatis sociis et civibus] E Cod. Farn. *de* receperunt Bekk. Boettich. et recentt., emend. Put. *civibus* pro *comitibus* Edd. sqq. Expilatio sociorum erat in criminibus cotidianis vd. Cic. or. de imper. Pomp. 19. Offic. II, 21. extr. III, 8.

isque optimus civitatis status habendus, in quo] Cod. Farn., qui om. *est* et exhibet *in*, ut Codd. Vaticc. 1682 et 4498., secuti

rent, ingentem eloquentiae materiam subministrabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram et illustrem orationem efficere potest nisi qui causam parem invenit. Non opinor Demosthenem orationes illustrant, quas adversus tutores suos composuit, nec Ciceronem magnum oratorem P. Quin-

sunt Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt.; *est in quo* exhibent Seebod. Dronk. Osann. Orell. [*in* uncis inclusit]; *est quo* cett. Codd. et Edd. Haec ad laudem Vespasiani pertinere ut illa Dial. 36. in. ait Broter.

amplitudine rerum] Plin. Epp. II, 11, 10. *causae amplitudo*. Cic. Offic. I, 20. *Harum rerum duarum splendor et amplitudo.*

claram et illustrem orationem] Plin. Epp. VI, 29, 3. *Ad haec ego genera causarum, ambitiose fortasse, addam tamen, claras et illustres.* Quint. II, 39. *clarae orationes.* Quid sit *illustris* oratio signif. rhetoric. vd. VIII, 3, 43. *His enim salvis licet assumere ea, quibus illustrem fieri orationem putat.* Cic. Partitt. orat. 6, 20. Brut. 72, 283.

Demosthenem — composuit] Demosthenis tutores fuerunt Aphobus, Demophon et Therippides, sed exstant tantum tres *λόγοι ἐπιτροπικοί* in Aphobum, nimirum *κατὰ Ἀφόβου ἐπιτροπῆς α′, β′* et *πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν*, habiti Olymp. CIV, 1 et 2. 364 et 363. a. Ch. Qui ad hos quoque referuntur *λόγοι πρὸς Ὀνήτορα ἐξούλης α′* et *β′*, subditicii sunt. vd. Boeckh. Staatshaush. d. Athen. Vol. II. p. 417. Becker. Demosth. als Staatsm. u. Redner p. 415. Rank. in Ersch. et Grub. Encycl. laud. supr. p. 169. Westerm. G. d. gr. B. p. 302.

P. Quintius defensus] Scripturam *Quintius* expressam in Cod. Farn. vett. Edd. usque ad Lips. et Pith. it. a Seebod. et recentt. (sic in Edd. quoque Cicer.) meliorem esse quam *Quinctius* in Codd. Par. Vind. et cett. Edd. it. Rup. docuerunt Schneider. Elementarb. d. Lat. Spr. II. 1. p. 451. Gernhard. praef. Ed. Quint. p. XVI.; at Herzog. ad Caes. B. C. II, 28. rem in controversia relinquit. *Quintius defensus* i. q. Quintii defensio, de qua consuetudine Tac. participia pro substantivis abstractis ponendi vd. Boett. Prolegg. ad Lex. Tac. p. LXIV. Rup. III. Ind. Latin. Tac. Vol. IV. p. 829. Reisig. Vorles. §. 348. c. Haas. annot. 521. Ann. I, 8. *quum occisus dictator Caesar aliis pessimum, aliis pulcherrimum facinus videretur.* I, 16. *nisi quod mutatus princeps licentiam turbarum et ex civili bello spem praemiorum ostendebat.* Sic Plin. Pan. 83. med. *Multis illustribus dedecori fuit aut inconsultius uxor assumpta aut retenta patientius.* Cicero orationem primam

tius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt, non quia tanti fuit rei publicae malos ferre cives, ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent, sed ut subinde admoneo, quaestionis meminerimus sciamusque nos de ea re loqui, quae facilius turbidis et inquietis temporibus exstitit. Quis ignorat

pro Quintio de recuperandis bonis habuit iuvenis 26. annorum vd. Hotom. summar. in Ed. Graev. T. I. P. 1.

Licinius Archias] Habita est haec oratio pro A. Licinio Archia poeta 692. U. C. de civitate Romana contra leges ab eo usurpata. Cf. Stuerenburg. praef. Ed. or. pr. Arch. 1832. p. VIII., qui respiciens ad h. l. Dial. cum Matthiaeo suspicatur Ciceronem hanc orationem habitam in causa satis levi haud magni fecisse.

Catilina] Supple *sed*; de qua omissione partic. adversativ. vd. annot. ad Dial. 8 et 10. Bach. ad Ann. III, 19. Reisig. Vorles. §. 453. Herzog. ad Sall. Iug. 78, 2. Fabr. ad Liv. XXI, 43, 6. XXII, 25, 7. Non silentio praetermittendum, nuper VV. DD. oratt. Catil. praeter I. Ciceroni abiudicare conatos esse: Catil. II. Cludium in comment. de authentia secund. orat. Catil. repet. in Seebod. N. Archiv. 1827. Fasc. IV. p. 47 sq.; Catil. IV. Ahrensium in edit. huius orat. Coburg. 1832. emissa; Catil. II. III. et IV. Orellium in ed. Sallust., Catil. I. etc.

hanc illi famam circumdederunt] *Famam circumdare* alicui i. q. *famam conficere* (Cic. Brut. 74.) sive *facere* (Quint. XII, 5, 5.). Tac. Hist. IV, 11. *qui principatum inanem ei famam circumdarent.* Agric. 20. *Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit.* ubi Walch. p. 281. comparavit Isocrat. Archidam. cp. 3. extr. Μηδεὶς οὖν ὑμᾶς πείσῃ τοιαύταις αἰσχύναις τὴν πόλιν περιβαλεῖν. Lucian. Somn. 11. τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα. vd. Schweighaeus. Lex. Herodot. s. περιβάλλειν et περιτιθέναι. De frequenti usu metaphor. v. *circumdare* ap. Tac. cf. Boett. Lex. Tac. s. v.

non quia tanti fuit rei publicae] Dial. 40. *Sed nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit.* Quint. I, 6, 38. *sed huic tanti fuit vertere.* XII, 8, 4. *quum dicturis tanti suae* [actiones] *non sint.* De form. *tanti est mihi* vel *tanti est,* quae significat operae pretium esse, cur aliquid fiat aut suscipiatur, cf. Beneck. (cui iure improbatur mira explicatio Ramsh. §. 109. p. 325.) et Steinmetz. ad Cic. Catil. I, 9.

exstitit] I. e. exsistere solet. Perfectum sign. aoristi Graecc. est positum. vd. Walth. et Eckstein. ad h. l. et annot. nostr. ad Dial. 24. Herzog. ad Sall. Iug. 14, 15 et 22. coll. 17, 6.

utilius ac melius esse frui pace quam bello vexari? plures tamen bonos proeliatores bella quam pax ferunt. Similis eloquentiae conditio. Nam quo saepius steterit tanquam in acie quoque plures et intulerit ictus et exceperit, quo maiores adversarios et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobi-

quo saepius steterit tanquam in acie — tanto altior et excelsior] Insolentius est *quo — tanto* quam *quanto — tanto.* Terent. Phorm. II, 2, 14. *quo magis novi, tanto saepius.* Cic. Epp. ad Fam. X, 23. *quo magis me petiverunt, tanto maiorem iis frustratio dolorem attulit.* De metaphora a re bellica desumpta vd. annot. ad Dial. 10. p. 68. Cic. de Orat. I, 34, 157. *Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione et umbratili medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem.* — De synon. *altus et excelsus* vd. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 93., quae coniunxit Plin. Epp. IX, 26. init. *Nam plerumque altis et excelsis adiacent praerupta.*

quo maiores adversarios et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit] *quo maior adversarius eo acrior per pugnas sibi ipsas desumpserit* Cod. Farn., *et* pro *eo* Cod. Vatic. 1862.; *quo maior adversarius eo acrior, qui pugnas sibi asperas desumpserit* Codd. Par. Vind. Edd. usque ad Ern. et Brot. praeter Heum., qui *et acrior* habet, quem sequitur Orell. asterisco ante *qui* posito suspicatus in annott. *quanto maior adversarius est et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit;* e coniect. Lat. Latinii Bibl. T. II. p. 37. *et acrior quicum asp. s. p. d.* Bip. Schulz. (*et quo acrior*) Oberl. Dronk. Osann.; Waltheri et Bekk. emendationem *q. m. adv. et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit* receperunt Boett. Bach. et Ritt. Equidem Boettich. egregiam coniecturam propositam in annott. ad h. l. et in comment. de vit. et scr. Tac. p. 86. et probatam Eckstein. quoque — *quo maiores adversarios et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit* — in textum admittere non dubitavi, qua oratio multo fit concinnior, quum ad unum tantum subiectum *ipsa* tum omnia referantur, pluralis *pugnas* requirere videatur plur. *adversarios* et *desumere sibi aliquem* et *aliquid* dicatur. Liv. VII, 20. *populum Romanum — sibi desumerent hostem.* XXXVIII, 45. *recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpseras* (i. e. bello petendos depoposceras). Plin. Epp. VIII, 20, 7. *saepe inter se maiores minoresque quasi cursum certamenque desumunt.*

et illis nobilitata discriminibus] Ex emend. Lips., Latinii et Heum. receperunt Bip. Bekk. Boett. Walth. Bach. Ritt.; *nobilitatus criminibus* Codd. Farn. Par. Vind. vett. Edd. usque ad

litata discriminibus in ore hominum agit, quorum ea natura est, ut ** secura velint.

Cap. XXXVIII.

Transeo ad formam et consuetudinem veterum iudiciorum; quae etsi nunc aptior exstiterit, eloquentiam

Heum.; *nobilitatus discriminibus* Schulz. Dronk. Orell.; *nob. certaminibus* Seebod. Osann.; *nobilitata criminibus* Rup.

in ore hominum agit] E Cod. Farn. Lips. et seqq., nisi quod Osann. ad h. l. et in Auctar Lexx. Graecc. p. 26. *more* lect. Codd. Par. Vind. vett. Edd. frustra tuetur. *In ore hominum agit* i. q. in conspectu hominum versatur, hominibus conspicua est. Tac. Hist. III, 36. *in ore vulgi agere.* Sallust. fragm. inc. 17. orat. Cott. cos. ad pop. §. 4. *A prima adulescentia in ore vestro privatus et in magistratibus egi* c. annot. Fabr. Cic. or. pr. Rosc. Am. 6. *erat ille Romae frequens atque in foro et in ore omnium versabatur.* Falso h. l. Schulz. interpretatur: sermonibus vulgi celebratur; et Dronk. citavit Tac. Hist. II, 73. *erat tamen in ore famaque Vespasianus*, ubi *in ore esse* i. q. in sermone hominum esse.

*ut ** secura velint*] *ut secura velint* exhibent Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Riv. Ber. Alc. Dronk. Bekk. Bach., cum signo lacunae Orell. et Ritt. Rhenani coniectur. *nolint* secuti sunt plerique Edd., quam Schulz. sic explicavit: ut gaudeant spectaculo periculi pleno; Rup.: ut respuant causas nullis periculis obnoxias et famae cupidi nonnisi plenas discriminis et aleae ament. Lacunam in h. l. inesse suspicatus Rud. Agricola coniecit *ut dubia laudent*, *secura nolint*, probatum Lips. in annott. et Schurzfleisch.; Acidal. *ut dubia laudent, secura malint* recept. ab Heum. et sic explanatum: ea enim hominum natura, ut securum se quisque velit, periculosa tamen et qui ea subeunt, laudibus ferant; Ritter. in annott. *ut dubia aliis, sibi secura velint.* Bach. *ut secura velint* sic interpretatur: hominum natura ita comparata est ut securitatem sibi optet ideoque discrimina laudet quae milites in bello, oratores in pace pro civium suorum securitate suscipiunt. Equidem ob Codd. consensum locum non mutandum, sed lacunae signum ponendum duxi; sed quid sit supplendum divinare non potui. Orellius putat, etiamsi aliquid exciderit, lect. *ut secura velint* retenta argutiorem esse sententiam: secura velint sibimet ipsis, dum tamen eos laudant et admirantur, qui audacter discriminibus obviam eunt.

Cap. XXXVIII. *quae etsi nunc aptior exstiterit*, *eloquentiam tamen*] *quae etsi nunc aptior est: ita erit eloquentia: tantum* Codd. Farn. (in quo *erit* om. teste Nieb., unde *tamen* eno-

tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur, et liberae

tavit Schraut.) Par. Vind. Ed. Spir.; *q. e. n. a. e. i. e. e. tanto* Put. Riv. Ber. Alc. Rhen., c. asterisco post *ita* Lips. Pith. Bernegg. Gron. Orell. In Codd. Vaticc. est *tamen.* Ut praetermittamus coniecturas Rhen., Lips., Muret., Acid., Schulting. al. in Edd. Schulz. et Walth. collectas, memoranda est Rud. Agric. emendatio *q. e. n. aptior est veritati, eloquentiam tamen* probata Gronov. ad Senec. de Ira II, 29. et recepta ab Heum. Broter. Schulz. Seebod. Bekk. Boett. et Ritt., quam Dronk. Osann. et Rup. (uterque c. signo lacunae) sequuntur omisso v. *veritati.* Bip. Oberl. et Luenem. *quae etsi nunc aptior est civitati, eloquentia tamen.* Baden. in N. Archiv. v. Seebod. etc. Vol. I. Fasc. 3. p. 411. 1832. coniectavit: *quae etsi nunc aptior exstiterit, eloquentia tanto,* statuens *tamen* omissum. Optima mihi videtur emendatio Waltheri, in quam Fr. quoque Hess. in commentt. mss. incidit, recepta a Bachio: *quae etsi nunc aptior exstiterit, eloquentiam tamen.* Sic *exsistere* legitur Dial. 20 et 37. extr.

nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur] *horas* omiss. in Codd. Par. Vind. Ed. Spir. et interpositum a Put. exhibet Cod. Farn., e quo *horas* 5. enotavit Schraut. De re cf. Dial. 19. *Cn. Pompeius* tertium consul 702. U. C. (vd. Tac. Ann. III, 28.) leges tulit de vi et ambitu, quibus gravior poena et breviora iudicia constituta sunt vd. Cic. Epp. ad Attic. X, 4., quae uno die atque eodem et ab accusatore et ab reo perorari iubebant, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur. vd. Ascon. in Cic. orat. Milon. in Ed. Orell. Vol. V. P. II. p. 37. Cic. Brut. 69, 243. 94, 324. Dio Cass. XL. p. 145. Leunclav. Laur. Lyd. de Magistratt. II, 16. Bach. Hist. Iur. II. 2. §. 87. et Westerm. G. d. r. B. §. 59., qui recte iudicat hanc legem maximo eloquentiae damno esse perlatam, praesertim quum qui tantae brevitati in dicendo non possent studere, graviores causas relinquere coacti sint. G. F. Hermanno in annott. ad Lucian. de conscrib. hist. cp. 28. p. 173. usus ad clepsydram dicendi in Graecorum foro celeberrimum (vd. Platner. Attisch. Process. Vol. I. p. 185. Cic. de Orat. III, 34, 138. de Pericle. *At hunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed — Anaxagoras*) ad Romanos pervenisse videtur Pomp. III. cos. *Clepsydra* (κλεψύδρα) erat vasculum, in cuius fundo parva foramina aquam guttatim destillabant, ex cuius deminutione horae mensura cognoscebatur. vd. Becker. Charikles Vol. II, p. 494. Eiusdem Gall. V. I. p. 187 sq., qui bene contra Beckmann. Beitr. z. Gesch. d. Erfind. I. p. 284. et Ideler. Lehrb. d. Chron. p. 258. docet ex h. l. non posse colligi, illo demum tempore usum clepsydrarum Romam trans-

comperendinationes erant, et modum dicendo sibi quisque sumebat, et numerus neque dierum neque patro-

latum, quum Pompeius tantum dicatur tempus in iudiciis dicendi astrinxisse. Hinc ortae sunt formulae: *clepsydras petere — dare, aquam dare — postulare* Plin. Epp. VI, 2, 5 sq.; *clepsydras accipere spatiosissimas* II, 11., unde apparet clepsydras diversae mensurae fuisse; *aquam perdere* Quint. XI, 3, 52., *aqua deficit* XII, 6, 5. Sed ab hoc numero lege Pompeia definito sub Imperatoribus nonnunquam esse descitum et plures horas insigni alicui oratori concessas intelligitur ex Epp. Plin. II, 11, 14. c. annot. Gier. *dixi horis paene quinque; nam XII. clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additae quattuor.* IV, 9, 9. *Egeram horis tribus et dimidia; supererat sesquihora. Nam quum e lege accusator sex horas, novem reus accepisset: ita diviserat tempus reus inter me et eum, qui dicturus post erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur.* In declamandi quoque exercitationibus iuvenes ad clepsydram dicebant. vd. Cic. Tusc. II, 27, 67. c. annot. Kuehn.

liberae comperendinationes erant] *Comperendinatio* est vocabulum forense, quod significat dilationem rei vel causae, de qua agebatur, in diem tertium sive *perendinum* (Cic. or. pr. Muren. 12.). Sed utebantur Romani quoque h. v., de longiore mora inter primum et secundum iudicium interposita. vd. Cic. Verr. I, 7. IV, 15. Alia erat in privatis causis, si utrique litigantes, posteaquam iudex datus esset, comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, denunciabant vd. Gaii Inst. IV, 15. Apud Macrob. Sat. I, 15. *comperendini dies sunt, quibus vadimonium dicere licet*, i. e. in quos transferre licet causae actionem. In publicis causis *comperendinatio* erat, qua post primam actionem reo et accusatori dilatio causae in secundam actionem concedebatur, in qua utrum accusator an reus priore loco dixerit incertum est. Lege Servilii Glauciae trib. plebis haec comperendinatio legitima fuit, ante quam aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus, aut *amplius* pronunciabatur, si videretur esse damnandus, quum dixissent iudices in causa obscura *non liquet*, quae erat *ampliatio*. Vd. Pseudoascon. in Cic. Verr. II, 1, 9, 26. Ind. Legg. in Onomast. Tull. P. III. p. 270 sq. Beier. ad Cic. oratt. pr. Tull. etc. p. 180. Rein. Roem. Privatr. p. 459 sq. Comperendinationum, quae antea liberae erant, spatium et numerum postea circumscriptum esse patet ex Plin. Epp. VI, 2, 6.

et modum dicendo sibi quisque sumebat] E Cod. Farn. recepi *dicendo* pr. vulg. *dicendi* cum Bachio, qui quidem ad Ann. II, 46. usum dativi Tacito pro genitivo familiarissimum multis exemplis illustrat, sed tamen rectius laudare poterat Boettich. Lex.

norum finiebatur. Primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius astrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur; apud quos quanto maiora

Tac. p. 142., qui multo latius ap. Tac. quam ap. cett. scriptt. patere usum dativi cum partic. futur. pass. multis exemplis explanavit. Ann. III, 1. *Illic paucos dies componendo animo insumit.* VI, 37. *ille equum placando amni adornasset.* Sed dativus quoque h. l. explicari potest vel ex analogia locutionum *sumere aliquid alicui rei*, *modum alicui rei facere — statuere — constituere — ponere* etc. (vd. Lexic.), vel locut. *finem facere alicuius rei* et *alicui rei*, de qua cf. Herzog. ad Caes. B. G. VII, 25. C. III, 10. Sall. Iug. 15. in. 31, 7.

finiebatur] Cod. Farn. Edd. Lips. et seqq.; *favebatur* Codd. Par. Vind. Ed. Spir.; *cavebatur* e corruptela Ed. Put. Riv. Ber. Alc. Rhen. Dronk. Osann. *Finire* i. q. definire Germ. 19. *numerorum liberorum finire* c. annot. nost. Plin. Epp. VI, 2. *tempus finire.*

Primus haec tertio consulatu Cn. Pompeius astrinxit] Sic locum e Cod. Farn. restituerunt Bekker. Boettich. Walth. Bach. Ritt.; *primus huius III° Constu Gn. Pompeius* Cod. Par., *primus huius .... cons. Gn. P.* Cod. Vind. Edd. Spir. Put. Riv.; *primus tertio consulatu* Edd. Ber. et seqq. fere omnes, nisi quod Dronk. *primus huius ..... cons.*, et Osann. *primus ....: cons.* *Astrinxit* i. e. coartavit, angustius dicendi tempus concessit, metaphora sumpta a fustibus vel vinculis, non a sufflamine, ut inter alia proposuit Rup. Cic. Epp. ad Attic. X, 6. *Pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat.* Offic. III, 31. *Nullum vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores artius esse voluerunt.*

imposuitque veluti frenos eloquentiae] »Angustiores terminos s. fines posuit oratoribus forensibus.« Hauff. »Libertatem dicendi coercuit tempore contracto.« Rup. Nihil frequentius apud Latt. quam formulae a *frenis* vel ab *habenis* desumptae de rebus, quae aut coercentur, coartantur, aut remittuntur, relaxantur; sicut ap. Graecos τὸν χαλινὸν χαλᾶν — διδόναι — ἐνδιδόναι, ἐμβάλλειν — συνέχειν — κατέχειν. Vd. Forcell. s. utroq. v. Curt. VII, 8, 24. *imponere felicitati frenos.* Plin. Epp. IX, 26, 7. *sed hoc intelligi volo, laxandos esse eloquentiae frenos nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos.* Quint. VIII. prooem. 27. *cursum dicendi refrenat.*

omnia legibus] »Non arbitrio Principis vel eorum, quos Princeps in consilium evocaverat.« Schulz.

apud praetores] »Qui soli dabant actionem et exceptionem, dabant iudices et arbitros, iudiciisque praeerant.« Schulz.

negotia olim exerceri solita sint quod maius argumentum est quam quod causae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis neque Caesaris neque Bruti neque Caelii neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centumviros dictus legatur exceptis orationibus Asinii, quae pro heredibus Urbiniae inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis Divi Augusti temporibus habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et assidua senatus tranquillitas et maximi principis disciplina ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacaverat.

Potestas praetoria tribus verbis erat comprehensa *do, dico, addico*, vd. Rein. Röm. Privatr. p. 408.

solita sint] E Cod. Farn. teste Schlutt. Walth. Bach. et Ritt., quod e coniectura Acidal. iam receperant cum Heum. Ern. Broter. Bip. Schulz. Orell. et Rup.; *solita sunt* Seebod. Dronk. Osann. Tu vide annot. ad Dial. 33. init.

causae centumvirales] Vd. annot. ad Dial. 7.

splendore aliorum iudiciorum obruebantur] Meyer. oratt. Latt. fragm. p. 214. coniecit *illorum*, sc. quae apud praetores fiebant, probatum Eckstein. *Obruere* i. q. obscurare v. Tac. Agric. 17. c. annot. Rup. *Et quum Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset.* Cic. Tusc. V, 19, 56. *quam quod Marius* (fecit), *talis viri interitu sex suos obrueret consulatus et contaminare extremum tempus aetatis.*

liber] Vd. annot. ad Dial. 3. p. 12.

quae pro heredibus Urbiniae inscribuntur] *urivae* Cod. Farn. testibus Niebuhr. et Schluttig. *urviae* Schraut. *Uriniae* test. Lips.; *Ironiae* Codd. Par. Vind. vett. Edd. (*heroniae* Riv.) usque ad Lips., qui emendavit *Urbiniae* duce Quintil., quem cf. IV, 1, 11. (ubi Spalding. de hac lite uberius exposuit) VII, 2, 4. et 5, 26. Clusinius Figulus vindicabat sibi Urbiniae cuiusdam hereditatem, cuius mortuae filium se esse dicebat, qui quidem iactatus variis casibus diu peregre abfuisset, sed nunc in Italiam ac patriam suam Marginos redisset. Asinius Pollio contra patronus pro heredibus contendebat hunc esse Sosipatrum servum, non verum filium.

postquam — tranquillitas] De synon. *quies, otium* et *tranquillitas* cf. Doederl. Lat. Syn. Vol. I. p. 79. Eckst. ad h. l. exempl. e Tac. congessit. De sententia vd. Tac. Ann. I, 1. *Hist. I, 1* sq.

Cap. XXXIX.

Parvum et ridiculum fortasse videtur, quod dicturus sum: dicam tamen, vel ideo ut rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiae attulisse paenulas istas, quibus astricti et velut inclusi cum iudicibus fa-

Cap. XXXIX. *videtur*] Ursin. Muret. et Acid. emendat. *videbitur* receperunt Pith. Heum. Ern. Brot. Bip. Schulz. Dronk. Bekker. Boett. Ritt. Sed futuro non est opus, quum scriptt. in usu temporum minus sint anxii quam grammatici. Ramsh. §. 164. 2. c. Quint. VI, 3, 77. *Si hoc ita est, is in exsilium; si non ita est, redis.* Tac. Ann. II, 77. *An festinamus cum Germanici cineribus appellere —?* De sententia cf. Plin. Epp. I, 6. in. *Ridebis, et licet rideas.* Etc. VI, 29, 3. *Ad haec ego genera causarum, ambitiose fortasse, addam tamen claras et illustres.* II, 3. extr. *Quae omnia huc tendunt, ut audias Isaeum, vel ideo ut audieris.*

paenulas] *penulas* Cod. Farn. vett. Edd. Seebod. al., quae scriptura probata est Edd. Quint. et Schmid. ad Hor. Epp. I, 11, 18., sed deterior quam *paenula*, etiam ob Gr. φαινόλης. *Paenula* erat vestis crassa vel gausapina vel lanea vel scortea undique clausa, astrictior et brevior quam toga, quae iam antiquitus super tunicam in itinere ad pluviam et frigus arcendum induebatur; sed a Domitiani temporibus in urbe quoque tempestate pluvia gestari solebat. vd. Becker. Gall. Vol. II. p. 93 sq. Meier. in Ersch. et Grub. Encycl. Sect. III. V. 9. p. 194. Sed quum nullus scriptor paenulis oratores quoque usos fuisse narret et Quint. XI, 3, 137, ubi de cultu oratoris agit, nisi togae mentionem non faciat, Heinrich. ad Cic. oratt. pr. Tull. etc. p. 1. Tacitum erroris arguit. Rectiorem vero sententiam ad Iuven. V, 79. proposuit: »*Paenula* Reise- und Regenmantel, eng anliegend über der Tunica. Der Client erscheint togatus, hier im Nothfall paenulatus. Sachwalter vor Gericht sind in diesen Seiten niemals anders als paenulati aufgetreten: die toga aber wurde immer enger und fast zur paenula. So ist die Stelle zu verstehen Dialog. de Oratt. cp. 39., die allgemein falsch verstanden, von Ernesti sogar gemissbraucht wird, um das Alter der ganzen Schrift daraus verdächtig zu machen.« Strodtbeck. de Materninae personae etc. vultu ironico p. 17. et Eckstein. agnoscunt Materni animum ad ironiam inclinantem et omnia extenuantem.

cum iudicibus fabulamur] Quint. XI, 3, 131. *Illud vero non ferendum, quod quidam reiecta in humerum toga cum dextra sinum usque ad lumbos reduxerunt, sinistra gestum facientes spatiantur et fabulantur.* Schulz. explicat oratores otiose tanquam in sermone familiari loqui cum iudicibus, quod

bulamur? quantum virium detraxisse orationi auditoria et tabularia credimus, in quibus iam fere plurimae causae explicantur? Nam quomodo nobiles equos cursus

desit actionis decor, qui spectetur brachii moderata proiectione e toga vd. Quint. XI, 3, 84, quum paenula brachia includerentur.

auditoria et tabularia] Cf. de h. l. Perizon. de Praetor p. 203 sq. *Auditoria*, quae Dial. 10. *foro* et *causis* et *veris proeliis*, sicut Quint. X, 1, 36. *foro* et X, 1, 79. *iudiciis*, opponuntur, erant proprie in aedibus privatis declamandi et recitandi causa. Sed sub Imperatoribus paullatim mos invaluit causas domi et in auditoriis cognoscendi (sic iam Caesar Ligarii et Deiotari causas intra privatos parietes cognoverat), quae erant vel in praetorio vel in aula principis. Cf. Iul. Paull. Digest. L. XII. tit. 1. 44. *Lecta est in auditorio Aemilii Papiniani praefecti praetorio causa.* Ulpian. L. IV. tit. 4. 18. *auditorium principis.* I. Paull. L. XLII. tit. 1. 54. *maius auditorium.* *Tabularium* est locus, ubi tabulae publicae, h. l. instrumenta, litterae et acta publica, ut senatus consulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio cuicunque concessis reponuntur. Sic fuit censorum Romae in atrio Libertatis ad rationes asservandas vd. Liv. XLIII, 16., aliud in Capitolio, de quo vd. Suet. Vesp. 8. Antoninum Philosophum per provincias tabulariorum publicorum usum instituisse refert Iul. Capitol. in eius vita cp. 9. In his igitur tabulariis causae prolatis documentis explicabantur, ut eloquentia non opus esset.

causae explicantur] Non orantur, aguntur, quod olim apud veteres Romanos in senatu et foro fiebat, ubi vera eloquentia vigebat, quum nunc nisi controversiae a causidicis in iudiciis non tractentur. Plin. Epp. VI, 2, 6. *Nos apertius dicimus, celerius intelligimus, religiosius iudicamus, qui paucioribus clepsydris praecipitamus causas quam diebus explicari solebant?*

nobiles equos] *Nobiles* sive *generosi equi* sunt egregii (edle Racepferde), quorum stemmata Romani insano Circensium ludorum studio incensi describerent, ut etiamnunc fit in Arabia, Anglia al. Cf. Iuven. 8, 56, 67. c. annott. Rup. et Heinrich. Stat. Silv. V, 2, 21.

cursus et spatia probant] Rup. et Bach. explicant per ἓν διὰ δυοῖν cursus per spatia. Eckstein. synonyma habet, ut Plin. Epp. IV, 12, 7. *necesse est laudis suae spatio et cursu et peregrinatione laetetur.* *Spatium* et *spatia* sunt locus, ubi cursu certatur (in circo), et cursus ipse ap. Virg. Georg. I, 513. III, 203. Aen. VII, 381. Cic. Cat. M. 23. De v. *probare* vd. Rup. ad Tac. Hist. I, 27.

et spatia probant, sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi et soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipsam quin immo curam et diligentis stili anxietatem contrariam experimur, quia saepe interrogat iudex, causam quando incipias, et ex interrogatione eius incipiendum est. Frequenter probationibus

oratorum campus — liberi et soluti ferantur] *Campus* metaphor. est materia uberior, quae locum dat dicendi, disputandi, agendi, qua signif. frequentatur a Cic. vd. Schütz. Lex. s. v. Off. I, 18. extr. *Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis* etc. Quint. V, 14, 31. *Feratur ergo* (eloquentia) *non semitis, sed campis.* Synonyma *liber et solutus* saepe coniuncta leguntur. vd. Eckstein. ad. h. l. Plin. Epp. II, 11, 4. Parei Lex. crit. mantiss. p. 51.

Ipsam — experimur] *Ipsam — diligentis stili* Codd. Farn. (teste Schluttig.) Vaticc. Edd. Rom. (teste Modio in Novantiq. Lect. Ep. XV. p. 68.) Heum. Ern. Brot. et recentt.; *diligens* Codd. Par. Vind. Ed. Spir., *diligentem* Edd. a Put. usque ad Heum. *Diligenter loqui* ap. Cic. Brut. 37, 140. est intelligendum de elegantia sermonis. Sic Quint. X, 1, 1. *diligentia scribendi. Stilus* i. q. genus dicendi. vd. Hand. Lehrb. d. Lat. St. p. 24. Plin. Epp. I, 8, 5. Quint. X, 3, 1. it. 5. *sit primo vel tardus, dum diligens stilus.* 6, 1. *Anxietas* est nimia cura, quam alicui rei impendimus. Quint. VIII. proem. 29. *Namque ista quaerendi, iudicandi, comparandi anxietas, dum discimus, adhibenda est, non dum dicimus.* Gell. N. A. I, 3, 12. *anxietas et quasi morositas disputationis.* XV, 7, 3. *Elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facilis et simplex.* Sententia h. l. est: Non operae pretium est multum curae ac studii in elaboranda et habenda oratione consumere, quia orator a iudice in perorando interpellatus et a rebus minus ad causam pertinentibus revocatus ea ipsa, quae diligentissime elaboravit, omittere cogitur. Cf. Quint. XI, 2, 48.

Frequenter probationibus et testibus silentium patronis indicit] *patronus incidit unus* interiecta pro *silentium* lacuna Cod. Par.; *patronus indicit. unus* Vind.; *patronus: indicit unus* Ed. Spir.; *patronus indicit unus* Edd. Put. Riv. Ber. Alc.; *patronus indicit. Unus* Edd. a Rhen. seqq. pleraeque; Schulting. coniect. *patrono indicitur* receperunt Schulz. et Boett.; *patronis indicit* coniect. Francogalli de la Monnoye probata est Oberlin. Seebod. Ed. II. Osann. Orell. et Bach.; *patrono indicit* coniecit Morabinus Francogall. Dialogi interpres. Ritterus *patronus* tanquam interpretamentum uncis inclusit, quod interpolator adscripserit verbis falso a se intellectis *unus aut alter assistit.* A Dronk. proposita transpositio *testibus silentium indicit. Patronus unus*

et testibus silentium patronis indicit. Unus inter haec dicenti aut alter assistit et res velut in solitudine agitur. Oratori autem clamore plausuque opus est et velut quodam theatro, qualia cotidie antiquis oratoribus contin-

tanquam ingeniosa laudatur a Peerlkampio. Fr. Hess. in commentt. mss. legi vult aut *patrono indicitur* coll. Plin. Epp. I, 23, 3. *silentium clepsydra indici*, aut *silentium patronus inducit* coll. Quint. XI, 2, 48., ut vv. *probationibus et testibus* dativo accipiantur. Mihi praeferendum videtur: *patronis indicit:* Haeufig legt er (der Richter) wegen der Beweismittel und der Zeugen den Sachwaltern Stillschweigen auf. *Probationes* ab rhetoribus appellantur omnes illae res, quibus aliquid probatur, *res ad fidem faciendam appositae* coll. Quint. l. l., πίστεις vel ἀποδείξεις, Beweismittel. A Cic. de Orat. II, 27. 116. et Quint. V, 1 sqq. edocemur duplex genus probationum fuisse: ad alterum pertinere *inartificiales*, quae non excogitentur ab oratore, sed quas in re positas extra dicendi rationem accipiat, ut *tabulas, rumores, tormenta, iusiurandum, testimonia, pacta, conventa, quaestiones, leges, senatus consulta, res iudicatas, decreta, responsa* rel.; ad alterum *artificiales*, quas in disputatione et argumentatione collocatas orator ex causa trahat ipse et quodam modo gignat.

Unus — aut alter] E Cod. Farn. Bekk. Boett. Walth. Bach. et Ritt., quod e coniectura Broter. a Seebod. iam editum est; *ac* Codd. Par. Vind. pleraeque Edd., *atque* Ern. Lünem., *et* Dronk. Osann. Orell. Cf. annot. ad Dial. 21. p. 122.

Oratori — theatro] *Clamor plaususque* i. q. clamor plaudentium (*clamor laudantium* Quint. X, 1, 17. c. annot. Herbst.) vel plausus cum clamore, ut Liv. XXXIII, 32. *tantus cum clamore plausus est ortus.* Cic. de Div. I, 28. *Senatus consultum — frequentissimo theatro incredibili clamore et plausu comprobatum.* De hoc more plaudendi cf. Quint. IV, 2, 37. c. annot. Spald. *Quae quidem virtus negligitur a plurimis, qui ad clamorem dispositae vel forte circumfusae multitudinis compositi non ferunt illud intentionis silentium nec sibi diserti videntur, nisi omnia tumultu ac vociferatione concusserint.* Quid sit *theatrum* bene explicavit Ern. Cl. Cic.: 1) frequentia spectatorum et auditorum; 2) occasio, locus ita demonstrandi ingenii, virtutis, ut a plurimis cognosci possit, et omnino, quicquid ita fit, ut in oculis hominum fiat, id in theatro fieri dicitur. Cic. Brut. 2, 6. *quum forum populi Romani, quod fuisset quasi theatrum illius ingenii.* Quint. I, 2, 9. c. annot. Spald. *optimus praeceptor frequentia gaudet ac maiore se theatro dignum putat.* De re cf. Cic. de Orat. II, 83, 338. *Fit autem, ut, quia maxima quasi oratori scena videatur concio-*

gebant, quum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent, quum clientelae quoque ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus assisteret, quum in plerisque iudiciis crederet populus Romanus sua interesse, quid iudicaretur. Satis constat C. Cornelium et M. Scaurum et T. Milonem et L. Bestiam et P. Vatinium

nis, natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut, quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator nisi multitudine audiente eloquens esse non possit.

quum tot — coartarent] I. e. quum tanta esset copia hominum nobilium, qui in foro versarentur, ut id vix capere eos posset. Falso suspicatus est Orell. excidisse *homines* post *nobiles*, quum adiectiva a Latinis, frequentissime a Tac., pro substantivis poni annotaverimus ad Dial. 1. Ann. I, 2. *ferocissimi* et *ceteri nobilium.* Sic *liber* Cic. Off. I, 42, 151. c. annot. Beier.

quum clientelae — assisteret] *ac tribus* Codd. Farn. Par. Vind. Ed. Spir. Dronk. Osann. Orell. Bekk. Boett. recentt.; *et tribus* Edd. Put. et reliq.; *etiam leg.* Codd. Farn. Vaticc. Dronk. Osann. Orell. Bekk. recentt.; *et leg.* Codd. Par. Vind. vett. Edd., quod delevit Rhen. et seqq.; *pars It. p. assisteret* Codd. Farn. Vaticc. Broter. et recentt.; *partis I. p. assisteret* Codd. Par. Vind. (*assisteret* it. Spir.); *partes* Edd. Put. et seqq.; *partes — assisterent* a Rhen. emendat. Edd. usque ad Brot. it. Rup. De singulari *assisteret* cf. annot. ad Dial. 22. p. 153.

interesse] De differentia vv. *interest* et *refert* vd. Herzog. ad Sall. Iug. 111. in. Ramsh. §. 114.

C. Cornelium — Vatinium] Harum oratt. sola Miloniana, praestantissima omnium Ciceronis, integra superest, oratt. pro Corn. et Scaur. fragm. ab Ascon. Ped. servata erant, sed nuper A. Maius plura or. pro Scauro in Bibl. Ambros. Mediolani reperta edidit, post eum Beier. Lips. 1825. vd. supr. p. 131. *C. Cornelius*, quaestor Cn. Pompeii, tribun. pl. 687. U. C., maiestatis reus, defensus est a Cicerone, accusante P. Cominio Spoletino (vd. Brut. 78, 271.) 689. U. C. Aurelio Cotta et Manlio Torquato coss., quatriduo apud Q. Gallium praetorem. Duarum oratt. fragm. collegit Orell. Vol. IV. P. II. p. 445 seqq. c. argum. orat. I. Ascon. — *M. Aemilius Scaurus*, M. S. F., aedilis 696. U. C., pontifex 697., praetor 698., apud quem Cicero Sestii causam egit, e praetura Sardiniae repetundarum postulatus a Triario L. Domit. Ahenobarbo et App. Claud. Pulchro coss. apud C. Catonem praetorem 700. U. C. et defensus a Cic. absolutus est. Vd. argum. Ascon. in Ed. Cic. Orell. Vol. V. P. II. p. 18 sq. et fragm. Vol. II. P. II. p. 258 sq. — De Milone vd. Ascon. argum. l. l. p. 31. —

concursu totius civitatis et accusatos et defensos, ut frigidissimos quoque oratores ipsa certantis populi studia excitare et incendere potuerint. Itaque Hercule eiusmodi libri exstant, ut ipsi quoque, qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur.

Cap. XL.

Iam vero conciones assiduae et datum ius potentissimum quemque vexandi atque ipsa inimicitiarum glo-

L. Calpurnius Bestia, tribun. pl. 692, aedilis plebeius 696, in coniuratis Catilinae a Sall. 17. nominatus, in petitione praeturae de ambitu accusatus a. d. III. Id. Februar. 698. U. C. defensus est a Cicerone apud praetorem Cn. Domitium in foro medio maximo conventu. vd. Epp. ad Quint. Fr. II, 3. Philipp. 1, 5. Onomast. Tull. P. II. p. 121., cuius orat. nulla fragm. exstant. vd. Orell. Vol. IV. P. II. p. 469. De Vatinio vd. annot. ad Dial. 21.

concursu totius civitatis] I. e. concurrente tota civitate. Ann. XII, 47. *simulque concursu plurium*. Agric. 33. *iamque agmina et armorum fulgores audentissimi cuiusque procursu* c. annot. Walch. De qua signific. temporali ablativi vd. Ramsh. §. 148. C. a. Roth. Exc. XIX. ad Tac. Agric. p. 197. Kritz ad Sall. Iug. 30, 3. 64, 4. Held. et Herzog. ad Caes. B. C. I, 18. Reisig. Vorles. §. 400. c. Haas. annot. 409. nec h. l. immemoris. De re cf. Hand. in Ersch. et Grub. Encyclop. Sect. I. Vol. 17. p. 222.

frigidissimos quoque oratores] *Frigidus* (frostig) *orator* est is, qui tarde commovetur, raro incalescit, cui deest oratorius vigor, quo ad animos audientium commovendos opus est. Vd. Cic. Brut. 48, 178. *In eodem genere causarum multum erat T. Iuventius, nimis ille quidem lentus in dicendo et paene frigidus.* Epp. ad Quint. Fr. III, 3. *frigidissimis accusatoribus uti.* Ern. Lex. techn. Lat. s. v.

populi studia excitare et incendere potuerint] Cic. or. de imp. Pomp. 2. *vestros animos excitare atque inflammare.* Ovid. Epp. ex Pont. IV, 2, 35. *Excitat auditor studium laudataque virtus Crescit.*

censeantur] *Censere* aliquem aliqua re i. q. aestimare usurpari a scriptt. argenteae aetatis docet Stürenb. ad Cic. pr. Archia 6. p. 100. Ed. 1832. Tac. Agric. 45. *una adhuc victoria Carus Metius censebatur.* Plin. Paneg. 15, 5. *hic te commilitone censetur* c. annot. Schwarz. Suet. Gramm. 10. *Eratosthenes multiplici variaque doctrina censebatur.* De structura verborum aestimandi c. simplici ablativo cf. Walch. ad Tac. Agric. 5. p. 144. Ramsh. §. 142. 7.

ria, quum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione aut Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent et ad incessendos principes viros, ut est natura invidiae, populi quoque * et histriones auribus uterentur, quantum

Cap. XL. *quum — abstinerent*] Cod. Vind. et Ed. Spir. om. *a* interpositum a Put., quum *se* vel *aliquid abstinere aliquo* rarissime dicatur, ut Liv. I, 1, 1. *duobus Aenea Antenoreque — omne ius belli Achivos abstinuisse.* Cf. de structura *aliq. ab aliquo abst.* Rup. ad Liv. II, 22, 3 Fabr. ad XXIV, 18, 10. Herzog. ad (Caes.) B. G. VIII, 44. E Codd. Farn. et Vaticc. *abstinerent* a Brot. et recentt. receptum est, item iam ab Heum. e coniectura Acidal.; *abstinuerunt* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Put. Bip. Ber. Alc.; *abstinuerint* Rhen. et seqq. Pro *Sulla* exhibent *Sila* Cod. Farn., *Silla* Cod. Vind. Edd. vett. Codd. Sallust. Cat. 5, 6., *Sylla* (sic *Σύλλας* Graec.) Rhen. et mult. Edd. Scripturam *Sulla*, quae est in Edd. recc., praestare docent non solum nummi et lapides, sed etiam origo voc. a *sura*. vd. Kritz. ad Sall. l. l. Walth. ad Tac. Ann. I, 1. Forcell. Lex. s. v.

ut est natura invidiae] Flor. IV, 2, 8. *Nimia Pompeii potentia apud otiosos, ut solet, cives movit invidiam.* Tac. Ann. III, 10. *odium et invidiam apud multos valere.*

*populi quoque * et histriones auribus uterentur*] Est locus corruptissimus, in quo emendando VV. DD. adhuc frustra laborarunt. Codd. Farn. Par. Vind. Edd. Spir. c. asterisco Orell. et Walth. *populi quoque et histriones*; Codd. Vaticc. *populi et histriones*; Edd. Put. et seqq. fere omnes *populi quoque histriones*; Broter. Dronk. et Osann. *populi etiam histriones.* Coniecturae, quas omnes enumerat Ed. Walth., propositae sunt: velut ab Acidalio *histriones quoque populi a. u.*, a Schurzfl. *populi quoque ceu histriones a. u.*, a Peerlkamp. *etiam tamquam histriones*, a Seebod. in Ed. II. *populi adstrictis auribus uterentur*, ab Orell. *plerique et histrionalibus artibus uterentur*, ab Heumann. *populi quoque adrectioribus a. u.* probat. Schulz. Oberl. Bekk. Boett. Bach. et Ritt. Locutio *aures arrigere* ducta est ab animalibus, quae ad subitum strepitum aures arrigunt, quo melius audire possint cf. Ruhnk. Dict. ad Ter. Andr. V, 4, 30. Sic *arrecta omni civitate* in causa Pisonis Tac. Ann. III, 11. *Erigere aures* Plin. Epp. V, 4, 4. Boett. coniect. *adrectioribus* sic defendit: »Ita omnia optime cohaerent et explicantur verba *ut est natura invidiae.* Nam ea ipsa invidia adrectiores reddit populi aures, haec autem populi studia, non histrionales artes, faces istas oratoribus admovebant.« Mihi in mentem venit *attentioribus*, quod ad ductus litterarum propius accedit. Sic *attentae aures* Lucr. VI, 921., *attenta auris*

ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant! Non de otiosa et quieta re loquimur et quae probi-

Horat. Sat. II, 1, 19. *Uti auribus alicuius* i. q. auditorem aliquem habere. vd. Cic. Epp. ad Fam. VII, 33.

quas oratoribus faces admovebant] *Faces* sunt incitamenta acerrima, et *faces admovere alicui* fortius dicitur quam *stimulos alicui admovere* vel *addere*. Petita est formula a tormentis servorum, qui in quaestionibus atque etiam ad puniendum, si peccassent, urebantur admotis facibus aut lamina candente. Cf. Dissen. ad Tibull. I, 5, 5. et II, 4, 6. Sic *verborum faces admovere*, Cic. de Orat. III, 1, 4.; *faces dicendi adhibere* II, 51, 105. vd. Ern. Lex. techn. Lat. s. *fax*; *faces subdere ad studia dicendi* Quint. I, 2, 25. c. annot. Spald.; *faces dolorum admovere* Cic. Off. II, 10, 37. *doloris* Tusc. II, 25, 61. c. annot. Kuehn.

Non de otiosa et quieta re loquimur] Primus Heumannus observavit hic ingentem esse hiatum, quum praecedentia verba sint Messallae causam eloquentiae agentis, posteriora Materni, qui contra oratores eorumque artem verba faciat, quod Dial. 11. se facturum promisisset. De hac lacuna U. Bekker. in Seebod. Archiv. 1825. Vol. I. p. 71 sq. repetit. in Orell. Ed. Dial. p. 95 sq. copiosius exposuit, cuius sententiae obsecuti asteriscis lacunam indicarunt Osann. Orell. Bekk. Boett., item Walth. et Bach., qui tamen non multum excidisse et ironiam per totam Materni orationem dominari cum Strodtbeckio suspicati sunt. Equidem assentior Rittero nullam lacunam, cuius in nullo Cod. signa comparent, esse statuenti, quum Maternus de eodem argumento, quod modo tractaverit, dissere pergat, nisi quod ab hoc loco paulo vehementius artem dicendi a se improbatam adgrediatur. In prioribus exposuisse, quemadmodum apud maiores libertatis extremum artem dicendi provexerit: iam universe pronuntiare eam esse huius artis naturam, ut in bene constitutis civitatibus non oriatur. Quapropter in civitate Romana, donec erraverit, eam floruisse, sed iam, cum concordia redierit, necessario fractam esse notabilem antiqui temporis eloquentiam. — Schulz. recte *re* intelligit de re publica, male Hauff. et Fr. Hessius in commentt. mss. de eloquentia. Sic infra *in bene constitutis civitatibus*. Dial. 36. *composita et quieta et beata re*. Sall. Iug. 41. *Nam ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant* etc., ubi Kritz. laudato Spalding. ad Quint. I, 2, 4. annotavit *modeste*, quod proprie dicatur de modo servando vd. annot. ad Iug. 44. Doederl. Lat. Syn. Vol. II. p. 203 sq., latius patere omninoque universam animi bonitatem ac probitatem hoc voc. comprehendi.

tate et modestia gaudeat: sed est magna illa et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti libertatem vocitant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine servitute, contumax, temeraria, arrogans, quae in bene constitutis civitatibus non

sed est magna illa et notabilis eloquentia] *et* pro *est* Cod. Farn. teste Bekk. recept. a Bach., quum verb. substant. facile possit subaudiri; pro *ista* lect. Codd. Par. Vind. et plerarumque Edd. *illa* e Cod. Farn. receperunt Bekk. et recentt. Senec. Controvv. V. prooem. p. 320. *Magna autem debet esse eloquentia, quae invitis placeat.* -

quam stulti libertatem vocitant — oritur] Pro vulg. *vocabant* Heum. correxit *vocant*, ego emendavi *vocitant* ut Dial. 23. in.; nam imperfecto non est locus. Acidal. coniectura *fomes* pro *comes* recepta ab Heum. non est admittenda. Tac. ante oculos habuit Cic. Brut. 2, 7. et 12, 45. *Pacis est comes otiique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia.* De re cf. Quintil. II, 16, 1 sq., quem imitatus videtur Pseudoquint. Decl. CCLXVIII. Vol. IV. p. 89. Ed. Bip. *Civitatum status scimus ab oratoribus esse conversos: sive illam Atheniensium civitatem quondam late principem intueri placeat, accisas eius vires animadvertemus vitio concionantium: sive P. R. statum excutere voluerimus, nonne gravissimas seditiones, nonne turbidissimas conciones eloquentissimus quisque habuit? Nonne illi Gracchi ad evertendam rem publicam his veluti armis succincti accesserunt?*

sine obsequio, sine servitute] Latini non solum adverbia (vd. Roth. Exc. XXIV. ad Tac. Agric. p. 215. Reisig. Vorl. §. 224. Haas. annot. 391.), sed etiam praepositiones cum substantivis ad adiectivum circumscribendum sic componunt, ut propria sermonis indole verbum finitum vel participium sit supplendum; quod frequentissimum est apud Tacitum. Quam structuram ab Hand. Lehrb. d. Lat. Stils p. 161. 3. angustis terminis circumscriptam latius patere demonstravit Haenisch. duabus commentt. Ratibor. 1835 et 1838. 4. editis: Ueber die Verbindung der Nomina substantiva durch Praepositionen in der latein. Sprache; Reisig. l. l. §. 341. c. Haas. annot. 512.; de frequenti usu ap. Tac. v. Roth. Exc. XXV. ad Agric. p. 230 sq. Pabst. Ecl. Tac. p. 329. Sic Caes. B. G. II, 14. *hostes sine fide* c. annot. Herzog. Sall. B. Iug. 54, 6. *multa castella et oppida temere munita aut sine praesidio capit incenditque*, ubi Kritz. annotavit, *sine* praepositionem haud raro ita cum substantivo coniungi, ut non ex verbo apta sit, sed cum suo nomine ad alterum nomen vi adiectivi negativi aut genitivi qualitatis referatur; 61, 4. 86, 3. c. Kritz. et Herz. annott. —

oritur. Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus? quarum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis, quae certo

In v. *servitute* emendando praeter necessitatem laborarunt editores consilio orationis Materninae non recte perspecto. Pithoe. *sine severitate* posuit in textu recept. e Cod. Par.; Rauchenstein. coniecit *sine securitate* coll. cp. 11.; Orell. *sine sanitate*, si quid omnino mutandum; *sine lenitate* Peerlkamp.; *sine sanctitate* Boett. in annott. ad Dial. et in comment. de vit. et scr. Tac. p. 86.; Heum. vv. *sine servitute* eiectis coniunxit *sine obsequio contumax*; Aug. Wittich. in comment. de auct. Dial. p. 262. *sine virtute*; Schulz. Dronk. et Orell. *servitutem* honesta significat. accipiunt, ut sit obedientia erga leges et magistratus: sic est Cic. or. pr. Planc. 30. *servitus officii*, pr. Cael. 32. *servus potestatis*, Quint. II, 16, 9. *servitus iuris*; quibus tamen locis nihil probari ait Eckstein., quia in iis, ut semper eo vocabulo, servi conditio significetur per metaphoram ad simile quid translata, et quia, etiamsi honestam voc. *servit.* signif. concedamus, ea carere potuissemus ob voc. *obsequium*, quod idem significet. Sententiam h. l. optime intellexit Strodtbeck. in comment. Maternin. person. vult. iron. p. 18., cuius explicatio probata est Eckstein. et Bachio: »Disserens enim Maternus perinde ac si in vitio esset vacare servitute, vere illudit adversario, cuius sermonem imitatur, quippe quem servile suum ingenium cum ridicula quadam pinguetudine effantem inducit.«

Quem enim oratorem Lacedaemonium etc.] Cic. Brut. 13, 50. *Quis enim aut Argivum oratorem aut Corinthium aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Lacedaemonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem.* Quem locum annotante Ruhnk. imitatus est Vell. Pat. I, 18. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentiae quam universa Graecia operibusque floruit, adeo ut corpora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia vero solis Athenis clausa existimes. Neque vero hoc magis miratus sim quam neminem Argivum, Thebanum, Lacedaemonium oratorem aut, dum vixit, auctoritate, aut post mortem dignum memoria existimatum.* Quint. II, 16, 4. *eoque et* (eloquentiam) *Lacedaemoniorum civitate expulsam* c. annot. Spald. III, 7, 24. *Minus Lacedaemone studia litterarum quam Athenis honoris merebuntur.* Westerm. G. d. gr. B. §. 62.

Nec Macedonum quidem ac Persarum aut ullius gentis] *Ernestio ne* pro *nec* lect. Codd. et plerarumque Edd. corri-

imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. Rhodii quidam, plurimi Athenienses oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic

genti temere obsecuti sunt Brot. Schulz. Oberl. et Bekk. Pro *ac* Eckstein. et Fr. Hess. in commentt. mss. *aut* postulante Latinitate recte malunt scribi, ut melius enunciati membra inter se cohaereant vd. Hand. Turs. Vol. I. p. 543.; cuius confus. exemplum praeter Hand. Vol. I. p. 512 et 558. offert h. l., ubi *aut ullius* exhibitum in Codd. Farn. et Vaticc. (quod iam Heum. e coniectura posuit in textu) receperunt cum Ern. recentt. praeter Oberl. et Rup. pro *ac ullius* lect. Codd. Par. Vind. et cett. Edd. Structurae rarioris, de qua vd. Reisig. Vorl. §. 237. c. Haas. annot. 413., exemplum exstat ap. Cic. de Rep. III, 31. *quum — neque esset unum vinculum iuris nec consensus ac societas coetus.*

quae certo imperio contenta fuerit] Male Heum. correxit *fuit*: vd. de coniunct. annot. ad Dial. 8. p. 49.

Rhodii quidam] De dicendi genere Rhodio, quod ab Aeschine Rhodum translatum mixtum erat ex Asiatico et Attico, cf. Cic. Brut. 13, 51. *Hinc Asiatici oratores non contemnendi quidem nec celeritate nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes: Rhodii saniores et Atticorum similiores.* Orat. 8, 25. Quint. XII, 10, 17 sq. *Mihi autem orationis differentiam fecisse et dicentium et audientium naturae videntur: quod Attici limati quidam et emuncti nihil inane aut redundans ferebant. Asiana gens tumidior alioqui atque iactantior vaniore etiam dicendi gloria inflata est. Tertium mox, qui haec dividebant, adiecerunt genus Rhodium: quod velut medium esse atque ex utroque mixtum volunt. Neque enim Attice pressi neque Asiane sunt abundantes, ut aliquid habere videantur gentis, aliquid auctoris. Aeschines enim, qui hunc exsilio delegerat locum, intulit eo studia Athenarum, quae, velut sata quaedam coelo terraque degenerant, saporem illum Atticum peregrino miscuerunt.* Clarissimi oratores Rhodii fuerunt Apollonius Molo Alabandensis, praeceptor Ciceronis, cui, quum legatus Rhodiorum Sulla dictatore Romam venisset, ibi primum operam dedit, postea Rhodi in peregrinatione per Graeciam et Asiam suscepta vd. Brut. 91, 316.; item Hermagoras Temnites; minus clari Artamenes, Aristocles et Philagrius. Cf. Westerm. G. d. gr. B. §. 76. et 81.

plurimi Athenienses] E Codd. Farn. et Vaticc. receperunt c. Brot. recentt. praeter Rup. pro *Athenienses plurimi* in cett. Codd. et Edd.

apud quos omnia populus etc.] Cf. contrarium Dial. 41. *quum de re publica etc.* De re Wachsmuth. Hellen. Alter-

dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas, donec erravit, donec se partibus et dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla superiorum reverentia, nullus magistratuum modus, tulit sine dubio valentiorem eloquentiam, sicut indomi-

thumsk. Vol. I. P. II. §. 55—58. Die Athenische Demokratie. C. F. Hermann. griech. Staatsalterth. §. 66—72. Tittmann. Darstell. d. griech. Staatsverfass. p. 143 seq. Westerm. l. l. §. 36 seq. De anadiplosi *omnia*, *donec*, *nulla* vd. ad Dial. 30 et 36.

donec erravit] i. e. fluctuavit c. Rhen. in Thesaur., vel certo imperio non est usa vd. ad Dial. 36. Cf. 41. de statu civitatis huic contrario.

donec — confecit] Tac. Agric. 32. *Nostris illi dissensionibus* (al. *discessionibus*) *ac discordiis clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt.* Liv. prooem. 3. *festinantibus ad haec nova, quibus iampridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt.*

nullus magistratum modus] Male Orell. p. LXX. cum Schulz. h. l. intellexit de potestate magistratuum nullis certis legibus circumscripta, qui tamen legi mavult *metus*; rectius Boett. de modo a magistratibus oratorum certaminibus non adhibito, et Eckstein. de effrenata oratorum licentia per magistratus non coercita: keine Beschränkung (der Redner) von Seiten der Magistrate, non, ut Gutm., keine Schranke bei den Magistraten.

valentiorem eloquentiam] Eadem est *solida atque robusta eloquentia* Quint. X, 1, 2., quacum cf. *validissimum* dicendi genus XII, 10, 63. Sic Dial. 25. Cicero *valentior* appellatur. Cic. Brut. 16, 64. c. annot. Bernh. in Ed. Meyer. *quanquam in Lysia sunt saepe etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius.* Tac. Ann. IV, 21. *orandi validus.*

sicut indomitus ager — laetiores] *sicuti Domitius* Codd. Par. Vind., *sicuti domitus* Cod. Far. Ed. Spir., *sicuti indomitus* Put. et seqq.; *sicut indomitus* Edd. Ald. Dronk. et recentt. De humo vel agro subacto dicitur *terram domare rastris* Virg. Aen. IX, 608. *Laetus* de herba vel agro frequens: *laetis operatus in herbis* Virg. Georg. I, 339., *laetum gramen* Quint. VIII. prooem. 23., *laetius solum* XII, 10, 78. Orell. attulit Fronton. Ed. Rom. p. 5. *Non aeque adolescunt in pomariis hortulisque arbusculae manu cultae rigataeque, ut illa in montibus aesculus et abies et alnus et cedrus et piceae, quae sponte natae, sine ratione ac sine ordine sitae, nullis cultorum laboribus neque officiis, sed ventis atque imbribus educantur.*

tus ager habet quasdam herbas laetiores. Sed nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges, nec bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensavit.

nec tanti rei publicae — leges] *tuta rei publicae* Codd. Farn. Vaticc., *tuta reipublicae* Cod. Par., *tuta resp.* Cod. Vind. Edd. usque ad Rhen., cuius emend. *tanti rei publicae* receperunt seqq. praeter Seebod. et Osann., qui *tanta* exhibent: vd. de hac form. annot. ad Dial. 37. De C. Graccho vd. ad Dial. 18.; de Tib. Plutarch. vit. Meyer fragm. oratt. p. 112. Westerm. G. d. r. B. §. 34. et 35. E. A. H. Ahrens. Rechtfertigung des Tib. Sempr. Gracchus. Coburg. 1833. 8. De Gracchorum legibus Beier ad Cic. Off. II, 12. extr. Heyn. Opuscc. Vol. IV. p. 362 sq. Hegewisch. Gesch. d. Gracch. Unruhen. Hamb. 1801. 8. Heeren. Gesch. d. Revolution der Gracchen in kl. histor. Schr. Vol. I. p. 145 sq. Reiff. Gesch. d. Röm. Bürgerkr. Vol. I. p. 43 — 106.

nec bene famam eloquentiae Cicero tali exitu pensavit] *nec bonae formam eloquentiae* Codd. Par. Vind. Edd. pleraeque, it. Cod. Farn. teste Schluttig. et Vat. 1862, sed a man. sec. *bene*, quod e Cod. Farn. enotavit Bekk. I. F. Gronov, *bonam eloquentiam* interpretatus salubrem et publice utilem, *formam* genus (quanquam *famam* e coniect. Muret. ei non displicet) et *pensare exitu eloquentiam* parem eloquentiae exitum nancisci h. l. sic explanavit: »Melius fuisset rei publicae Gracchos non fuisse disertos, quam facundia ad seditiosas leges ferendas uti: melius Ciceroni quamvis salubris eloquentiae genere vel fama caruisse, quam propter illam sic perire.« Contra quem Eckstein. recte observat *formam* non esse genus, sed absolutae et perfectae eloquentiae exemplar, ad quam explicationem proxime accedit Bachii, qui coll. Cic. Orat. 5, 19. et 14, 43. accepit de specie eloquentiae animo expressa et comprehensa (*Ideal*) lect. *nec bene formam* a se receptam sic interpretatus: »*nec bene* (i. e. *male*) *factum est* (summopere dolendum est) *quod Cicero eloquentiam omnibus partibus absolutam tam diro exitu redemit.* Duo membra sibi opponuntur: Gracchorum eloquentia rei publicae perniciosa, Ciceronis eloquentia, licet rei publicae saluberrima (hanc enim sententiam facile ex ingenio supplebis), ipsi tamen exitiosa.« Dronkio *forma eloquentiae* periphrasis videtur coll. Drakenb. ad Sil. It. XV, 86. Heum. ex ingenio in textu posuit *nec bonae fama eloquentiae Ciceronem t. e. p.*; Seebod. et Orell. *nec bonae famam eloquentiae Cicero t. e. p.* Equidem recepta lect. *bene* e Codd. Farn. Vatic. et emendat. Mureti *famam* (de confus. vv. *forma* et *fama* vd. Walth. ad Tac. Ann. XV, 59. XVI, 6.) lo-

Cap. XLI.

Sic quoque, quod superest antiqui oratoribus, forum non emendatae nec usque ad votum compositae

cum bene constitutum exhibui sicut Schulz. Bekk. Boett. Walth. Ritt. et Peerlkamp., qui hanc explicationem addit: »Ciceroni sua eloquentia tam diro exitu constitit. Non tanti erat illa fama, ut ita interiret. Mala compensatio Ciceroni.« *Tali* i. e. tam tristi, qualis in vulgus notus est. *Nec bene pensare* i. q. magno pretio (quasi appenso) redimere, sicut dicitur *bene — male emere.* Vell. Pat. II, 88. *Servilia — praematuram mortem immortali nominis sui pensavit memoria.* 115. *nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio, quam damno amissi militis pensaret.* Sil. It. II, 35. *Nullo iam capti vitam pensabitis auro.* Ovid. Heroid. 2, 143. *Stat nece matura tenerum pensare pudorem* c. Dictat. Ruhnk. Virg. Aen. IX, 206. (animus) *Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.* De re cf. Vell. Pat. II, 66. Senec. Suasor. VII. Quint. Declam. CCLXVIII. *Quid ego dicam, quantum civitati profuerit eloquentia? sibi nocuit. Summos utriusque partis oratores videamus. Nonne Demosthenem illum oppressum veneno suo scimus? nonne Ciceronem in illis, in quibus toties placuerat, rostris poenae suae expositum?* Iuven. 10, 114 — 126.

Cap. XLI. *Sic quoque, quod superest antiqui oratoribus*] Boettich. in annot. ad h. l. et in comm. de vit. et scr. Tac. p. 86., qui temporis maxime accuratiorem significationem desiderat et vocem, ad quam recte referatur *quoque*, pro *sic quoque* coniecit *nunc quoque.* Sed bene Bachius ante *quoque* supplet *id,* quod respondeat relativo *quod*, et locum sic interpretatur: *sic id quoque antiqui quod superest oratoribus* (i. e. id quoque quod ex antiquitate superest oratoribus), *forum* rell. Pro *antiquis* lect. Codd. et vett. Edd. Gronovius proposuit emendat. egregiam *antiqui* receptam a Schulz. Oberlin. Dronk. et recentt., quam sic explicavit: »Conciones sustulerunt Caesares. Una ratio ex tot apud antiquos occasionibus ostentandi ingenii et exercendae eloquentiae relicta erat, *forum* et causarum patrocinia.« Male *ex antiquis oratoribus* Ern. et Brot. Structura *quod antiqui* usitata est Latinis. Liv. XXXIV, 26. med. *Quod maturi erat circa, demessum et convectum est.* XXIV, 40. c. annot. Fabr. Tac. Ann. I, 64. et *obruto quod effectum operis.* vd. Pabst. Ecl. Tac. p. 318. Quint. XI, 3, 16. *Nam opus est omnibus, sicut non oris modo suavitate, sed narium quoque, per quas, quod superest vocis, egeritur.* Beier. ad Cic. Off. III, 16, 67.

forum non emendatae — argumentum est] Ex coniect. Faern. et Lips. *emendatae* pro *emendare* lect. corrupta Codd. et mult.

civitatis argumentum est. Quis enim nos advocat nisi aut nocens aut miser? quod municipium in clientelam nostram venit nisi quod aut vicinus populus aut dome-

Edd. receperunt Pithoe. Heum. et seqq. Deinde *usque* Codd. Farn. Vind., quod probatum Lips. in annott. et Gron. receptum est a Schulz. Oberl. et recentt.; *usquam* Cod. Par. (*usqu*) Edd. vett. et Osann.; *usque quaque* e coniectura Acidal. exhibent Heum. Rup. et Orell., quam Hand. Turs. Vol. I. p. 108. defendit coll. Quint. Decl. III, 12. *ad omne votum fluente fortuna*, et Cic. Off. I, 26, 90. *in rebus prosperis et ad voluntatem nostram fluentibus*. Mihi quoque emendatio *usque quaque* optime convenire videtur sententiae loci, quae est: forum non bene nec omni ex parte ad votum compositae et constitutae civitatis argumentum est. Bachius *usque ad votum* contortius explicat: civitatis usque eo compositae ut votum impleat; semper enim dicitur *componere aliquid ad aliquid*, nunquam *usque ad aliquid*. Cic. de Legg. II, 13. *auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita*. Quint. I, 11, 19. al. frequenter vd. Bonnell. Lex. s. v.

advocat] *Advocare* voc. forense, quod aetate Ciceronis significat rogare aliquem, ut in iudicio, in lite instruenda consilio et praesentia sua nos adiuvet, aetate Taciti usurpatur de eo, quem ut in nostra causa agenda nobis patronus in iudicio adsit rogamus. Cf. annot. ad Dial. 1. de *advocatis*. Plin. Epp. IV, 17, 2. ed. Gier. *Est quidem mihi cum isto, contra quem me advocas, non plane famililiaris, sed tamen amicitia*. Quint. XII, 1, 24. *An ei, qui ad defendendas causas advocatur, non est opus fide —*? 43. Gronov. ad Senec. de Clement. I, 9.

in clientelam nostram] *in civitatem nostram* exhibent Codd. et pleraeque Edd., quam lect. sic defendit Oberlin., ut *in civitatem venire* explicet *ius civitatis accipere*, quae interpretatio propterea mihi displicet, quod haec formula hac significat. vix legatur, et quod h. l. non de municipiis in civitatem Romanam receptis, sed oratorum patrocinium quaerentibus sermo est. Item Bach. argutius quam verius, ut *civitatem* idem valere statuat quod *regnum*, velut Cic. de Orat. I, 10, 41., cui adde annot. ad Dial. 32., et eloquentia non sine ironia tanquam oratorum *civitas* sive *regnum* dicatur; in quod velut in asylum confugiant municipes aliique oratorum auxilium petituri. Pithoeus igitur egregiam coniecturam *in clientelam nostram* proposuit, quam probatam Schel. et Ern. receperunt Heum. Bip. Schulz. Dronk. Orell. et recentt. Cf. de *clientela* annot. ad Dial. 3. Municipia aut a vicino populo aut domestica discordia agitata Romam se conferebant, ut causas suas oratoribus agendas commendarent.

stica discordia agitat? quam provinciam tuemur nisi spoliatam vexatamque? Atqui melius fuisset non queri quam vindicari. Quodsi inveniretur aliqua civitas, in qua nemo peccaret, supervacuus esset inter innocentes orator sicut inter sanos medicus. Quomodo tamen minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in iis gentibus, quae firmissima valetudine ac saluberrimis corporibus utuntur, sic minor oratorum [ho-

quam provinciam — vexatamque] Cf. Cicer. Verrin. Sic Plinius Secundus a senatu cum Herennio Senecione advocatus provinciae Baeticae contra Baebium Massam datus est vd. Plin. Epp. VII, 33., Baeticis questuris de proconsulatu Caecilii Classici III, 4 et 9., Afris contra Marium Priscum procons. II, 11 et 12. X, 10. c. annott. Gier. add. Iuven. I, 47—50. c. annott. G. E. Weber. interpr. vernac. p. 225 sq., it. ad VIII, 87—124. p. 46 sq. de vexatione et direptione provinciarum. Quae quanta fuerit, argumento sunt multae leges de repetundis latae et quaestiones habitae.

Atque melius fuisset non queri quam vindicari] *iudicari* Cod. Vind. vett. Edd. it. Seebod. Dronk. et Osann.; *vindicari* e coniectura Lips. in annott. proposita, quam confirmat Cod. Farn. test. Schluttig., receperunt Edd. fere omnes; *vindicare* Cod. Par. Sententia h. l. est: Atqui melius fuisset illos non fuisse iniuria affectos nec ideo querelarum causas habuisse quam ab oratoribus defendi. Rup. in Addend. Vol. III. p. 754. *vindicari* explicat liberari, tutam praestari ab iniuriis praesidum aliorumque magistratuum provincialium (Vell. Pat. II, 126.) sc. praesidibus repetundarum accusatis et vindicta s. poena ab illis sumpta.

ac saluberrimis corporibus utuntur] Cf. Sall. Iug. 17, 6. *genus hominum salubri corpore*, ubi Kritz. haec annotavit. »*Salubre*, ut vernaculum *gesund*, transitivo sensu significat id, quod sanitatem habet sive *sanum* est, quamquam ab hoc vocabulo rursus ita differt, ut *sanum* magis sit *morbo non affectum*, *salubre* vero *suapte natura robustum*; unde patet *salubre* maius quoddam et praestantius esse, quam *sanum*. v. Doederl. Syn. Lat. Vol. I. p. 32. qui laudavit Tac. Hist. V, 6. *Corpora hominum salubria et ferentia laborum*. Dial. 41. med. Liv. I, 31, 5.«

minor oratorum [horum] obscuriorque gloria] *horum* in Codd. et vett. Edd., quod Ritt. e dittographia natum dicit, cum Rhen. eiecerunt Edd. seqq. praeter Seebod. Orell. et Walth., qui uncis incluserunt. Orell. ortum videtur ex v. *honor*, quum vv. *honor et gloria* iungantur Dial. 12. Sall. Cat. 11, 2. Virg. Aen. XII, 135. Schraut. e Cod. Farn. enotavit *obscurior*.

rum] obscuriorque gloria est inter bonos mores et in obsequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in senatu sententiis, quum optimi cito consentiant? quid multis apud populum concionibus, quum de re publica non imperiti et multi deliberent, sed sapientissimus et unus? quid voluntariis accusationibus, quum tam raro et tam parce peccetur? quid invidiosis et excedentibus modum defensionibus, quum clementia cognoscentis obviam periclitantibus eat? Credite, optimi et, in quantum opus est, disertissimi viri, si aut vos prioribus saeculis aut isti, quos miramur, his nati essent,

in obsequium regentis paratos] Sic Suet. Galb. 19. *in omne obsequium paratos.* Usitatius est *obsequium in aliquem*, ut Tac. Ann. III, 12. Liv. XXIX, 15., quam *alicuius*, qui genitivus dicitur obiectivus. vd. Iustin. XIII, 2. extr. *confestimque in tutorum obsequia iurant.* De structura genit. obiect. vd. Ruhnk. Dict. ad Ter. Andr. I, 5, 26. Kritz. ad Sall. Cat. 52, 6. *Non agitur — de sociorum iniuriis. Regens* i. q. princeps, ut supra *medens* i. q. medicus et infr. *cognoscens* (ut Quint. IV, 1, 19. V, 2, 2.), de quo usu participp. vd. annot. ad Dial. 6. Sic Senec. de Clem. I, 19. *Excogitare nemo quicquam poterit, quod magis decorum regenti sit quam clementia* 22. *verecundiam peccandi facit ipsa clementia regentis.*

Quid enim opus est] »Sc. his nostris temporibus, quibus, mutata rei publicae forma, imperio unius regimur.« Schulz.

sapientissimus et unus] Est princeps, unus moderator (Dial. 36.), regens, et tum quidem Vespasianus.

voluntariis accusationibus] Libera re publica accusationes sponte suscipiebantur (vd. ad Dial. 34.), quas postea aut princeps aut senatus (vd. supr. de Plin.) patronis mandabat. Vd. de v. *voluntarius* Mueller. ad Cic. or. pr. Sext. 1. De re laud. a Dronk. Quint. VI, 1, 35. *Quod genus nostris temporibus totum paene sublatum est, quum omnia curae tutelaeque unius innixa periclitari nullo iudicii exitu possint.* III, 8, 47. *Et C. Caesari suadentes regnum affirmabimus stare iam rem publicam nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quaerit, quo modo quam minimum peccare videatur.*

quid invidiosis et excedentibus modum defensionibus] Sunt defensiones, quibus invidiam suscipiamus atque nimia libertate in dicendo offensionem potentium.

quum clementia cognoscentis obviam periclitantibus eat] *Obviam ire*, ut *occurrere*, metaph. significat omnes conatus, quibus aut obsistimus aut auxilio venimus alicui rei vel homini,

ac deus aliquis vitas ac vestra tempora repente mutasset, nec vobis summa illa laus et gloria in eloquentia neque illis modus et temperamentum defuisset. Nunc, quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam et magnam quietem, bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur.

Cap. XLII.

Finierat Maternus. Tum Messalla, Erant quibus

quod a Livio, Sallustio et Tacito magis quam ab aliis scriptt. usurpari exemplis probavit Boett. Lex. Tac. s. *obviam*. A Tacito in bonam partem frequentatur pro auxiliari (*entgegenkommen*), remedium afferre, mederi (*abhelfen*). Tac. Ann. IV, 6, *quin* (Tiberius) *infecunditati terrarum aut asperis maris obviam iit, quantum impendio diligentiaque poterat*. 64. *ni Caesar obviam isset tribuendo pecunias ex modo detrimenti*. Sic Plin. Epp. X, 67, 8. *obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere*. De v. *cognoscere* vd. ad Dial. 19. extr. *Cognoscens* h. l. i. q. iudex, et quidem Vespasianus.

vitas ac vestra tempora] Sic Cod. Farn. test. Schluttig. receptum a Walth. et Ritt., *vitas ac vestras* test. Niebuhr., unde transponendo finxerunt *vitas vestras ac tempora* Bekk. Boett. et Bach.; *vitas aut vestra tempora* Codd. Par. Vind. Edd. Spir. Riv.; *vitas: vestra tempora* Edd. Put. Ber. Alc.; *vitas vestras, vestra tempora* Rhen. et seqq.; *vitas vestras aut vestra tempora* Dronk., quod in vet. libr. (h. e. Cod. Par.) exstare, falso annotavit Pithoe. Tacitum h. l. respicere ad Hor. Sat. I, 1, 15 sq. observavit Bach.

neque illis modus et temperamentum defuisset] »Sc. in eloquentia, i. e. non magnam illam et notabilem eloquentiam, alumnam licentiae, comitem seditionum etc. vd. cp. 40., sed otiosam et quietam et quae modestia et probitate gaudeat consecuti essent.« Fr. Hess. in commentt. mss.

bono saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur] Codd. Farn. Vaticc. Edd. Brot. et recentt.; *huius seculi sui* Codd. Par. Vind. vett. Edd., *bonis sec. sui* Rhen. et seqq. usque ad Brot., it. Seebod. et Rup. Post *utatur* tertia versus insequentis pars punctis distincta est in Cod. Farn. teste Schluttig., spatium vacuum relictum test. Niebuhr. ad finem Dial. indicandum, quod Lips. in falsam suspicionem induxit a fine libelli multa deesse atque adeo praecipuam dissertationis partem. — De praep. *citra* vd. ad Dial. 27., de sententia ad Dial. 15. in. et quem laudavit Schulz. Ovid. Fast. I, 215. *Laudamus veteres, sed nostris utimur annis*.

Cap. XLII. *Tum Messalla*] Bach. e Cod. Farn. *cum re-*

contradicerem, erant de quibus plura dici vellem, nisi iam dies esset exactus. Fiet, inquit Maternus, postea arbitratu tuo, et si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de iis rursus conferemus. Ac simul assurgens et Aprum complexus, Ego, inquit, te poetis, Messalla antiquariis criminabimur. At ego vos rhetoribus et scholasticis, inquit.

Quum arrisissent, discessimus.

cepit pro vulg. *tum*. At vd. Dial. 3. *Tum Secundus.* — *Tum ille.*

de quibus — de iis rursus conferemus] *de quibus* Cod. Farn. teste Schlutt., quod omiss. in Codd. Par. Vind. et vett. Edd. cum Rhen. omnes Edd. interposuerunt; *de iis* exhibet idem Cod. et Orell. e coniectura, quod pro *his* receperunt Walth. Bach. et Ritt. Post *conferemus* in Cod. Vind. a sec. man. margini inferiori ascriptum: *Deesse videntur non pauca.* — *Conferre* absolute (sc. sermones), ut συμβάλλεσθαι (λόγους), est ap. Cic. Epp. ad Att. I, 20. Plin. Epp. IV, 10, 2.; item (sc. consilia) ap. Cic. Epp. ad Att. XVI, 3. Liv. XXVII, 20.

Ego — criminabimur] *Criminari aliquid alicui* legitur Ter. Eun. V, 2, 16. et ap. scriptt. aetatis argenteae, ut Plin. Epp. VI, 13, 2. Suet. Calig. 56.; *apud aliquem* Cic. Off. III, 20. Liv. I, 54. De *poetis* vd. Dial. 10., de *antiquariis* 21.

At ego vos rhetoribus et scholasticis, inquit] Supple: criminabor, *inquit* Aper.; de *rhet.* et *schol.* vd. Dial. 14.

Quum arrisissent, discessimus] »In his disputationibus quum et modestiae sit, ut nemo se victorem arrogantius praedicet, et humanitatis, ut nemo se victum fateatur, sic saepe concluduntur, quasi adhuc anceps sit quaestio et enucleatius explicanda. Nec aliter ap. Cic. N. D. 3, 40. discedunt Balbus, Cotta et Velleius.« Broter.

Index

rerum et verborum, quae in annotationibus explicantur.

A.

B.

D.

E.

Q.

R.

S.

Addenda et Corrigenda.

Pag. 1. v. 18. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 62, 253. Vol. II. observat Cic. aetate *nomen* praecessisse et *cognomen* secutum esse; Livium iam contraria exempla habere, Quintil. et Tac. hunc morem neglexisse; apud Cic. exempla, quibus cognomen praecedat nomen, aut e sermone familiari esse profecta aut iustam excusationem habere.

Pag. 2. v. 12. leg. *memoria ac* pro *memoria et*, quod Schraut. e Cod. Farn. enotavit.

Pag. 4. v. 33. post Vol. I. adde pag. 474., ubi h. l. Dial. allatus est ab Handio.

Pag. 5. v. 38. add. Ellendt ad Cic. de Orat. I, 1, 1. Vol. I. de formm. *quom*, *cum* et *quum*. Velleium *quom* pro *quum* non dicere annotavit Kritz. ad Vell. Pat. II, 66, 1. Madvig. in Edit. sua Cic. librr. de Finn. exhibet *quom*.

Pag. 5. v. 33. Peter. ad Cic. Brut. 2, 9. De loc. Cic. de Orat. I, 2, 4. cf. Ellendt. Vol. II.

Pag. 5 et 6. Eichstad. Quaest. philoll. Spec. VI, p. 15. *vel easdem* e textu eiici vult, *et formam animi et ingenii* non ad stilum refert, sed ad *diversas causas*, quas colloquentes de corruptione eloquentiae attulissent; nec *dicta graviter* et *iisdem numeris* sibi respondere ait, nisi scriptorem obscure scripsisse et *ὕστερον πρότερον* commisisse dicamus. *Numeros* non intelligit significatione rhetorica de concinnitate vel ῥυθμῷ, sed coll. Plin. Epp. III, 4, 5. de rationibus et causis, quam ob rem *iisdem rationibus* tanquam interpretamentum prioris vocabuli vix recte delendum censet. Nam etiamsi ei concedamus *numeros* hac significatione accipi posse, tamen duo synonyma *numeri et rationes*, quum synonyma coniungere usitatissimum sit scriptori Dialogi (vd. Ind. s. Synonyma), nihil habebunt offensionis.

Pag. 7. v. 11. leg. *suscipere* pro *sustinere*. Ibid. v. 33. Huic explicationi suffragari videtur usus Graecorum, de quo vd. Stallb. ad Plat. Crit. cp. 2. Ed. II. *Τῇ γάρ πού ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ.*

Pag. 8. v. 26. leg. vituperatur ab pro vituperavit. — Ibid. v. 28. leg. cp. 8. pro cp. 5. Ibid. v. 32. *utrosque* de duobus dici docet Kritz. ad Vell. Pat. II, 54, 1.

Pag. 9. v. 26. dele ut cp. 34.

Pag. 11. v. 32. *tinctus literis* ap. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 20, 85. Vol. II. i. q. nec levissime nec accuratissime literis imbutus.

Pag. 12. v. 3. De coniunct. *igitur* initio posita Kritz. ad Vell. Pat. II, 65, 2.

Pag. 13. v. ultim. De form. *si qua* cf. Madvig. ad Cic. de Finn. I, 8, 26.

Pag. 16. v. 36. insere ut ante *Achillen* et v. 37. ante *Mithridaten*.

Pag. 19. v. 21. Kritz. ad Vell. Pat. II, 105, 3. de *ac* non ponendo ante lit. *h*.

Pag. 20. v. 19. De plurali substantivorum abstractorum apud Ciceronem frequentissimo Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 14, 53. Vol. II. Ibid. v. 30. Scriptura *cotidie* — *cotidianus* probatur Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 43, 192. Vol. I. et Kritz. ad Vell. Pat. Prolegg. p. CXXII. et II, 60, 4. Ibid. v. 44. Kritz. ad Vell. Pat. II, 39, 1. de structura passivi cum dativo pro praepos. a c. ablat. Madvig. ad Cic. de Finn. I, 4, 11. laudato Otton. Exc. II. ad eund. loc. p. 373 sq.; de struct. passivi cum dativo haec praecepit. »Exempla bonorum scriptorum prosae orationis aut in participio sunt, ut res ecfecta tanquam externa exstet et ad personam referatur sive commodi sive aliqua eiusmodi ratione, aut in eiusmodi verbis, ut non solum ab aliquo, sed etiam alicui res fieri intellegatur, ut in *quaerendi* verbo.«

Pag. 22. v. 9. De cacophonia Ellendt. ad Cic. de Orat. III, 6, 22. Vol. II. Ibid. v. 27. *Caesius Bassus* lege pro *Auf. B.* et v. 28. *Aufidius Bassus* pr. *Caes. B.*

Pag. 24. v. 5. Kritz. ad Vell. Pat. II, 27, 1. de locutione *genitus alicui rei* et *in aliquid*. Ibid. v. 36. Madvig. ad Cic. de Finn. II, 11, 33. de *simul ut* — *et*.

Pag. 26. v. 18. leg. θράσος pro δράσος.

Pag. 27. v. 32. de alliterat. ap. Cic. adde Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 1, 2. Vol. II.

Pag. 34. v. 12. lege *species* pro *Species*. Ibid. v. 39. lege *quaeritur* pro *queritur*.

Pag. 38. v. 39. lege attulit pro memoravit.

Pag. 39. v. 20. ab initio pone Cap. VII.

Pag. 43. v. 38. V. D. est lac. Christ. Iselius l. l. p. 53 — 58.

Pag. 44. v. 25. De duabus interrogationibus in una enunciatione cf. Kritz. ad Vell. Pat. II, 86, 1.

Pag. 49. v. 8. leg. Pseudo — Cic. pro Pseudo. Cic.

Pag. 55. v. 23. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 46, 193. Vol. I. observat aetate Cic. *Agamemno* in usu fuisse.

Pag. 56. v. 25. leg. Adelph. pro Adeph.

Pag. 58. v. 38. leg. *Et* pro *et*.

Pag. 62. De extremis verbis Cap. IX. *in nemora et lucos* etc. adde Eichstad. Spec. VI. p. 11 sq.

Pag. 63. v. 7. Madvig. ad Cic. de Finn. I, 10, 33. de form. *id est*. Ibid. v. 21. Madvig. ad Cic. de Finn. Exc. III. p. 822 sq. *nec — quidem* non Latinum esse statuit.

Pag. 65. v. 12. Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 43, 193. Vol. II. observat a. nomm. terrarum transiri ad incolas coll. Liv. XXI, 20, 1., ubi a *Gallia* ad *Gallos* transeatur.

Pag. 67. v. 42. dele punctum post multis. Ibid. add. Ellendt. ad Cic. de Or. I, 49, 212. Vol. II., ubi *artes leviores* a Cic. dicuntur, in quibus quidem ingenii praestantia opus est, ut tamen in re publica gerenda ne versentur, grammatica, poesis, musica, pingendi fingendique artificium: item *minores* et *mediocres*.

Pag. 68. v. 19. leg. athletica pro athtetica. Ibid. v. 34. leg. 3, 5 pro 36.

Pag. 72. v. 15. dele punctum post ad. Ibid. v. 18. Hand. Turs. Vol. III. p. 282. »Apud Tacitum corruptum esse nomen [*in Nerone*], omnes nunc affirmant, verum non Bekkerus, nec ego. Nam quae Orellius protulit argumenta impedire non possunt, quo minus tragoediam intelligamus.«

Pag. 74. v. 31. De *non — neque — neque* cf. Kritz. ad Vell. Pat. II, 108, 2.

Pag. 82. v. 8. De Augusti scriptis cf. I. Held. Additamenta ad litteraturae Romanae historiam. Suidnici 1839. 4. p. 2 sq. Ibid. v. 37. dele comma post civilibus.

Pag. 86. v. 25. Ellendt. ad Cic. de Orat. III, 5, 20. Vol. II. de versibus apud scriptt. prosaicos. Ibid. v. 31. *Fatalis mors* i. q. naturalis Vell. Pat. II, 49, 1. ed. Kritz.

Pag. 87. v. 42. leg. *vos* pro *nos*.

Pag. 89. v. 38. De v. *declamare* cf. Bonnell. de mut. s. pr. Caess. eloq. R. cond. p. 16.

Pag. 91. v. 39. Eckstein. Prolegg. p. 15. De scriptura *Aquilius* et *Aquillius*, quae posterior praeferenda videtur, cf. Meyer. ad Cic. Brut. 42, 154.

Pag. 93. v. 25. leg. Bonnell. pro Bonell.

Pag. 94. v. 8. *Mytilene* probatur Kritz. ad Vell. Pat. I, 4, 4.

Pag. 95. v. 36. add. Ritt. post Bach. Ibid. v. 40. lege *relinquuntur* pro *reliquuntur*.

Pag. 99. v. 43. De *magno anno* cf. Madvig. ad Cic. de Finn. II, 31, 102. nec h. loc. Dialog. immemor.

Pag. 100. v. 29. Scriptura *Caelius* probatur Ellendt. quoque ad Cic. de Orat. I, 25, 117. Vol. I.

Pag. 102. v. 32. De Bruti laudatione Catonis cf. L. Wiesii commentat. de vitarum scriptoribus Romanis. Berol. 1840. 4. p. 23.

Pag. 103. v. 30. leg. *quinquaginta* pro *qninquaginta*.

Pag. 104. v. 14. De genitiv. in *ī* substantt. exeuntium in *ius* cf. Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 9, 35. Vol. I.

Pag. 104. v. 35. Eckstein. Prolegg. p. 47. recte improbat. Schulting. coniecturam *secutam* ob putidam curam Apri in computandis numeris.

Pag. 105. v. 38. leg. b. pro 6.

Pag. 106. v. 13. leg. enunciatis pro eunciatis.

Pag. 109. v. 12. dele punctum post testatur. Ibid. v. 45. leg. *ne in illa parte imitatus* pro *imitatus ne in illa parte*.

Pag. 111. v. 39. leg. *innumerabiles* pro *innumerubiles*.

Pag. 112. v. 35. dele punctum post *inflat*.

Pag. 119. v. 20. dele comma ante cp. — Ibid. v. 36. leg. pertinent pro pretinent.

Pag. 124. v. 2. dele comma ante et.

Pag. 127. v. 36. lege concionibus pro concioncibus.

Pag. 137. v. 4. Scriptura *Attius* sola probatur Kritz. ad Vell. Pat. I, 17. et Ellendt. ad Cic. de Orat. III, 7, 27. Vol. I.

Pag. 138. v. 43. leg. *Quid enim, si* pro *Quid enim*.

Pag. 141. v. 22. *Cannutius* et *Canutius* scribi annotavit Kritz. ad Vell. Pat. II, 64, 3.

Pag. 142. v. 3. leg. hominum pro omnium.

Pag. 144. v. 42. leg. *Sordes* pro *sordes*.

Pag. 153. v. 41. Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 61, 257. Vol. II.

Pag. 156. v. 2. leg. orationibus pro oratonibus.

Pag. 158. v. 11. leg. *T.* pro *L.*

Pag. 159. v. 44. leg. e Plin. pro Plin. e.

Pag. 162. v. 5. Rupert. ad Tacit. Vol. I. p. LXVII. *porro* explicat per atqui.

Pag. 165. v. 23. Ellendt. ad Cic. de Or. I, 27, 123. Vol. I. probatur *quotiens*.

Pag. 167. v. 42. Madvig. ad Cic. de Finn. II, 8, 25. formm. *quom praesertim* et *praesertim quom* nullo discrimine usurpari statuit.

Pag. 168. v. 36. dele punctum post Stils. Ibid. v. 38. Madvig. ad Cic. Finn. I, 6, 17. *primum* ait poni non seq. *deinde*.

Pag. 170. v. 37. leg. 1833 pro 1838.

Pag. 171. v. 40. leg. appellat pro appellant.

Pag. 172. v. 21. Cic. Brut. 20, 78. pro *unctior* Peter. coniecturam suam *vinctior* in textum recepit.

Pag. 178. v. 16. leg. *sententiarum* pro *sententiorum*. Ibid. v. 27. pone comma post honesta.

Pag. 185. v. 15. leg. APRI ILLA pro APRILLA.
Pag. 186. v. 21. Eckstein. Prolegg. p. 72. de antiqua libertate.
Pag. 186. v. 35. leg. *etenim mihi* pro *et enim* mihi.
Pag. 187. v. 8. Kritz. ad Vell. II, 14. inter *inscientiam* et *inscitiam* sic distinxit. »Ut *scientia* specialem quandam, ut rei militaris, cognitionem indicat, ita *inscientia* certae ac definitae rei est ignoratio; *inscitia* vero, ut ostendit vocis a *scitus* et *inscitus* descendentis origo, multo latius patet, atque in universum eius, qui *nihil* recte scit, naturam denotat.« Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 22, 99. Vol. II. »*Inscientia* est inscientis, *inscitia* insciti, illa cognitionis defectus est, haec usus atque iudicii.«
Pag. 190. v. 21. leg. *Attia* pro *Atia*. Scripturam *Atia* solam probavit Kritz. ad Vell. Pat. II, 59, 3.
Pag. 191. v. 14. dele *ingenuitas* (Dial. 32.).
Pag. 193. v. 26. leg. nisi pro si — non.
Pag. 202. v. 15. add. Ellendt. ad Cic. de Orat. III, 30, 119. Vol. II. Explicatt. »Evellenda enim illa opinio est, *enim autem igitur* post varias formas verbi *esse* tertio loco poni aut legitime aut certe elegantius; nec discrimen facit sive substantivum verbum est sive nomina copulat; etsi nescio cui visum. Enotavi omnia, nisi quod oculorum meorum forte aciem fugit, ex scriptis Ciceronianis exempla et utramque particulae posituram pari fere testimoniorum numero video firmari, ut in altero utro eligendo sola librorum sit spectanda auctoritas.«
Pag. 203. v. 20. dele punctum post exposuit.
Pag. 204. v. 1. leg. accedentibus pro accedentibns.
Pag. 205. v. 41. *Ἀδιάφορα* Stoicorum explicavit Madvig. ad Cic. de Finn. III, 15, 50.
Pag. 207. v. 26. leg. *Dialectica* pro *Dialectia*.
Pag. 208. v. 24. dele ad. Ibid. Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 3, 12. Vol. II. reiecta Spalding. explicatione *communis sensus*, quam ipse postea improbaverit, praefert Heindorf. interpretantis omnium hominum de qualicunque re cogitandi et iudicandi morem et rationem, quam sequantur omnes eodem consortionis et societatis communione iuncti.
Pag. 224. v. 20. scribe *nisi ut* pro *nisiut*.
Pag. 228. v. 30. Kritz. ad Vell. Pat. II, 50, 4. de genit. pendente ex genitivo.
Pag. 231. v. 33. Kritz. ad Vell. Pat. II, 43, 3. reiecit scripturam *Dolobella*.
Pag. 234. v. 12. pone punctum post Meyer pro semicolo.
Pag. 241. v. 42. scriptura *contio* probatur Kritz. ad Vell. Pat. Prolegg. p. CXXI. I, 10, 4. et Ellendt. ad Cic. de Or. I, 9, 35. Vol. I.

Pag. 242. v. 7. Ellendt. ad Cic. de Orat. I, 62, 264. Vol. II. comparat οἰκεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις Andocid. 355, 38.
Pag. 247. v. 12. post nepote dele punctum.
Pag. 248. v. 38. De *Actis* cf. Eckstein. Prolegg. p. 72. Schlosser. universalhist. Uebers. III, 1. p. 426. Lieberkuehn. de diurnis Romanorum actis. Ien. 1840. 4.
Pag. 253. v. 11. leg. CXXVI pro KXXVI. Ibid. v. 40. de confus. *reorum* et *rerum* add. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 19, 78. Vol. I. Ibid. v. 17. dele punctum post ulla.
Pag. 254. v. 16. leg. *vetustatis* pro *vestutatis*. Ibid. v. ultimo leg. 1862 pro 1682.
Pag. 262. v. extr. cf. Tac. Agric. 8 et 42.
Pag. 263. v. 12. Kritz. ad Vell. Pat. II, 32, 1. de praesenti pro futuro. Ibid. v. 29. leg. 61 pro 1.
Pag. 272. v. 22. adde de ante in.
Pag. 281. v. 10. Ellendt. ad Cic. de Orat. II, 17, 71. »Solent verba loqui incipientis ita poni, ut in minuta quaedam membra concidatur oratio, *tum Antonius*, *tum ille* etc.«
Pag. 301. b. v. 41. pro seq. corrige antec.

Helmstadii typis Leuckartianis.